BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
14 N
M 6

13-14 I 12

10. N.

APHORISMI

EPISCOPALES.

BIBLIOTECA NAZ.
ROMA
VITTORIO EMANUELE



APHORISMI EPISCOPALES

EX DOCTORVM
Sententijs collecti

A SCIPIONE DE RVBEIS
I. V. D.
& Presbytero Congreg. Oratorij
de Vrbe,

In hac ſecunda editione ab eodem recogniti, multisq; additionibus locupletati.

AD SERENISSIMVM
Principem
CAROLVM
MEDICEM
S. R. E. CARDINALEM.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

BIBL. SS IO. & PA. DE URB.

ROMAE, Typis Vitalis Maſcardi. 1657.

Superiorum Permiſſu.

13.14.N.6

Digitized by Google

SER.MO PRINCIPI

CAROLO

MEDICI

S. R. E. CARD.

PHILIPPUS DE RUBEIS F.

TANTA cum omnium approbatione atque alacritate, non ſolùm ab Italis, verùm ab exteris etiam Chriſtianæ Eccleſiæ mancipatis homini-

bus ; opus *Aphoriſmorum Epiſcopalium* SCIPIONIS DE RVBEIS I.V.D. patrui mei, exceptum fuit, vt quotquot edita ſunt exemplaria, totidem penè rapta fuerint: adeo vt apud bibliopolas extet iam nullum, nec deſint in dies præterea doctiſſimi viri, qui illud apud ſe habere cupiant, ac flagitent. Immò & eorum nonnulli in ſuis libris editis, frequentem, & quidem honorificam huius operis fecere mentionem. Quamobrem vt illud ipſum expoſcentibus opus, in tanta exemplarium inopia res grata fieret;

rur-

rurſus bibliopolæ typis illud mandandum cenſuerunt. Vt autem maiorem inde Lectores cum vtilitate coniunctam caperent voluptatem; curarunt, me exhortante, Librum ab Auctore, ætate licet ingraueſcente, curiſque grauiſſimis preſſo, locupletiorem impetrare. Cum res igitur ex voto ſucceſſerit, typographis Romanis ſummopere id cupientibus gratificari volui. Quare poſteriori hac editione, tum pluribus, ijſque neceſſarijs veluti acceſſionibus locupletior; tum fronti auguſto tuo præ-

fixo

fixo nomine præclarior, illuſtriorque redditus, in lucem prodit. Quid enim fulgentiſſimis virtutum tuarum radijs (denſioribus licet perfuſum tenebris) non condecoratum ſplendeſcat, atque illuſtretur magis? Accedit, quòd erga Celſitudinem tuam, grati animi ſignificationem aliquam, quantulamcumq. præberi ſic poſſe arbitratus, ad hoc præſtandum eò me accinxi libentiùs. Multùm enim Tuæ me debere Magnificentię fateor: multum maioribus tuis Magnis Hetruriæ Ducibus. In primis verò

Se-

Ser.^{mo} FERDINANDO I.
Parenti tuo optimo, omnium ſæculorum memoria, ob egregia facta digniſſimo, & quem ob ſingularem omnino, qua nunquam non Auum meum proſecutus eſt beneficientiam, aſſiduè mihi celebrandum puto. Quemadmodum innumera ea quoque ſtatuo beneficia, quæ tu Sereniſſime Princeps, tuorum inſiſtens maiorum veſtigijs, in Patruum meum VICTORIVM DE RVBEIS per triginta circiter annos contuliſti, ac in dies magis magiſq. confers. Tanta igitur fretus hu-

ma-

manitate non oblatum iam Librum duntaxat, ſed me quoque ipſum à quo offertur ſubmiſſe, à te libentiſſime in clientelam acceptum iri, non minùs ſpero, quàm exopto. Vale. Florentiæ. Anno M. DC. XXXVII.

Im-

Imprimatur, Si videbitur Reuerendiſs. P. Mag. Sac. Pal. Apoſt.

Io. Bapt. Alt. Ep. Cam. Viceſg.

APhoriſmos Epiſcopales compoſitos primo, deinde magna acceſſione auctos Adm. R. P. Scipionis de Rubeis Congregationis Oratorij de Vrbe Presbyteri, vt mihi iniunxerat Reuerendiſſimus Pater Nicolaus Riccardius Sacri Palatij Apoſtolici Magiſter vidi, & perlegi, nihilque reperi quod vel bonis moribus, vel religioni aduerſetur. Ideò poterunt imprimi. Romæ 20. Ianuarij 1635.

Ita eſt Angelus Lucianus V. I. D. & in Almo Vrbis Gymnaſio Sacrarum Canonum primarius profeſſor manu propria.

Imprimatur, F. Hyacinthus Lupus Magiſter, & Soc. Reuerendiſs. P. Fr. Nicolai Riccardij Ord. Præd. Sacri Palatij Apoſtolici Magiſtri.

APHORISMI EPISCOPALES EX DOCTORVM ſententijs collecti.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

ABBAS, *Abbatia, vide Benedictio nu. 2. Capitulum nu. 13. Confirmatio num. 4. Præſcriptio nu. 3.*

1 Abbas ab Epiſcopo Diœceſano eſt benedicendus. *cap. 1. de ſupplen. neglig. Prał. Sylueſt. verb. Abbas quæſt. 1. Iacob. Sbroz. de Vicario Epiſc. lib. 2. q. 8.* Nec antequam ſit benedictus debet exercere ea, quæ ad ordinem ſpectant, qualia ſunt ſacrare veſtes, minores ordines conferre, aut Populo ſolemni ritu benè precari. *Gloſ. in d. c. 1.* cuius ſententia procedit quando conſuetudo eſt in Monaſterio, quod Abbas benedicatur: aliàs non. *Angel. in verb. Abbas. nu. 4. Ioan. Azor. inſt. moral. par. 1. lib. 12. cap. 20. q. 6.*

A Ab-

2 Abbas item ab eodem Epiſcopo Diœceſano debet accipere ordinationes Clericorum, Criſma, oleum, & conſecrationes Altarium, & Baſilicarum, *can. inter. dicimus 16. quaſt. 1.* etiamſi ſit exemptus à Iuriſdictione eiuſdẽ Epiſcopi. *Lap. ex multis in cap. cum nullus. num. 6. de tempor. ordination. in 6.* Et quod ſit proprium Epiſcopi Diœceſani conſecrare Eccleſias Abbatiales, quæ in ſua Diœceſi erectæ ſunt, & non valere amplius priuilegia Monachis conceſſa, quibus poterant abſque Diœceſani licentia Epiſcopo quoſcumque ed eorum Eccleſias cõſecrandas vocare, probat nouiſſimè *Aſcan. Tamburr. de Marradio. in ſuo tract. de iure Abbat. diſp. 23. quaſt 8. nu. 8. ex Conc. Trid. ſeſſ. 6. de Roform. c. vlt.* etſi n. 2. hoc idem limitet, dum Diœceſanus à Monachis requiſitus illas conſecrare renuerit.

3 Abbas ad ſecundam Abbatiam promotus non debet ſecundo per Epiſcopum benedici, quia Abbatis benedictio non eſt iterabilis. Quòd ſi Abbas de prima benedictione ex defectu teſtium, ſeu ex alia cauſa fidem facere non poſſit, & eius probatio ſit quò ad forum exterius neceſſaria, poterit tanquam dubitans petere, & aſſumere ſecundam benedictionem ab Epiſcopo cum conditione ſcilicet, *Si es benedictus, non te benedico. Si autem non es benedictus, benedico te &c. Nau. conſ 2. de Secr. non iter. n. 2. p. 1. lib. 1. ed 2.* vbi dat inſuper in hac re cautionem ad effugiendum mẽdacium.

Abbas

4 Abbas qui de more benedicitur, ſi tertiò humiliter, & religioſè ab Epiſcopo benedictionem petierit, quam tamen Epiſcopus denegauerit, tutò poteſt ea, quæ ſunt ſui muneris præſtare, & implere, tam circa ea, quæ ſunt iuriſdictionis, quàm quæ ordinis. *Abb. in d. c. 1. de ſupplen. negl. Prel. num. 2. Angel. & Ioan. Azor. vbi ſupra.*

5 Eiſcopus vicinior habens facultatem viſitãdi Abbatiam nullius Diœceſis ex decreto Trid. ſeſſ. 24 de reform. cap. 9. habet etiam facultatem emendandi, corrigẽdi, & puniendi, tàm in capite, quàm in membris ex quauis cauſa: ad ipſum autem tanquam viciniorem non ſpectat ex hoc decreto Sacramentum confirmationis miniſtrare in Eccleſijs Nullius Diœceſis, niſi ſit vocatus, nec viſitare monaſteria regularia, nec cognoſcere de eorum redditibus, ſi à ſuis ſuperioribus viſitentur. Ita reſpondiſſe fertur *Sacra Cong.* Conci *Trid in vna Marſican. & Herbipolen. ad dictum cap. 9.* Inſuper addidit *Nauar. cenſ. fin. de maior. & obed. lib. 1. par. 1. ed. 2.* nec poſſe eiuſmodi Epiſcopum ad Synodum conuocare Curatos dictæ Nullius.

6 Abbatia cenſetur eſſe Nullius Diœceſis ſi in ipſius priuilegio eximatur ab omni iuriſdictione, & poteſtate, & lege Diœceſana, & ſubijciatur immediatè Sedi Apoſtolicæ. *Seraphin. deciſ. 1336.* Vel ſi in illo priuilegio nõ reſeruetur reuerentia Epiſcopo. *Seraph. deciſ. 1025. num. 19.* Vel ſi in eodem

dem priuilegio dicatur eſſe Nullius, vel etiam in narratiuis Inſtrumentorum præcipuè antiquorum. *Rot.deciſ.206 par.2.in nouiſs.& Seraph.d.deciſ.1025.* Vel ſi viſitetur Abbatia non ab Ordinario loci in cuius Diœceſi eſt ſita, ſed à viciniori Epiſcopo poſt Concil. Tridentinum, vt in *d. ſeſſ.24. cap.9. Rota d.deciſ.207.* Vel ſi in ipſius priuilegio nulla fiat mentio de Epiſcopo: Tūc enim denotatur quod nullum Ius reſeruatur Epiſcopo. *c.cum olim. vbi gloſ. in verb. Diœceſani & Abb.num.6.de priuil.* Ad hæc vide fuſius in *cap. ſi Papa de priuil. in 6.& ibi per Doctores.*

7 Caſtrum, in quo Abbas Epiſcopalem, & temporalem iuriſdictionē in parochos, & parochianos exercet, non poteſt ab Epiſcopo viſitari, etiamſi temporalis ſit limitata ad cognoſcendum de cauſis ciuilibus tantùm, & ad cauſas capitales mortis, ac membrorum abſciſſionis non extendatur. *Rim.Iun.conſ.581.num.40.ver.de temporali vero iuriſdictione.lib.5.ex Trident.ſeſſ 25.de Regular. cap. 11.* Idemq; fertur cenſuiſſe Sacra Congregatio Concil. ad d. cap. 11. ſub die 17. Iunij anni 1617. inſtāte Abbate Sancti Clementis in Piſcaria qui in Oppido Bolognani exercet eamdem vtramque iuriſdictionē in parochos, & parochianos.

8 Abbate exempto irrequiſito nil debet Epiſcopus in eius Monaſterio exercere. *cap.luminoſo.18.quæſt.2.* ſubeſt tamen correctioni & diſpoſitioni Epiſcopi Abbas nō exem-

exemptus. *cap. Abbas. cap. ſi quis Abbas. ead quæſt.* 2.

9 Si regularis factus Epiſcopus impetret diſpenſationem Abbatiæ alterius Ordinis tacita monacatus qualitate, ſubreptitia eſt diſpenſatio, quia ſpecialiter eſt Regularibus interdicta hæc pluralitas. *c. cum ſingula. in princ. de præb. in 6. Azor. tom. 1. inſtit. moral. lib. 12. c. 22. in fine. Sanchez to. 2. Decalog. lib. 7. cap. 29. num.* 82.

10 Habens Iura Epiſcopalia poteſt dare licentiam alieno Epiſcopo in ſuo diſtrictu exercendi Pontificalia. *Aloyſ. Ricc. in prax. Aurea reſol.* 300.

11 Abbas nullatenus procurare debet vt ſua iuriſdictio detur Epiſcopo, & fructus penes ſe remaneant; id enim eſſet capere commoda, & onus abijcere. *Naua. conſ.* 15. *de præben. num. 6. tom. 1. lib. 3 ed.* 2.

12 Abbas quantumcumque exẽptus cõcedens dimiſſorias cuicunque Clerico ſæculari etiam ad ordinarium eius directas, ab officio, & beneficio per annum eſt ipſo iure ſpenſus. *Trid. ſeſſ. 23. de refor. cap* 30.

13 Abbates ordinare poſſunt ſuos regulares ad primam tonſuram, & quatuor minores ſine Epiſcoporum examine. *Nauar. conſ. 14. de priuileg. num. 5. par. 2. lib. 5 ed.* 2. ſæculares vero perſonas nullo prorſus modo etiamſi habeãt litteras dimiſſorias ſuorum Epiſcoporum. *Seraph. deciſ. 985. nu.* 1.

14 Abbates, & alij Epiſcopo inferiores quãdo ita plenè ſubiectas ſibi Eccleſias ha-

bent, vt iuriſdictione quaſi Epiſcopali in eis fungantur, poſſunt vnire beneficia *Sanch. in Decal. tom. 2. lib. 7. c. 29. num. 160.* Concurſum in Curatis vacantibus facere, modo habeāt ius congregandi Synodum, & eligendi examinatores. *Ioan. Aloyſ. Ricc. in prax. for. Eccleſ. reſol. 361.* Diſpenſare circa matrimoniales denunciationes. *Sanchez. de matrim. lib. 3. diſp. 7. nu. 4.* In votis. *Nauar. cap. 12. ſumma. num. 75. Armill. uerb. Abbas. §. 7.* In ijs quæ diſpenſare licet Epiſcopis virtute *Tridentini ſeſſ. 24. de Reform. cap. 6. Sanchez in Decal. tom. 1. lib. 2. cap. 11. num. 5.* Et ſi oppoſita ſententia ſit ſecurior. Ad eoſdem ſpectat cognitio cauſarum criminalium, & matrimonialium nihil obſtante *Trid. c. 20. §. ad hæc. ſeſſ. 24. de Reform. Farinac. in deciſ. crimin. 100.* Poſſunt denique regulariter omnia ſuis ſubditis adminiſtrare circa eà, quæ ſunt iuriſdictionis, quæ ab Epiſcopis in Diœceſibus ſuis exerceri poſſunt. *Nauar conſ. 2. de clandeſt. deſponſ. ad finem. p. 2. lib. 4. ed. 2. Seraph. deciſ. 1386. ex gloſ. in cle, 1. in verb. Diœceſanis. de for. compet.* Etſi ſecus quoad litteras dimiſſoriales ad ordines eccleſiaſticos, & reliqua quæ ijs interdicuntur per *Trid ſeſſ. 23. cap. 10. & ſeſſ. 25. c. 3, de Reform.*

15 Abbas habentes vtramque iuriſdictionem in parochos, & parochianos, ità ut ab Epiſcopis viſitari non poſſint, iuxta dicta ſupra num. 7. ad eorumdem Synodos Diœceſanas accedere nō tenentur virtute

tute *Trident.ca.2.ſeſſ. 24.de Reform.* vt optimè probat *Riminald.ſup. d.num.7* An teneantur ire ad Synodum Epiſcopi ratione membrorum non exemptorum, ſi membra non exempta habeat, vide infra verbo Synodus. *num.4.* & per *Feder.conſ.182.incip. Statuto Epiſcopi.*

16 Abba exemptus ab ordinario, & immediatè ſubditus Papæ non poteſt ſe ſubmittere extraneo Superiori ſine licentia Papæ. *Hoſtien,in cap.nimis.il primo de exceſſ.Prel.Abb.in ſuis quæſtionib.quæſt.7 incip Duo clerici.nu.13. in fine.Felin in cap. cum acceſſiſſ nt de Conſtit.*

17 Nomine Epiſcopi venit Abbas iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem habens, & Vicarius eius.*gloſ.in clem.1.in verb.proprij. de reb.eccleſ.non alienan.Suar.de cenſur. diſput.7.ſect.3.num.5. verſ.praterea.*

Abbatiſſa, vide, Benedictio num. 2, Monialis nu. 8. & 11.

1 IN Abbatiſſas benedici prohibentur minores annis 40. aut ſaltem 30. & que per octo, vel ad minus per quinque annos ante profeſſæ non fuerint. *cap. Iuuenculas, 20.quæſt.1.Trid.ſeſſ.25.de regular. cap.17.*

2 Abbatiſſæ, quæ ad tempus eliguntur non ſunt ad tempus benedicẽdæ, niſi Papa aliud ſtatuat expreſsè. *Nauar. conſ. 1. de*

ſtat.monac.Quarant.in ſumma Bullar,verbo Abbatiſſa circa fin.

3 Abbatiſſa & ſi poſſit vota ſuarũ Monialium irritare; non tamen poteſt in illis diſpenſare, nam iuriſdictione ſpirituali caret, *Leſſ.de Iuſt.& iur.lib.2.cap.40.dub.13. nu.107.ex Soto in 4.diſt.20.quæſt.1.ar.4. & alijs.*

4 Abbatiſſa in ſuo Monaſterio poteſt profeſſionem Monialium acceptare cum conſenſu maioris partis conuentus *Sylu. v. Religio 3. q. 14. Armil.verb. Nouitius. nu. 11. Sanchez in Decal.to.2.lib.5.cap.4.n.65. & 74.* An & quando idem liceat Epiſcopo *vide verb.Profeſſio num.5.*

Abortus,vide Curia ſæcularis nu. 1.

1 Clericus abortum conſulens cenſendus eſt in dubio irregularis, ſi infans iam natus occidatur à muliere,& fuerat facta prægnãs ab ipſo, vel aliter ſua intererat occultatio prolis: alias ſecus. *Nauar. conſ.49.de homic.num.6.par.2.ed.2.*

2 Non eſt ab Epiſcopo irregularis cenſendus, qui conſilium emiſsionis ſanguinis dedit mulieri grauidæ, ſi idem conſulens neſcit, nec audiuit, an eſt dicta emiſſione ſanguinis abortus fuerit ſecutus. *Nauar.conſ.47.num.1.1.vbi ſup.*

3 Abortum conſulere,vel procurare,aut medicinas applicare pregnanti ob eius ſalutem cum abortus periculo licitum eſt, ſi

non

non ſuperſit aliud remedium, & probabiliter conſtet fœtum nondum animatum eſſe. *Leſſ. lib. 2. de iuſt. cap. 9. dub 10. nu 62.* At ad vitandam vel famæ, vitęuè iacturā. quā probabiliter fœmina metuit detecto crimine ſi concipiat, fœtusuè in lucem prodeat, non licet. *Sanchez de matri. lib. 9. diſput. 20. num. 10. vbi fuſius.*

4 Quando probabiliter creditur fœtum eſſe animatum, licet prægnanti conſulere, & applicare medicinas, quæ ſunt per ſe, & directè ordinatæ ad expellendos humores prauos vt eſt venarum ruptio, &c. Non tamen medicinas, quæ directè, & per ſe sūt ordinatæ ad abortum; At quando medicinæ ſunt æquè ordinatæ ad ſalutem, & abortum, licet illas prægnanti applicare; quia potius ius habet Mater ad medicamentum ſalutiferum cum fętus morte, quā fœtus cum morte Matris; cum hic à Matre, & non è contra pendeat *Sanchez ſup. nu. 14. & 18. contra Cordub.* & cæteros oppoſitum ſentientes.

5 Pœnæ quò ad perſonas Eccleſiaſticas procurantes abortum poſt animatum fœtum ſunt priuationis, inhabilitatis, degradationis, traditionis Curiæ ſeculari, & præuentionis inter iudices tàm Eccleſiaſticos, quam ſæculares circa eiuſmodi criminum reos. Nam Gregorius XIV. Conſtit. ſua incip. *Sedes Apoſtolica*, edita de anno 1591. regiſtrata in Bullar. vltimæ editionis. *to. 2. pag. 695*, non reuocat Bullam Sixti V.

contra procurantes abortum, quò ad pœnas,de qua apud *Quarant.in Compend.Bullar.verb.abortus.num.3.* Sed ſolum fit moderatio in partem, quò ad abſolutionem à peccato,& excommunicationem reſeruatam ordinario in foro conſcientię.

Abſentia vide, Beneficium, num.13. Canonicus, num.8. Reſidentia. num.2.

1 EPiſcopo non licet abſentare ſe ab epiſcopatu ſuo propter morbum perpetuũ,ex Sacra Cong. Tridentini ad *c.1.in verb.nam cum Christiana charitas de Refor.ſeſſ.23.* At durante perſecutione ſuæ perſonæ, abeſſe licet. *Barbcſ.de pot. Epiſc. par 3. alleg.53.num.3.*

2 Epiſcopus abſens Reip. cauſa, non gaudet alternatiua *Hieron. Genzal. ad reg. 8. Caacell.gloſ. 43.num 84.*

4 Epiſcopus abſens à ſua Diœceſis, poteſt ſubditos excommunicare in notorijs, in quibus non requiritur cauſæ cognitio. *Lapus.in cap.1.nnm,4.de priuil.in 6. Nauar. cap.27.ſum.num. 6.*

4 Licet Epiſcopis abeſſe per duos, vel tres menſes ad ſummum in anno ex cauſa modo indè nõ patiatur grex detrimentũ; licet & ad longum tempus ſi adſit aliqua harum quinqne cauſarum, quæ ſunt Chriſtiana charitas, vrgens neciſſitas, debita obe-

obedientia,ac euidens Eccleſiæ, vel Reip. vtilitas, & talis cauſa approbetur prius à Papa in ſcriptis, vel à Metropolitano,vel ab eo abſente Suffraganeo ſeniore reſidẽte. *Trid.de Reform.ſeſſ.23.cap.1.* Videatur *Tolet,lib.5.ſum.cap.4. à num.2.*

5 Non debet Epiſcopus cum detrimento notabili ſpirituali ſui gregis abeſſe, vt in proximum chriſtianam charitatem exerceat. *Tolet.ſup.num.9.*

6 Nec abeſſe ſine cauſa iuſta, à diuinis officijs in Eccleſia,diebus feſtis,ſaltem Dominicis. *Sa,in Aphor.verbo.Epiſcopus nu.42.*

7 Epiſcopus per ſex menſes continuos non legitime abſens,tenetur quartam partem fructum vnius anni dare fabricæ, aut pauperibus. Creſcente contumacia, grauius punitur iuxta *Decret.Trid,ſeſſ.6.de Reform. cap.1.*

8 Fructus præbendæ, quibus mulctantur abſentes Canonici vltra tres menſes, ſunt applicandi Eccleſiæ. Poteſt tamen Epiſcopus hanc pœnam ante ſententiam minuere, & augere, ſed non in totum tollere. *Garcias de benefic. par.3. cap.2.n.150,*

9 Licet iuxta Trid. d. c. 12. non poſſint Canonici abeſſe ab Eccleſiæ ſuæ ſeruitio vltra tres menſes ſingulis annis; attamen Epiſcopus poteſt ob legitimam cauſam illis dare licentiam, vt abſint per quatuor menſes. *Sac.Congr.ad d.cap.12.*

10 Vt Canonicus poſſit abeſſe illis tribus menſibus à Trident.permiſſis,non tenetur

obtinere, ſeu petere licentiam ab Epiſcopo, dummodo omnes Canonici eodem tempore non abſint *Garc. ſup. num. 315. Io. Aloyſ. Ric. in prax. fo. Eccleſ. reſol. 392.*

11 Si Epiſcopus diſcedat à Ciuitate, vbi peſtis ſerpit, non male faciet, dummodo debitam ſui gregis prouidentiam non relinquat, Non enim Epiſcopus per ſe ipſum tenetur Sacramenta miniſtrare etiam cum præſens eſt, niſi vbi alius Sacerdos non adeſſet. *Suar. tom. 4. diſput. 44. ſect. 3. §. Hinc verò colligitur.*

Abſolutio, vide. Caſus reſeruatus, nu. 2. 4. 8. 11. Debitum. nu. 9. Excommunicatio. nu. 19. 20. 21. Hæreſis num. 2. Irregularitas nu. 3. Mortuus n. 4. Parochus. n. 10. 11.

1 Epiſcopi, virtute *Trid. Decreti, ſeſſ. 24. de reform. cap. 6.* non poſſunt abſoluere à caſibus illis, qui in Bulla Cœnæ continentur. *Suar. de pœnit. diſp. 30. ſect. 2. num. 11. Azor. inſt. moral. tom. 1. lib. 8. c. 10. quæſt. 10.* & alij quos refert, & ſequitur *Sãchez in Decal. tom. 1. lib. 2. cap. 11. nu. 26. & 27.* Neque ab hæreſi occulta, etſi probabile fit poſſe ex *Sanchez d. num. 27.*

2 Neque vi eiuſdem Decreti poſſunt abſoluere mulieres ingredientes clauſtra monaſterij virorum etiam occultè; quia obſtat Bulla Pij V. incip. *Regularium.* edita de anno 1567. regiſtrata in Bullar. vlt. *ed. to. 2.*

pag.

pag. 191. num. 20. ex Sacra Congreg. circà Conc. ad *d. cap. 6.*

3 Poſſunt tamen ob eandem facultatem abſoluere in Sacramento Pœnitentiæ exteros, qui habitant in eorum ciuitate, vt ſunt Medici, Prætor, & ſimiles, licet extrà peccauerint; non tamen diſpenſare. Ex Eeadem Sacra Congregatione loco citato. Conſule *Sanchez num 8. & 9. vbi ſup.*

4 Poſſunt inſuper deputare proprium Confeſſarium ad ſe ipſos abſoluendum, ſi in aliquod delictorum (de quibus *hoc c. 6.*) fuerint prolapſi. Ex eadem Sacra Congregatione loc. cit. & fuſius ex *Sanchez d c. 11. nn. 11.* Necnon committere eamdem facultatem ad abſoluendum cæteros: quod quidem eius Vicario Generali non licet: *Garcias de benef. par. 5. cap. 4. num. 116.*

5 Poſſunt & abſoluere à caſibus, quos Sedes Apoſtolica ſibi reſeruauit in ſuis motibus proprijs, & alijs Conſtitutionibus promulgatis etiam poſt Conc. Trid. ſi in illis non eſt appoſita clauſula derogatoria, &c. *Nauar. conſ. 10. de priuil. par. 2. lib. 5. ed. 2.*

6 Dum Trid. illo c. 6. dat Epiſcopis facultatem abſoluendi in foro conſcientiæ, non intelligit *Audita confeſſione* ſed vt abſolutio non proſit pro foro externo, ſi cõtingat caſum in iudicium deduci. *Sanchez num. 13. Nauar. conſ. 11. num. 2. vbi ſup.*

7 Cum Summus Pontifex concedit facultatem abſoluendi à cenſuris, a quibus ipſe

ipſe poteſt abſoluere,licet non intelligatur concedere caſus in Bulla Cœnæ cõtentos; concedit tamen poteſtatem abſoluendi à cenſuris, quas Epiſcopus ſibi ſpecialiter reſeruat. *Suar.de ceſuris diſp.7.ſect.5.nu. 11. 14.& 15*

9 Non eſt valida abſolutio data à Sacerdote vigore facultatis generaliter à Sũmo Pontefice, vel à Parocho ſpecialiter cõceſſæ, ſi ab Epiſcopo examinatus,& approbatus non fuerit. Ex Sacra Congrega. circa *Conc.ad c.5.de.reform.ſeſſ 23.*

9 Ad Epiſcopum,ſeu Epiſcopalem iuriſdictionẽ habentem pertinet a cenſuris iure communi datis abſoluere, ſi reſeruatæ non ſint. *Suar.ſup.ſect.3.num2.ex cap.Nuper de ſent.excom.*

10 Epiſcopi non poſſunt prohibere,quin abſoluat à caſibus reſeruatis, qui ad id habet priuilegium à Papa. *Sà,in Aphor. verbo Abſolutio.num.23,*

11 Non poteſt Epiſcopus abſoluere à ſuſpenſione eum, cui à iure certus terminus adijcitur, puta triennij, de qua in *c. fin. de Cland.deſponſ.* Poteſt tamen abſoluere à ſuſpenſione ipſo iure impoſita in *Trid.cap.1. ſeſſ.24.de refor. matrim.* Sacerdoti coniungenti, ant benedicẽdi alienos Parochianos abſque licentia proprij Parochi.*Sanchez de matrim.lib.3.diſp,52.num.2.& 4,*

12 Qui iuſtè impediti non poſſunt adire Papam aut eum,cuius e rat abſoluere, non tenentur mittere, aut ad eum ſcribere;ſed

poſ-

poſſunt ab Epiſcopo, aut Superiore ſuo habente Epiſcopalem iuriſdictionem abſolui, vel ab alio de eius commiſſione. Sed ſi ceſſante impedimento non adeant, reincidet. *Nau. cap. 27. Sum. num. 89.*

13 Cum in magnis criminibus datur ab Epiſcopo, ſeu alio abſoluente præceptum de parendo mandatis Eccleſiæ, intelligitur ne poſtea faciat id, ob quod erat excommunicatus. *Sà ſup. num. 19.*

14 Epiſcopus pronior debet eſſe ad abſoluendum, quam ad ligandum. *can.* Alligant. *26. quæſt. 7.*

15 Abſoluere ab omnibus peccatis, & cenſuris in mortis articulo poteſt quilibet Sacerdos abſque ſui Epiſcopi licentia, licèt degradatus, irregularis, excommunicatus, vel hæreticus ſit, ceſſante periculo peruerſionis. At ſi adeſt copia Superioris potentis abſoluere, ſeu alterius Sacerdotis expoſiti ad audiendas confeſſiones, probabilius eſt id non licere. *Sanchez in Decal. tom. 1. lib. 2. cap. 13. num. 5. & 7.* & alij, quos ibi refert. Item.

16 Qui ratione eiuſdem articuli mortis abſoluitur ab excommunicatione per eum qui de iure non poterat abſoluere, tenetur ceſſante tali periculo quam cito commodè poterit ſe præſentare ei à quo de Iure abſoluendus erat, etiamſi conſtet iam ſatisfeciſſe parti; alias reincidet ipſo iure in eamdem excommunicationem. *Suar. de de pœnit. diſp. 30. ſect. 3. num. 6. Sanchez &* alij.

alij quos refert, & ſequitur *Bonac.de Cenſ. diſp.1.quæſt.3.pun.3.nu.12.to.1.contra Nau. & Auil.* putantes non teneri hunc sè præſentare ſuperiori, ſi parti læſæ ſatisfecerit.

Acta Actus.

1 ACTA Vicarij poſt mortem Epiſcopi facta inualida ſunt, etiam ſi mors Epiſcopi nondum fuerit ipſi intimata. *Bonacin. de legibus diſp. 1.q.3.punct.8. §.1.num.30.*

2 Acta facta a Iudice Laico erga delinquentem per vim extractu ab Eccleſia, ſunt irrita: ideo non poteſt Iudex huiuſmodi delinquentem torquere, vel punire, neque iuridice interrogare. *Bonac.ſup.diſp. 3. q. 7. §. 5. nu.2. ex Suarez to. 1.de Relig. tract.2.lib.3.cap.13.num.14.*

3 Acta per eum, qui à legitimo ſuperiore obtinuit beneficium in excommunicatione, valida ſunt, ſi excommunicatio erat occulta; nam licet non acquiſierit verum titulum beneficij, acquiſiuit tamen veram iuriſdictionem pertinentem ad tale beneficium; error enim communis facti, & authoritas ſuperioris ſupplent defectum iuriſdictionis *l.Barbarius de Offic.Præt.Sylu. confeſſor 1.quæſt.19. Nau.cap.9. Sum. nu.9. Auila de Cenſur. 2. par. cap.6.diſp.6.dub.7. Suar.tom.5.diſp.13.ſect.1.nu.31.*

Ad

Adminiſtratio.

1 ADminiſtratores cuiuſuis fabricæ, Confraternitatis, & quorumcunque piorum locorum ſingulis annis poteſt Epiſcopus compellere ad reddendam rationem ſuæ adminiſtrationis, niſi aliter in fundatione ſit cautum. *Trid.cap.9.ſeſſ.22. de reform.*

2 Poſſunt inſuper compelli per eumdem Epiſcopum ad ſoluendum coram ſe, ſi in rationibus reddendis inueniantur debitores, etiamſi laici ſint. *Aloiſ.Ricc.in ſua Prax. for. Eccleſ.reſol.2.*

3 Adminiſtratoribus Epiſcopatus Sede vacante per Capitulum electis Epiſcopus ad eamdem Sedem vacantem promotus rationē adminiſtrationis exigit cum facultate eos puniendi, ſi in eorum officio deliquerint. *Trid.cap.16.ſeſſ.24.de reform.*

4 Epiſcopus non poteſt admniſtrare Epiſcopatum, ex eo, quod eſt prouiſus, niſi litteris expeditis & oſtenſis. *Azor. par. 2. inſtit. moral. lib.3. cap.29. quæſt.9. verſ.cæterum.*

Adulterium vide Diuortium nu. 1.2.3.4.5.

1 CLericus de adulterio damnatus per Epiſcopum deponitur ab officio, & in

& in Monaſterio toto vitæ tempore detruditur. *cap. ſi quis clericus.* 8 *1. diſt. Bern. Diaz in pract crim. canonica, cap. 88. nu. 2. ed. vlt.* vbi de communi te ſtatur.

2 Irregularitas, & ſuſpenſio, quam incurrit clericus notorius adulter, diſpenſari poteſt ab Epiſcopo, ſi clericus poſt adulterij crimen non eſt executus actum proprium ſui Ordinis. at ſi illũ executus fuerit, indiget diſpenſatione Papæ. *Io. Azor. inſtit. mor. par. 3. lib. 3. cap. 8. verſ. Nono notãdum*. Dicitur autem notorium adulterium tribus modis, per ſententiam, per confeſſionem in iure factam, & per rei euidentiam. *cap. fin. de cohabit cler. & mulier gloſ. in cap. fin. in verbo Noteria de Iudicijs.*

3 Dum dicimus Epiſcopum diſpenſare poſſe in adulterio, & minoribus criminibus, hoc intelligẽdum eſt, vt non procedat. Primò, quando pœna ipſo iure impoſita eſt à canone. Secundò, quando verba canonis tollunt actualiter diſpenſationem, vt ſi diceret, clericus conuictus de adulterio, vel minoribus criminibus, perpetuò ſit beneficijs priuatus. Tertiò, ſi ex diſpenſatione dubitaretur de ſcandalo. Quartò, quando canon certam legem imponit Epiſcopo. Quintò, quando Canon eſſet Concilij nihil de diſpenſatione dicentis; nam Epiſcopus non diſpenſat contra Conciliũ. *Felin. in cap. at ſi Clerici §. de adulterijs n. 4.* vbi hæc omnia optimè probat.

4 Epiſcopus ex officio ob ſalutem animarum

marum cogere poteſt coniuges adulteros, vt ad euitandum periculum fornicationis ſimul cohabitent. *Nauar.conſ.1.de adult. num.1.par.2.1.lib.5.ed.2.*

5 Innocens reddens debitum ex Epiſcopi præcepto, ſiue adulterium ſit notoriu m, ſiue occultum, non cenſetur adulterium condonare, itaut deinceps amittat ius accuſandi ciuiliter, aut criminaliter: non enim liberaliter reddit, ſed vt vexationem redimat, vt ne ſaltem in foro externo ſit excommunicatus. *Sanchez.lib.10.de Matrim. diſp.14.num.14.*

*Aduocatus, vide Iudex num.*18.

1 Epiſcopus aduocationis officiū exercere non debet. *can. Epiſcopu. cum ibi notatis, diſt.88.can.te quidem.11.quæſt.1*

2 Clericus aduocans contra Eccleſiam ſuam, vel Epiſcopum, vel patronum poteſt priuari ſuo beneficio. *can.de forma.cum ibi not.per gloſ.in verb. dignus. 22.quæſt. 5.can ſi Imperator, diſt.96.*

3 Clericus in ſacris, & beneficiatus, in cauſa ciuili, ſi aliena ſit, procurator, & aduocatus eſſe non poteſt, poteſt autem eſſe aduocatus in cauſis eccleſiaſticis, vel corā iudice eccleſiaſtico. *Sylu.verbo Aduocatus quæſt.2.Armilla eod.verb.num.5.*

4 Non poteſt Epiſcopus ad ſua negotia Religioſo licentiam concedere Aduocati, ſeu

ſeu procuratoris munus obeundi; ſi ipſi Epiſcopo Monaſteriū non ſubeſt,ſed requiritur licentia ſui Abbatis. *Cardin. Clem. religioſus.num.8.quæſt.3.de procurat. Sanchez in Decalog.tom.2.lib.6.cap.13.num. 9.& 22*

5 Aduocatus non admittitur ad defendendum hæreticum etiam in caſu à iure permiſſo ſine licentia Iudicis, Inquiſitoris ſcilicet,aut Epiſcopi. *Farinac.lib.5. de Hæreſi.quæſt.197.§.3.num.80. ex Vgol.in tract. de cenſur.Pontif.reſeruat.par.2.in gloſ.* Fautores *in princ.num.6.verſ.in hoc tamen caſu.* vbi illum de communi teſtari affirmat.

6 Iudex debet admittere aduocatum pro Hæretico ad opponendum defectum iuriſdictionis. *Farinac.ſup.num.81.* Item quando contra inquiſitum de hæreſi non proceditur ſummariè. *Farinac.ibid.num.76.* Item pro eo, qui olim fuit hæreticus, ſed hodie non eſt; & ſi eſt,vult redire ad fidē. *Farinac.ibidem num.75.* Item ad fauorem hærerici ante torturam ad allegandum reum non eſſe torquendum *Farinac.q.183 §.4.verſ.amplia tertio.num.213.vbi ſup.*

7 Arbitrio Iudicis ſtandum eſt, an pro inquiſito hæretico poſſit interuenire procurator, aut Aduocatus. *Affl. in Conſtit. Regni de Hæreticis,& Patterenis,rub.1.n.43. ante fin.* & alij apud. *Farinac.ſup.num. 79.*

8 Aduocatus accuſatoris fit Irregularis ſecuta morte Rei contrà quem prò accuſatore agebat. Aduocatus vero Rei fit Irregularis quando Reus ex ipſius Aduocati impe-

imperitia, vel negligentia adiudicant morti, ipſa tamen morte ſecuta *Vgolin. Suar.* & alij apud *Bonac. tom.1.de Cenſur. diſp.7. q.4. pun.3. num.6. & 7.fauet Nau.cap.27. ſum.num.228.*

Aedificium, vide Eccleſia num. 11. Epiſcopus num.23.

1 Eccleſiæ ædificari non poſſunt ſine ſcitu, & aſſenſu Epiſcopi loci: & ipſe locum ædificationis aſſignat, crucem figit, lapidemque ponit primarium *c. nemo Eccleſiam.diſt.1.de conſecr.Paulus Piaceſ. in ſua Prax. Epiſc. par.1.cap.5.à num.1.Aloyſ. Ric.in Prax fori eccleſ.reſol.490.*

2 Locus in quod æificanda eſt Eccleſia, gaudet, priuilegio Eccleſiaſtico, eo ipſo, quod eſt ibi impoſitus per Epiſcopum primus lapis, adeò quod non poſſit ad humanos vſus redire. *Felin.in c.cum adeo.num.5. de Reſcript.ex notatis in c. Eccleſia de immu. Eccleſ.*

3 Religioſi exempti non poſſunt in loco non exempto Eccleſiam ædificare ſine Epiſcopi Diœceſani conſenſu. *cap. authoritate de priuileg.in 6.*

4 Epiſcopi loci non poſſunt concedere licentiam ad nouos conuentus cuiuſcunque etiam Mendicantium Ordinis in Ciuitatibus ædificandos, niſi vocatis, & auditis aliorum in eiſdem Ciuitatibus exiſtentium

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

tium Conuentuum Prioribus, & alijs intereſſe habentibus iuxta tenorem Conſtitutionis *Clem. 8. edita de anno 1603. incip. Quoniam ad inſtitutam*, quæ eſt regiſtrata in Bullar. vlt.edit.*tom. 3.pag.146.*

5 Carmelitę diſcalciati ex Bulla Pauli V. edita de anno 1605. incip. *Ad Eccleſia.* regiſtrata in Bullar.vlt.edit.*tom.3.pag.188.* & Monachi Congregationis beatæ Mariæ Fulienſis ex Bulla eiuſdem edita de anno 1608. incip. *Miniſterio.* regiſtrata in eod. Bullario.*cit.tom.pag.242.* eximuntur à pręfata Conſtitutione Clementis VIII. eiſque conceditur, vt vbique de ſola licentia Ordinarij poſſint noua loca ædificare.

6 Epiſcopus ſi tempore ædificationis Eccleſiæ non meminit de dotatione, poteſt poſt ædificatam Eccleſiam cōpellere eum, qui eam ædificauit, vel eius hæredem ad illam dotandam, & alias non dotando amittit Iuſpatronatus. *Aloyſ.Ric. in Prax,Aurea.reſol.115.n.6.*

Aetas, vide Capella num.2. pænitentiarius num.2. Prima tonſura num. 1.

1 NEmo poteſt ad Epiſcopatus culmē promoueri ante annum trigeſimum, *c. cum in cunctis de elect. Rebuff. in Prax.benefic, in rubr. Requiſita ad collationem bonam, nu.17.*

Super

2 Super defectu ætatis in ſuſcipiendis ordinibus requiſitæ, Epiſcopus non diſpẽſat. *c. vel non eſt compos, de temp. ordin.* Poteſt tamen ex poſt facto abſoluere à ſuſpẽſione incurſa, poſtquã ordinatus ante ætatem peruenerit ad ætatem legitimam. *Franc. Leo. in Theſ. fori Eccleſ. c. 23. nu. 53.*

3 Aetas autem præſcripta ad ordines ſuſcipiendos, quoad primam tonſuram, & tres primos minores, eſt annorum ad minus ſeptem completorum, ad Acolytatum annorum 12. *c. in ſingulis. 77. diſt. Sylu. v. Aetas, verſ. tertium.* Quoad cæteros maiores. *Trid. ſeſſ. 23. c.* 12. aſſignat ad ſubdiaconatum anno 22. ad Diaconatũ anno 23. ad Præsbiteratum anno 25. & ſufficit quod annus ſit incœptus, vt apud *Paul. Piaſec. in ſua Prax. Epiſc. par. 1. c. 1. num. 23.*

4 Quænam ætas ſit ad ſingula beneficia neceſſaria vide apud. *Azor. inſtit. moral. p. 2. lib. 6. c. 5. quæſt. 1. & Leſſ. lib. 2. de iuſt. & iur. c. 34. dub. 20. à num. 107.* & quæ ad pẽſionem, *infra verb. Penſio.*

5 Dubitanti an habeat ætatem requiſitam ad ordines, vel beneficia, non debet Epiſcopus ordines, vel beneficia conferre niſi prius de ætate conſtiterit. *Sanch. de matr. l. 2. d. 41. n. 38.*

6 Diſpenſat Epiſcopus cum minoribus nõ habentibus requiſitam ætatem ad matrimonium, vt illud ineant, quando ſunt prope ætatem, & dubium eſt, an malitia eam ſuppleat. *Sanchez lib. 7. de matrim.*

diſp. 104. num. 12.

7 Aetas autem ad matrimonium valide contrahendum eſt pubertas, nempe annus 12. in fęmina; in viro 14. *c. continebatur. &c. ex litteris de ſponſ. impuber.* Quæ ætas tam in viro, quam in fœmina, debet eſſe completa, vt in *d. c. continebatur*, & docet *Sanchez ſup num. 1.* In ſponſalibus verò requiritur ætas ſeptem annorum completorum *c. vnico. ſponſ. impub. lib. 6. & per Sanchez ſup. lib. 1. diſp. 16. nu. 2. & ſeq.*

9 Matrimonium ante iuſtam ætatem ſeruata forma Concil. Trid. ignoranter cõtrahentes; de licentia Ordinarij iterum coram Parocho, vel alio Sacerdote, cui det ipſe licentiam, vel idem Ordinarius, & duobus teſtibus omiſſis ſolemnitatibus ſecretè contrahere habent ex ſententia *Nau. conſ. 3. de ſponſ. impub. num. 1. par. 2. lib. 4. ed. 2.*

Aleator, vide Ludus.

Alienatio, vide Iuramentum nu. 8. 11. Ordo, n. 9. Patrimonium, num. 1. Reliquia, num. 2.

1 EPiſcopus alienans bona Eccleſiæ abſque licentia Summi Pontificis ſuſpenditur ab ingreſſu Eccleſiæ. *extrau. ambitioſæ, de reb. Eccleſ. non alien.*

2 Ceſſante fraude, & præſumptione de qua,

de qua in *c.quiſquis. 12.quaſt.2.&c.in canonibus. 16.quaſt.1.* poteſt Epiſcopus bona Eccleſiæ ſolita dari in emphyteuſim, potius in conſanguineos, quàm in extraneos alienare. *Burſat. conſ.127.n.4.lib.2. Surd. de alimentis. tit.8.priuil.92.num.2.*

3 Epiſcopus iurans non alienare rem Eccleſiæ, iuramento non ligatur, quominus ſeruatis alioqui ſeruandis, poſſit in eius vtilitatem alienare, itemque rem modicam: intelligitur enim iuramentum ſecundum iuris diſpoſitionem. *Sà in Aphor. verbo Alienatio. nu.6. vide Sylu. verb. Alienatio; num.16.quaſt.16.* Armill, *ibid.nu.18.*

4 Epiſcopus habens bona diſtincta à bonis Capituli, poteſt illa concedere alicui ad vitam ipſius Epiſcopi ſine Capituli conſenſu, & alia ſolemnitate. *Abb. in cap. continebatur. de his, quæ fiunt à* Prælat. *Tabien. verb. Alienatio. num.17 Armill.24.*

4 Epiſcopus, qui de facto alienauit rem Eccleſiæ, poteſt conſtituere procuratorem ad reuocandum alienata, coram ipſomet Epiſcopo, qui conſtituit, ſi nomine Eccleſiæ, & Epiſcopatus compareat. *Bald. in l.1.C.Ne quis in cauſa ſua iud.*

6 Licet pecunia inter mobilia alienabilia deputetur: non per hoc poteſt Epiſcopus alienare pecuniam Eccleſiæ ſuæ, ſi deputata ſit ad emenda immobilia: quia tunc iudicatur vt bonum immobile. *Sylu. ſup.num.7. §.octauo.*

7 Epiſcopus renunciando ſine ſolemni-

tate hæreditatem, ſeu legatum delatum Eccleſiæ, non dicitur alienare, vt incurrat pœnas iuris; quia adhuc non eſt ſibi verè ius quæſitum. *Armill. verbo Alienatio n. 27.* & Prælatus in acquirendis Eccleſiæ ſuæ præiudicare poteſt *Abb. in c. tua num. 6. de his quæ fiunt à Prælatis ſine conſ. Capituli.*

8 Rem ab Eccleſia malè poſſeſſam poteſt Epiſcopus alienare, videlicet reſtituẽdo eam vero Domino. Non enim tenetur æs Eccleſiæ defendere contra conſcientiã. *Felin. in cap. final. de præſcript. num.* 10.

9 Epiſcopus non incurrit pœnas *extrauag. ambitioſæ.* alienando bona Eccleſiæ, vbi conſtitutio illa non eſt vſu recepta. *Syl. verb. Alienatio. quæſt. 13. Nauar. c. 27. Sum. num. 149.*

10 Epiſcopus poteſt reuocare, quod anteceſſor alienauit indebitè. *cap. 1 de in integr. reſtit.*

11 Poteſt & ratam habere alienationem rerum Eccleſiæ abſque ſolemnitate Sede vacante factam. *gloſ. verbo. Sede vacante. in c. 1. Ne Sede vacan. Couar. pract. quæſt. c. 28. num. 16. verſ. Hanc ſententiamex eo, &c.*

Alimenta, vide Ordo num. 10. 14. Viſitatio num. 7.

1 Alimentorum cauſa pia eſt, ideoque poteſt coram Epiſcopo etiã in Feſto tractari. *Sà. verb. Aliment. fine,*

Cle-

2 Clericis ad titulum patrimonij ordinatis non competit actio contra Epiſcopum, vt eis alimenta ſubminiſtret, ſi egeāt ex eo quod eorum patrimonium Chalmare, ſeu alluuione perierit: tenetur tamen Epiſcopus eis prouidere non de ſpeciali obligatione conſurgēte ex virtute promotionis ad ordines, ſed ex quadam generali, qua tenetur Epiſcopus pauperibus ſubuenire, *gloſ. & Abb. num. 5. in c. tuis quæſtionibus. de præbend. Sanchez lib. 6. de matrim. diſp. 32. nu. 8.*

3 Epiſcopus ſcienter ordinans aliquem abſque titulo, nullam aliam pœnam incurrit, niſi vt ordinato alimenta præſtet iuxta *c. cum ſecundum Apoſtolum, de præb. Suar. to. 5. de cenſur. diſp. 31. ſect. 1. num. 33. Sayr. de cenſur. lib. 4. cap. 17. ad fin. ex Trid. ſeſſ. 21. cap. 2. de reform. & Bulla Clem. VIII. edita de anno 1595. die vlt. Februarij.*

4 Quando Epiſcopus promouet aliquem ad ſacros ordines, & ei tanquam pauperi prouidere debet, vt habeat vnde ſe alat, alimenta taxanda ſunt habita ratione qualitatis promoti, & reddituum Eccleſiæ, *Auguſtinus enim in ſerm. 41. de ſanctis* monet alias eſſe debere eſcas diuitum, alias pauperum. *Io. Aloyſ. Ric. in Prax. aurea fori eccleſ. reſol. 439.* videatur *gloſ. in l. idemq. §. labeo. ff. mandati.*

5 Epiſcopus accedens ad conſecrationem Eccleſiæ cōſequitur alimenta ab Eccleſia, etiamſi Eccleſia ſit vicina Epiſcopa-

tui, ſi Eccleſia habet vnde ſoluat. *Surd. de alimentis tit. 1. quæſt. 64. num. 3. & 4.*

6 Cathecumenis, dum in fide inſtruuntur, alimenta præſtare, ſeu docere eos non tenetur ex obligatione Epiſcopus, neque Parochus. *Nau. conſ. 1. de Baptiſ. num. 2, par. 1. lib. 3. ed. 2.*

Altare, vide Miſſa num. 13. Sepultura num. 15.

1 Sine altari ab Epiſcopo conſecrato celebrare peccatum mortale eſt. Non diſpenſat in hoc Epiſcopus. *Sà. in Aphor. verbo Altare ad fin.*

2 Altaria ab Epiſcopo conſecrantur ſiue ſola, ſiue vna cum Eccleſia, plura, ſeu vnum ſolum. *cap. cum ſis de conſ. eccleſ.* ſiue ſint ſtabilia, ſiue portabilia. *Armil. verbo Altare num. 4.*

3 Altare ſicut conſecrari non debet niſi ab Epiſcopo, ſic nec debet niſi ab Epiſcopo, aut ex Epiſcopi mandato execrari, vel deſtrui. *Turrecrem. in can. placuit. nu. 2. de conſecr. eccleſ. diſt. 1. Armil. ſupra num. 3.*

4 Altare ſtabile non poteſt erigi in Eccleſia conſecrata ſine conſenſu Epiſcopi. *Fuſcus lib. 1. de viſit. cap. 21. nu. 12. Armill. ſup. num. 2.* At in Eccleſia non conſecrata quilibet Presbyter poteſt illud erigere, & deſtruere, ſi conſecratum non eſt. *Azor. Inſtit.*

ſtit.mor.par.1.lib.10. c.27. quaſt.6.

5 In Altari in quo conſecrauit Epiſcopus, non poteſt alius in eodem die conſecrare. *cap.fin. de conſecr. diſt. 2.* niſi de licentia Epiſcopi, vel vrgente neceſſitate, quando Epiſcopus non poſſet complere. *cap.nihil. 6.quaſt.1.Sylu.verbo.Altare. q.7.*

6 Altaria ſub quibus ſepulta ſunt Cadauera mortuorum non ſunt per Epiſcopum conſeruanda, niſi eis remotis. *Paul. Piaſc. in ſua Prax.Epiſc.par.1.cap.5.num.3. ex Sacra Cong. Conc.in reſp.ad Epiſc.Interamnen. die 13. Septemb. 1593. & ad Epiſ.Tranen.8. Nouemb.1599.*

7 Altaris lapis profanatus, poteſt vendi, & licitè teneri ab emptori; ſed in loco decenti, & honeſto. *Ita S.Cong. Rit in vna Reatina. 9. Maij. 1606. declaraſſe fertur.*

Alternatiua, vide Abſentia, nu. 2. Beneficium, num. 5.

1 Episcopus gaudens alternatiua, habet ſex menſes vigore illius ad conferendum, videlicet, Februarium, Aprilem, Iunium, Auguſtum, Octobrem, & Decembrem. *Gonzal.ſup.reg.8. Cancell. gaſ.50.num.1.*

2 Eiſcopus volens frui alternatiuæ beneficio, debet illam acceptare per litteras patentes, propria manu ſubſcriptas, &

ſuo ſigillo munitas, & in propria Diœceſi, vel Ciuitate datas; illaſque ad Datariũ ſuæ ſanctitatis traſmittere iuxta formam *reg.8. Cancell.de reſeruat. menſ. Apoſt. & de Altern.pro Epiſc.reſidentibus* videatur Gonzal. *ſup.gloſ.62.* vbi ponit formam eiuſmodi litterarum acceptionis Alternatiuæ. *Et Fuſcus de viſitat. lib.2. cap.28. num.33.*

3 Epiſcopus qui non poteſt reſidere propter proteruiam, & crudelitatem impiorum, gaudet alternatiua acceptata. *Gonzal.vbi ſup.gloſ.42.num.200.*

4 Alternatiua acceptata finitur morte Papæ illam concedentis, vel Epiſcopi illam acceptantis. *Gonzal.gloſ.50.ſup.nu.4.* Perditur verò ſi Epiſcopus illa abutatur, prouidendo de beneficijs in alijs ſex menſibus Apoſtolicis vacantibus, vel alias. *Gonzal.ſup.gloſ.56.num.26.* quod amplia, & limita, vt per eum nu. ſeq.

5 Epiſcopus qui acceptauit Alternatiuam, ſi poſt prouiſionem beneficij in eodem mẽſe alternato diſceſſerit à ſua Diœceſi, nihilominus remanet valida prouiſio. At quando Epiſcopus fuit pręſens tempore vacationis, ſed non in initio menſis ita ut menſis ipſe in ſui initio affectus fuerit Papæ, non intrat alternatiua pro Epiſcopo. *Melchior.Loter.tom.1.de re benef.lib.2. quaſt.40. num.83. & 87.* vbi *num. 90.* neque intrare putat ſi Epiſcopus reſederit in principio menſis, & tempore vacationis, nihilominus ante vacationem ad modi-

cum

cum tempus abſceſſerit.

6 Epiſcopus reſidens pro Nunciatura in aliquo Regno, non gaudet alternatiua. *Gonzal. in gloſ. 43. num. 84. vbi ſupra.*

7 Epiſcopus poſt acceptatam, v. g. Romæ alternatiuam per procuratorem, ſi antequam eius ipſe notitiam habeat conferat beneficium, quod vacauit in menſe ſuo alternato, validè illud confert. *Garc. de benefic. par. 5. cap. 1. nu. 764. & 768.* Peccat tamen Epiſcopus ſic conferendo ob periculũ cui ſe exponit de conferendo cõtra prohibitionem, niſi ſub conditione conferat videlicet ſi de iure poſſum, ex *Garcia ibid. num. 775.*

Apoſtolorum limina. vide limina Apoſtolorum.

Appellatio, vide Concurſus, nu. 12. Prælatus. num. 12.

1 A Viſitatione facta per Epiſcopum quoad morum correctionem, non datur appellatio quoad effectum ſuſpenſiuum, ſed quoad deuolutiuum. *Trid. ſeſſ. 24. de reform. cap. 10.* fuſius *Aloyſ. Ricc. in Prax. aurea for. ecclef. reſol. 7.* Ad idem videnda eſt conſtitutio decima Pij IV. incip. *De ſalute gregis*, regiſtrata in Bullario vlt. edit. pag. 20. tom. 2.

ſuo ſigillo munitas, & in propria Diœceſi, vel Ciuitate datas; illaſque ad Datariũ ſuæ ſanctitatis traſmittere iuxta formam *reg.8. Cancell.de reſeruat. menſ. Apoſt. & de Altern.pro Epiſc.reſidentibus* videatur Gonzal. *ſup.gloſ.62.* vbi ponit formam eiuſmodi litterarum acceptionis Alternatiuæ. *Et Fuſcus de viſitat. lib.2. cap.28. num.33.*

3 Epiſcopus qui non poteſt reſidere propter proteruiam, & crudelitatem impiorum, gaudet alternatiua acceptata. *Gonzal.vbi ſup.gloſ.42.num.200.*

4 Alternatiua acceptata finitur morte Papæ illam concedentis, vel Epiſcopi illam acceptantis. *Gonzal.gloſ.50.ſup.nu.4.* Perditur verò ſi Epiſcopus illa abutatur, prouidendo de beneficijs in alijs ſex menſibus Apoſtolicis vacantibus, vel alias. *Gonzal.ſup.gloſ.56.num.26.* quod amplia, & limita, vt per eum nu. ſeq.

5 Epiſcopus qui acceptauit Alternatiuam, ſi poſt prouiſionem beneficij in eodem mẽſe alternato diſceſſerit à ſua Diœceſi, nihilominus remanet valida prouiſio. At quando Epiſcopus fuit pręſens tempore vacationis, ſed non in initio menſis itaut menſis ipſe in ſui initio affectus fuerit Papæ, non intrat alternatiua pro Epiſcopo. *Melchior.Loter.tom.1.de re benef.lib.2. quaſt.40. num.83. & 87.* vbi *num. 90.* neque intrare putat ſi Epiſcopus reſederit in principio menſis, & tempore vacationis, nihilominus ante vacationem ad modicum

cum tempus abſceſſerit.

6 Epiſcopus reſidens pro Nunciatura in aliquo Regno, non gaudet alternatiua. *Gonzal. in gloſ. 43. num. 84. vbi ſupra.*

7 Epiſcopus poſt acceptatam, v.g. Romæ alternatiuam per procuratorem, ſi antequam eius ipſe notitiam habeat conferat beneficium, quod vacauit in menſe ſuo alternato, valide illud confert. *Garc. de benefic. par. 5. cap. 1. nu. 764. & 768.* Peccat tamen Epiſcopus ſic conferendo ob periculũ cui ſe exponit de conferendo cõtra prohibitionem, niſi ſub conditione conferat videlicet ſi de iure poſſum, ex *Garcia ibid. num. 775.*

Apoſtolorum limina. vide limina Apoſtolorum.

Appellatio, vide Concurſus, nu. 12. Prælatus. num. 12.

1 A Viſitatione facta per Epiſcopum quoad morum correctionem, non datur appellatio quoad effectum ſuſpenſiuum, ſed quoad deuolutiuum. *Trid. ſeſſ. 24. de reform. cap. 10.* fuſius *Aloyſ. Ricc. in Prax. aurea for. eccleſ. reſol. 7.* Ad idem videnda eſt conſtitutio decima Pij IV. incip. *De ſalute gregis*, regiſtrata in Bullario vlt. edit. pag. 20. tom. 2.

B 4 2 Ap-

2 Appellari poteſt ad Metropolitanū, cum Epiſcopus in viſitatione excedit, vel nouus caſus emergit. *c.licet, de offic. Iud. Ordinarij.*

3 Quando Epiſcopi procedunt ex Concil. Trid. tanquam Apoſt. Sedis delegati in cauſis, quæ ſub eorum iuriſdictione ordinaria non comprænenduntur, non poteſt ab ijs niſi ad Sedem Apoſtolicam appellari; *Nauar.conſ.28.de ſtatu monach. n.6.ed.2.* quando verò iuriſdictio delegata cumulatur cum ordinaria, Epiſcopus non poteſt huiuſmodi delegationis prætextu declinare iuriſdictionem Metropolitani in cauſis illis, in quibus ante Concilij ordinationem Metropolitanus poterat vti eodem iure, eademque poteſtate. *Sac.Cong. circa Conc.ad c.4.§.tanquam ad hoc. de reform.ſeſſ.14.Io.Aloyſ.Ric. reſol.449. num.2. vbi ſup.*

4 Appellans abſoluendus eſt, ſi acta primæ inſtantiæ ob contumaciam Epiſcopi, ſeu eius in ſpiritualibus Generalis Vicarij habere non poteſt, *ex eadem Sacra Congr.ad ſeſſ.13.de reform.c.3.§.Acta primæ inſtantiæ.*

5 A ſententia Vicarij Generalis non datur appellatio ad Epiſcopum: at a ſententia Vicarij foranei datur appellatio, & ad Epiſcopum, & ad eius Vicarium generalem. *c.Romana. vbi Innoc.& Archid. de appell.in 6.clem.2.vbi Card.& alij de reſcr. Sbrozius de Vicario Epiſcopi. lib.1. q.23.n.8.*

6 Ap.

6 Appellari poteſt à Vicario generali ad Epiſcopum in cauſis ſibi delegatis per eumdem Epiſcopum. *c.delicti, il 3.vbi Io. And.in gloſ.in ver.qui non erant de appel.*

7 Si Epiſcopus in fraudem appellationis interponendæ ad Metropolitanum cauſam malitioſè delegat, poteſt per ipsũ Metropolitanum excommunicari. *Abb. d.c.dilecti num. 18.* fuſius *Sbroz. ſup. lib. 3. c.2.nu.20.& 23.*

8 In notorio manifeſto ex ipſa facti euidentia non debet per Epiſcopum appellatio admitti. *c.cum ſpeciali, §.Porrò*, & ibi *Abb.de appell.Veſtr.lib.7.c.3. num.16.* Imò qui ſciens ſe iuſtè condemnatum, ad differendum executionem appellat, mortaliter peccat, *D.Thom.22.q.69.ar.3.in corpore,Sylu.verb. Accuſatio q.14.Tab. eodem. verb. §. q. Nau. cap.25. ſum. num. 39.fauet can.quicunque.2.q.6.* Nec poteſt abſolui niſi ab appellatione deſtiterit, & primæ ſententiæ obtemperauerit. *Beia in ſuis Reſpon. caſ. conſcien. caſu 65.* & alijs quos ibi refert, & ſequitur.

9 Si Epiſcopus agnouit de cauſa temporali, tanquam delegatus Principis, ab ipſo appellatur ad principem ſæcularem. *Felin. in c.cæterum.de iudicijs, verſ.Quis dicatur iudex. num.20.* At ſi iudex ſæcularis ſimul cum eo de vna, eademque cauſa iudicent, ad ſuperiorem Eccleſiaſticum appellabitur. *Bart.l.1. §.ſi quis. verſ. Quano po ne ff.de appell.*

10 Epiſcopus non poteſt committere cauſam, appellatione remota. *Felin. cap. ſignificauerunt. de exception.num.13.*

11 Licet appellari nequeat à ſententia excommunicationis ad effectum eam ſuſpendendi, poteſt tamen appellari ab illa qua quis declaratur eam incurriſſe, ad effectum ſuſpendendi declarationem, ita quod appellatione pendente nihil ei obſit *Nau.conſ.9.de sēt.excom.n.5.p.2.lib.5.ed.2.*

Approbatio, approbatus, vide Concurſus nu. 3.4. Confeſſor nu.2. 3.5.6.7. Examen. n.10.

1 Regulares abſque Epiſcopi approbatione, confeſſiones audire non poſſunt, etiam quod ab Epiſcopis locorum, hucuſque tolerati fuerint, ex Conſtitut. Pij V. 133. incip. Romani Pontificis. Regiſtrata in Bullar. vlt. edit. tom. 2. pag. 345. de qua *Quaranta verb. confeſſor. circa princ. & Sacr. Congreg. Trid. ad cap. 15. ſeſſ.23.de reform.*

2 Regularis ſemel ab Epiſcopo approbatus non ab eodem ſed ab Epiſcopo ſucceſſore examinari poteſt ex eadem Pij V. Conſtit. & *Quaranta loco cit.* vbi affirmatur non fuiſſe Conſtitutionem hanc reuocatam Greg. XIII. per reductionem priuilegiorum Regularium ad terminos Concil. Trid.

3 Re-

3 Regularis generaliter ab Epiſcopo approbatus ad confeſſiones perſonarum ſecularium audiendas, non cenſetur approbatus ad audiendas confeſſiones Monialiũ ſibi ſubiectarum. Neque ſi fuerit per Epiſcopum approbatus ad audiendas confeſſiones Monialium vnius Monaſterij, poterit audire confeſſiones Monialium alterius Monaſterij. Neque ſi Confeſſor extraordinarius ab Epiſcopo fuerit deputatus, atque approbatus ad Monialium confeſſiones pro vna vice audiendas iuxta formam *Concil. Trident.* poterit pluries in vim approbationis eiuſmodi; illarum confeſſiones audire: ſed quo ad hos caſus ſemper eget noua, ac ſpeciali Epiſcopi approbatione. *Ex Sacr. Congr. Conc. Trid. in reſp.* ad quædam dubia exorta ſuper *conſt. 18. Greg. XV. de Exemptorum priuil. &c. edita de anno 1622. regiſt. vna cum dicta reſponſione in Bullar. vlt. ed. to. 4. pag. 98. 99. 100. & 101.* vbi in fine habetur eiuſmodi reſponſionem fuiſſe per eumdem *Greg. & Vrbanum VIII.* eius ſucceſſorem in omnibus approbatam.

4 Approbatus ad audiendas confeſſiones ab ordinario vnius Diœceſis, non poterit per hoc eas audire in alio Epiſcopatu, *Sacra Congreg. & Quaranta loc. cit. Nau. c. 27. Sum. num. 266. verſ. ſextum.*

5 Presbyteri Congregationis Oratorij de Vrbe ad confeſſiones audiendas Romæ approbari non debent extra Vrbem

 à lo-

à locorum Ordinarijs examinari; ſed ſufficit eorum licentias Romæ habitas illis præſentari, ex priuilegio Sixti V. de quo plura. *Quaranta vbi ſupra.*

6 Qui ab Epiſcopo ad certum tempus eſt approbatus, poteſt ab eodem Epiſcopo iterum compelli ad ſe examini ſubijciẽdum, illo finito. *Barboſa de poteſtate Epiſcop. par. 2. alleg. 25. num. 34.*

7 Epiſcopus ſi approbet eum, quem ſcit non eſſe idoneum, reddit approbationem nullam *Barb. ibid. num. 19.*

8 Non eſt de eſſentia approbationis eiuſmodi, vt fiat per Epiſcopum in ſcriptis; ſufficit enim, quod in voce habeatur. *Barboſ. ibid. num. 10.*

9 Epiſcopi tenentur approbare Sacerdotes ſuos ad confeſſiones audiendas, ſi eos dignos inueniant: id enim eſt actus iuſtitiæ, quem Epiſcopi ex officio ſuis ſubditis debent. *Henriq. lib. 3. de pœnit. cap. 6. nu. 3. Suar. num. 4. de pœnit. diſp. 28. ſect. 5. num 5.* Hæc autem approbatio, cum ſit iuridica declaratio, ſemper durat, quamdiu non reuocatur, itaut neque per mortem concedentis extinguatur. *Suar. ibid. ſect. 8. §. primum ergo.*

10 Approbatio Epiſcopi eſt diſtincta à delegatione iuriſdictionis; vnde poteſt Epiſcopus aliquem approbare, & ſic approbato ſuam iuriſdictionem non delegare. Item poteſt ſimpliciter approbare, & tamen ad tempus iuriſdictionem concedere

cedere, vel durante ſua vita: & tunc licet per mortem ceſſet iuriſdictio, non tamen approbatio. *Suar. tom. 4. de pœnit. diſp. 28. ſect. 4. §. 6. circa aliud membrum.*

11 Per facultatem conceſſam à Pontifice eligendi confeſſorem approbatum ab Epiſcopo poteſt eligi Sacerdos alterius diœceſis, ibique approbatus. *Suar. ſupra ſect. 7 §. Primò. ergo, & ſeq.*

12 Poteſt Epiſcopus ex cauſa concedere approbationem cum limitatione perſonarum, vel locorum, v.g. ad audiendas confeſſiones virorum, & non fœminarum, ſeu in hoc oppido, & non in illo. *Nauar. cap. 4. Sum. num. 10. & 11. Suar. ſupra. §. 6. explicandum eſt.*

13 Ex iuſta cauſa ſuperueniente poteſt Epiſcopus approbationem ſemel datam reuocare. *argum. cap. accepimus, de ætat. & qualit. ordinand, niſi forte, &c.*

Arbitrium; vide Canonicus, *nu. 3. Diſpenſatio num. 6. Irregularitas nu. 6. Pauper, nu. 1. 11. Percuſſio num. 2. 3.*

1 ARbitrio prudentis Epiſcopi relinquitur, an ſimul, vel per temporum interſtitia expediat vni perſonæ conferre ordines minores. *Sylu. ord. 2. num 7. verſ. tertium. Barb. de pot. Epiſcopi par. 2. alleg. 11. num. 14.*

2 An

2 An expediat ſeptimo ſuæ ætatis anno alicui primam tonſuram conferre; Epiſcopus arbitratur. *Suar. de cenſur. diſp. 31. ſect. 1. num. 12.*

3 Eiuſdem arbitrio iudicandum relinquitur, an expediat minores ordines conferre ei, qui etſi linguam latinam adhuc non intelligit, eſt tamen bonæ indolis, & pro ætate docilis. *Menoch. de arbitr. iud. lib. 2. centur. 5. caſu 425. num. 58. ex Trid. infra loc. cit.*

4 Eiuſdem arbitrio. *Trid. ſeſſ. 23. de reform. cap. 11.* remittit facultatem abbreuiandi interſtitia. vide *Nauar. conſ. 12. de tempor. ordinan. lib. 1. par. 1. ed. 2. Bonacina de Sacramentis. diſput. 8. quæſt. vnica. par. 6. num. 5. verſ. grauiorem.*

5 Quæ ſit congrua portio reddituum beneficij, ſeu patrimonij, ad cuius titulum quis eſt ordinandus, Epiſcopi arbitrio ſtatur. *Menoch. ſup. cent. 3. caſu 216. num. 12. & 13. Nic. Garcias de benefic. par. 2. cap. 5. num. 12.*

6 Cum Patronus præſentat duos ab Epiſcopo inſtituendos, ex eis vnum ſuo arbitrio Epiſcopus eligit. *Menoch. ſup. caſu 255. vide Tiraquel. tract. de iure primogen. quæſt. 17. opin. 2. num. 8.*

7 Quando ſit impedimentum ſufficiens ne quis teneatur ire Romam pro abſolutione ab excommunicatione Summo Pōtifici reſeruata, eiuſdem arbitrio definiendum eſt. *Innoc. in cap. quamnis. de ſent. excomm.*

comm.Sylu. excommunicatio 8.num. 5. Menoch. ſup. illa cent. 5. caſu 436.num.5.& ſi Suar.de cenſur.diſp.22. ſect.1.num.56, ſatis eſſe putet iudicium cuiuſuis prudentis, ac docti viri.

8 Arbitrio Ordinarij decidendum relinquitur, an & quando ruinatæ Eccleſiæ conuerti poſſint in priuatas domus, aut loca publica, aut vſus non ſordidos. *Cong.circa Conc. Trid.ad cap.7.ſeſſ. 21. de reform.*

9 Similiter, an pecunia ex dictis ruinis comparata ſit conuertenda in bona ſtabilia Eccleſiæ, vel eroganda in alios pios vſus, eiuſdem eſt iudicare. *ex ead. Congregatione. loc.cit.*

10 Qui verò dicantur vſus ſordidi, arbitrio eiuſdem Ordinarij relinquitur decernendum ex eadem Congr.ibid.

11 Pœna infligenda Parocho, qui contra Trid.decreta matrimonium celebrat, arbitrio Epiſcopi taxanda relinquitur. *Trid.ſeſſ.24.c.1.de reform.matrim.*

12 Pœnitentia publicè peccantibus iniungenda ab Epiſcopi arbitrio pendet, an publicè, vel priuatim ſit peragenda. *Trid. ſeſſ.24 de reform.c.8.*

13 Prælati arbitrium in pænis infligendis debet eſſe regularium à iure, & æquitati conſonum. *Bald. in rubr.C.de conſtit. pecun.Roman.conſ.149.& 376. incip.quæſtio eſt nunquid.col.pen.Marſil.in ſua Prax.crim in §.diligenter.num.24.*

14 Præ-

14 Prælatus in pœnis arbitrarijs infligendis, gerat ſe, vt Paſtor, non vt percuſſor. Si verò ob delicti grauitatem virga opus fuerit, tunc cum manſuetudine rigor, cum miſericordia iudicium, cum benignitate ſeueritas adhibenda eſt. *Triden. ſeſſ.13.cap.1.de reform.*

15 An ex defectu vel deformitate membrorum quis cenſendus ſit irregularis, ad Epiſcopi, & non alterius Prælati arbitrium recurrendum eſt. *Innoc.in c.1.de corpor.vit. Nau.cap.27.Sum.num.*200.

16 Qui verba Sacræ Scripturæ ad iocoſa, detractiones, incantationes, diuinationes, & alia eiuſmodi trahunt, iuris arbitrarij pœnis per Epiſcopos coerceantur. *Trid.ſeſſ.5.in fine.*

*Archiepiſcopus, vide Benedictio n.*1. *Cenſura num.*4. *Denunciatio matrimonialis n.*1. *Epiſcopus, nu.* 3. *Matrimonium num.*12.

1 ARchiepiſcopus ſuam Prouinciam viſitare poteſt, ac etiam iterare, licet ſuffraganei non ſint negligentes; & tunc confeſſiones ſubditorum ſuffraganeorum audire, & abſoluere confitentes, pœnitentiaſque eis iniungere. *c.perpetuo. de cenſib. & exact. in 6.* Non autem illos ſine ſuorum Epiſcoporum licentia confirmare, *Tolet.lib.2.Sum.c.24 n.2.circa fin.*

2 Archie-

2 Archiepiſcopus cum ſuffraganei diœceſim viſitat, poteſt ſuffraganei ſubditos abſoluere à caſibus conceſsis Epiſcopo in *Conc. Trid. ſeſſ. 24. cap. 6. de reform. Sanchez in Decal. tom. 1. lib. 2. cap. 11. num. 6.* At in irregularitate diſpenſare non poteſt. *Suar. tom. 5. de cenſur. diſp. 41. ſect. 2. num. 12.*

3 Archiepiſcopus habet iuriſdictionem ordinariam in ſubditos Epiſcopi. Primò cum deuiant in diuinis officijs a conſuetudine Metropolitanæ Eccleſiæ. Secundò, cum deliquerint in eius Diœceſi. Tertiò, ſi habent prædium in Diœceſi ſua. Quartò, ſi cauſa deferatur ad eum per appellationem. Quintò, cum abſolutus ab Archiepiſcopo non vult parere Epiſcopo. Sextò, ſi cauſa criminalis ſit inter Epiſcopum, & clericum ſuum. Septimò, ſi clericus habet ciuilem cauſam contra Epiſcopum ſuum. Octauo, quando Epiſcopus eſt negligens in eo quod facere debet. Nonò, quando defuncto Epiſcopo Eccleſia idoneos clericos non habet. Decimò, cum euidens eſt ſententiam Epiſcopi eſſe iniuſtam. Vndecimò, cum viſitat prouinciam. *gloſ. in c. paſtoralis. verbo Exceptis quibuſdam de offic. iud. ordin.* Duodecimò, quando crimina ſunt notoria; etiãſi non viſitet. *c. 1. §. notoria. de cenſibus. in 6. Abb. in c. ex frequentibus. num. 16. de inſtit.* Decimotertiò, in concernentibus totam prouinciam, v.g. in tollendo prauam conſuetudinem. *cap. ad extirpandas, & ca. fin. de*

de filij presbyt. Abb. ſup. De his fuſius per Summiſtas *verb. Archiepiſcopus*, & ſignanter per Sylueſt.

4 Archiepiſcopus Epiſcopum negligentem in erectione, & conſeruatione Seminarij, acriter punit, & cogit. *Trid. ſeſſ. 23. cap. 18. de reform.*

5 Archiepiſcopus eſt ordinarius Iudex omnium Epiſcoporum ſuæ Prouinciæ. *cap. paſtoralis. in princ.* vbi *Abb. num. 2. de offic. iud. ord.* Ideo poteſt illos ſuſpendere, interdicere, & excõmunicare. *c. 1. §. fin. de offic. iud. ord. in 6.* illoſque compellere, vt veniãt ad Concilium prouinciale. *Abb. in c. quod ſuper his. de maior. & obed. in 3. not.* Non tamen poteſt illos deponere; hoc enim ſoli Papę reſeruatur. *Sylueſt. ſup. circa princ.* vide, *Trid. ſeſſ. 14. cap. 5. de reform.*

6 Archiepiſcopus non poteſt aliquid attentare in Diœceſibus ſuffraganeorum, niſi quatenus reperiatur in iure expreſſum *Abb. in cap. ſicut vnire. num. 4. de exceſſibus Prælat.*

7 Nec poteſt in Votis ſubditorum ſui ſuffraganei diſpenſare. *Syln. verbo votum. 4. quæſt. 3. verſ. Quartum. Sayr. in Clau. Reg. lib. 6. cap. 11. n. 79. & alij per eum ibi citat.*

8 Nec aſſiſtere matrimonio ſubditorũ Epiſcopi ſuffraganei, niſi cognita cauſa per appellationem. *Sanchez de Matrim. lib. 3. diſp. 18. num. 3*

9 Nec ordinare ſui ſuffraganei ſubditum, vel in ipſius Diœceſi, ſine ſpeciali

ipſius

ipſius ſuffraganei voluntate. *c.ſaluo,& ſeq. 9.quæſt.3.Hoſtien.in ſum. de offic.ord. nu.7.*

10 Nec ſuffraganei ſubditos iudicare ipſo ſuffraganeo, inſcio, neque de conſenſu partium. *c.fin.de for.compet.Paul.Piaſecius in ſua Prax.Epiſc. par.2.cap.4.num.1. & 2.*

11 Nec Sede Epiſcopali vacante, vel Epiſcopo ſuſpenſo conferre illius Diœceſis vacantis beneficia *Piaſecius ibid.cap.nu.51. pag.223.*

12 Archiepiſcopus & ſi in votis ſubditorum ſui ſuffraganei diſpenſare non poſſit vt ſup.n.7. probabile tamen eſt poſſe diſpenſare in voto ſuffraganei, etiam extra tempus viſitationis Prouinciæ *Sanchez. in Decal.to.1.lib.4.cap.38.nu.16.*

13 Archiepiſcopo ad Epiſcopatum deſcendere non licet. *Nau. conſ.14.de elect. num. 3.lib.1.par.1.ed.2.*

Aſcriptis.

1 Aſcribere tenetur Epiſcopus ad ſeruitium Eccleſiæ Clericum in minoribus conſtitutum, vel prima tonſurà initiatum petente aſcribi. *S.Cong.Conc. in Valentin. 29.Iunij 1628.teſte. Barboſ. in ſuis Collect.Bullar.verbo Aſcriptio.*

2 Aſcribere non ſe faciés alicui Eccleſiæ ſi incedat in habitu & tonſura, etſi deſcriptus in Catalogo Clericorum, qui in Synodo Diœceſana obedientiam præſtitit Ordinario, & per paucas vices in choro,&

ro, & in proceſſionibus interfuit, aſtentis circunſtantijs gaudere debet fori priuilegio. *S. Congr. Conc. in ead. Valentin. 28. Martii 1628. teſte eod. Barb. vbi ſup.*

Aſſiſtentia, vide Dignitas nu. 7.

1 Canonici, & dignitates obtinentes in Cathedrali, omnes Epiſcopo Pontificalia exercenti aſſiſtere debent, niſi aliqui legitimè abſint, etiamſi titulo vacationis; & renuentes Epiſcopus ponit. *Garc. de benefic. p. 3. cap. 2. n. 496.*

2 Epiſcopo exercenti Pontificalia, ſeu pontificaliter concionanti extra Cathedralem Eccleſiam, in Ciuitate tamen, & non in Diœceſi, tenentur aſſiſtere, & inſeruire qui ſolent aſſiſtere, & inſeruire exercenti Pontificalia in Cathedrali. ex *Sacra Congreg. Concilij Trident. ad cap. 12. ſeſſ. 24. de reformat. in §. Epiſcopo celebranti. nu. 43.*

3 Epiſcopo celebranti Canonici inſeruire debent non ſolum de aſſiſtente, ſed etiam de Diacono, & Subdiacono virtute dicti cap. 22. *Ex ead. Sacra Congreg. loc. cit.* In conferendo verò Ordines, quoad aſſiſtentiam ſeruandum eſt *cap. 8. ſeſſ. 15. eiuſdem Conc. Ex ead. Sacra Cong.*

4 Epiſcopo Miſſam priuatam celebranti etiam in Cathedrali, non tenentur Canonici aſſiſtere. ex *ead. Sac. Congreg. loc. cit.*

5 Quoad perſonas, quæ debent aſſiſtere Archie-

Archiepiſcopo celebranti, vel Miſſam audienti in ſua ſede, non eſt recedendum a præſcripto Pontificalis. ex *ead. Sacta Cong. loc. cit.*

ASROLOGIA.

1 Astrologiam iudiciariam profitentes præterquam circa artem medicam, nauigationem, & agriculturam, aliqua de futuris contingentibus vaticinari præſumentes, ab Epiſcopis, alijsque locorum Ordinariis canonicis pœnis, & alijs eorum arbitrio puniendi ſunt. Ex *Conſtit. 17. Sixti V. §. 3. incip. Cœli, & Tarræ Creator*, regiſtrata in Bull. vlt. *ed. par. 2. pag. 510. Quam Vrbanus VIII. innouauit & ampliauit die 1. Aprilis 1631.*

2 Aſtrologia naturalis coniectans quæ naturàliter contingunt ex aſtrorum aſpectu, & quatenus ex eorumdem aſpectu coniectat, conſiderando natiuitatis punctum, temperamenta, & propenſiones hominis, non eſt illicita, nec damnata in præfata conſtitut. Sixti V. Sed tantum damnatur, quando caſus fortuiti, aut pendentes à libero arbitrio prædicuntur. *Sanchez in decal. tom. 1. lib 2. cap. 38. num. 28. cum Suarez to. 1. de Religione lib. 2. de ſuperſtitione. cap. 11. à nu. 8. Vicent. Filliucius. tom. 2. moral. quæſt. tract. 24. cap. 4. num. 78. & 81.*

3 Ab Epiſcopis diligenter prouidendum eſt

eſt ne Aſtrologiæ iudiciariæ libri, tractatus, indices legantur, vel habeantur, qui de futuris contingentibus ſucceſſibus, fortuitisque caſibus, aut ijs actionibus, quæ ab humana voluntate pendent, certo aliquid euenturum affirmare audent. *Ex regula 9. Indicis librorum prohibitorum. §. Epiſcopi vero.*

BALDACHINVM.

1 BAldachinum erigere, licet Epiſcopis Pontificalia exercentibus in Eccleſijs Regularium ita declaratum audio per S. *Cong. Epiſcop. & Regular. ſub die 10. 6. Iulij 1603.*

2 Baldachinum in Eccleſia, loci dominus erigere non poteſt, & Epiſcopus omnibus ſacrorum canonum remedijs huiuſmodi Baldachinum omnino remouere facere debet. ſic fertur cenſuiſſe eadem *Sacr. Congreg. in vna Bononien, 12. Ianuar. 1618.*

B E L L V M.

1 EPiſcopis, ac Clericis licet hortari milites ad bellandum, & in ipſo prælio ad fortiter pugnandum, ſi bellum eſt iuſtum. *Nau. conſ. 13. de ijs qua vi. num. 16. par. 1. lib. 1. & conſ. 16. de Homic. num. 2. par. 2. lib. 5. ed. 2.*

2 Prælatis licet indicere bellum pro tem-

temporali iuriſdictione, & Epiſcopus pro cauſa ſpirituali, vt pro extirpandis peccatis, vel bonis eccleſiaſticis defendendis vti poteſt bello. *Armill. verbo. Bellum. num. 36. videatur. can. Auctoritatem. 15. quæſt. 6. & can. Maximianus. 23. quæſt. 3.*

3 Non licet Epiſcopo ad bellum proficiſci ſine licentia Papæ, vel Metropolitani. *c. ſi vobis, & c. ſi quis Epiſcopus 23. q. 23.* cum ibi notat.

4 Bella pro Eccleſia ſumpta, & contra excommunicatos, & infideles, meritoria ſunt. *can. omnium,* & duobus can. ſequentibus; *23. q. 5.*

5 Milites qui in bello iniuſto depredantur Ciuitatem, vltra p. m. tenentur reſtituere veris dominis quod cæperunt, ſi adhibita diligentia debita inueniri poſſunt; quod ſi non inueniantur, poteſt Epiſcopo fieri hæc reſtitutio, vt expendat in bonum publicum, Ciuitatis, quæ accepit damnum in ſuis ciuibus. *Eman. Roderiq. in ſum. caſ. conſc. par. 1. cap. 127. concluſ. 4. nu. 4. n. 3. ed. vlt.* Si verò ob iuſti belli indigentiam aliorum bona deuaſtent, non tenentur reſtituere, etiamſi eſſent Eccleſiaſtica, niſi ex illis facti eſſent locupletiores *Ludou. Molin. de Iuſt. & iur. diſp. 125. concluſ. 2.* idẽque dicendum eſt ſi Eccleſias comburant aut deuaſtent, quando hoſtes ad illas confugiunt, vt ibi ſe defendant & pugnent, & alia ratione victoria reportari, non poteſt. *Angel. verbo Bellum num. 18. & alij apud*

Bonac.

Bonac. de reſtit. & contractat. diſp. 2. quaſt. vlt. ſect. 1. pun. vlt. §. 3. num. 18. tom. 2.

6 Clericus ex rationabili cauſa poteſt de licentia Papæ propria manu bellare; & ſi bellando mutilet, vel occidat, non contrahit irregularitatem. *Sylu. verb. homicidium. 2. quaſt. 6. verſ. ſextum, Couar. in clem. ſi furioſus. par. 2. §. 3. num. 2.* & communis, quam refert, & ſequitur *Lud. Mol. de iuſt. & iur. tract. 3. diſp. 108. verſ. Eſt verò.*

7 Clericus miniſtrans arma bellantibus eſt irregularis aliquo occiſo, vel mutilato ab illis, ſiue bellum ſit iuſtum, ſiue iniuſtum, iuxta tutiorem ſententiam, quam cum Hoſtien. tenet *Sylu. verſ. Quintum vbi ſup.* At ſi in nauali pugna iuſta, nauem gubernat nulla alia intentione, quam ad reſiſtendum hoſtibus, ad fatigandos, aut fugandos aduerſarios non erit irregularis ex mutilationibus, & homicidijs, quæ hinc inde per pugnatores committuntur. *Maiolus lib. 5. de irreg. cap. 49. num. 3. verſ. Qua ratione. gloſ. in cap. quod in dubijs de pœnit.*

Benedictio, Benedicere, uide Abbas num. 1. 4. *interdictum nu.* 5.

1 SOlemnem benedictionem ſuper populum Epiſcopi in tota ſua Diœceſi, & Archiepiſcopi in tota Prouincia, cum viſitant, poſſunt elargiri. Cæteri inferio-

feriores non poſſunt, niſi ex ſpeciali priuilegio illis conceſſum fuerit. *c.accedentibus. de exceſſ.præl.Sylu.verb.Benedictio num.*1.

2 Benedictio Abbatum, Abbatiſſarum, & Monialium eſt ordinis Epiſcopalis, ideo per Epiſcopum delegari non poteſt non habenti illum ordinem. *Abb. & cæteri in cap. quanto, num.3. de conſuetud.Sbroz.de Vic.Epiſc.lib.2. q.8.*

3 Epiſcopus celebrans priuatè in Diœceſi aliena, poteſt vti benedictione Epiſcopali cum verbis: *Sit nomen Domini benedictum, &c. gloſ.in cap.Abba tes de priuil. in 6.Aloyſ.Ric.in prax.for.Eccleſ. reſol. 203. num. 5.*

4 Epiſcopus excommunicatus, ſine ſolemnitate interdum per viam benedicens. non fit irregularis; ſecus ſi adeò frequenter, vt ea ratione materia grauis cenſeatur. *Suar. tom. 5. de cenſur.diſp.12.ſect.2. num.21.ad finem.*

5 Epiſcopus præſente legato de latere non poteſt benedicere populo; & deferre inſignia Epiſcopalia. *Io.Aloyſ.Ric. in praxi fori Eccleſ.reſolut.491.*

6 Præſente Epiſcopo Sacerdos, niſi de ſuo mandato, non debet benedicere, nec ſignare. *can.cum ad.de Conſecr-diſt.1.Abb. in cap.volentes.de offic.legati.*

Beneficium, vide Canonicus nu. 6. 12. Capella nu. 1. 5. Capitulum num. 2. 6. Collatio nu. 1. cum ſeq. Conſecratio num. 10. Electio n. 2. 9. Illegitimus nu. 1. 2. 5. 8. 9. 10. Ordo num. 7. Patronus num. 2. 5. 9. 10. Permutatio num. 1. cum ſeqq. Simonia, num. 2. 3. 7. 8. Suſpenſio, nu. 2. 7. 12. 14. Tranſlatio beneficiorum, num. 1. Vnio beneficiorum num. 1. cum ſeqq.

1 SEde Apoſtolica vacante, beneficia quouis modo vacantia, etiam reſeruata, Epiſcopus liberè confert. *Gonzal. reg. 8. Cancell. §. 5. proœm. a num. 46.*

2 Si eadem die Papa, & Epiſcopus idẽ beneficium pluribus conferant; nec de prioritate conſtet: ſi prouiſus ab Epiſcopo poteſt in poſſeſsione, eius prouiſio præferenda eſt. *c. ſi à Sede Apoſtolica. de praben. in 6.* Idemque dicendum eſt ſi in collatione Epiſcopi ſit appoſita hora, & in collatione Papæ non, iuxta *gloſ.* ibi *verbo, nec appareat.*

3 Beneficium vacans in menſe Ordinarij, poteſt ab ipſo conferri cœpto iam menſe Apoſtolico, *Gonzal. ſup. gloſ. 11. à num. 38.*

4 Epi-

4 Epiſcopus poteſt conferre beneficia dum moratur in aliena Diœceſi, & eorum reſignationem admittere, cum hoc ſit iuriſdictionis voluntariæ; *cap. nouit. iuncta gloſ. verbo terminus de offic. leg.*

5 Ad conferendum beneficium, competit Epiſcopo tempus ſemeſtre à die ſciētiæ vacationis numerandum: quo tranſacto, ſi de eo non diſpoſuerit, collatio deuoluitur ad ſuperiorem. *c. licet. de ſuppl. neglig. Prælat.* Præſumitur autem habere ſcientiam, quotieſcunque reſidet in Diœceſi *Aloyſ. Ric. in Prax. aurea. fori eccleſ. reſol. 184 num. 2.*

6 Epiſcopus habenti vnum ſimplex beneficium quod non ſufficiat ad eius ſubſtentationem, poteſt aliud conferre; nec plura vltra duo, etiamſi ambo eidem non ſufficiant ad victum, *Nic. Garcias de benefic. par. 11. cap. 5. num. 471. vide Leſſ. lib. 2. de iuſt. & iur. cap. 34. dub. 27. num. 147.*

7 Ex diſpenſatione Epiſcopi poſſunt obtineri duo beneficia ſimplicia ſub eodem tecto, ſi ſint difformia; dummodo vnum non ſufficiat ad victum clerici. *Nic. Garc. ibid. nu. 377. vide Armill. verbo Beneficium. num. 45.*

8 Epiſcopus diſpenſare poteſt, vt quis poſt abſolutionem retineat beneficium, quod ſibi ab eodem Epiſcopo fuit collatum tempore excommunicationis. *Nau. cap. 27. ſum. nu. 472. verſ. octauo quod. Nic. Garcias par. 7. num. 73. & 76. vbi ſup.*

9 Epiſcopus cogere non poteſt, vt quis inuitus recipiat beneficium, licet hoc Papa poſſit. *c.penult. de his qua vi. Zacch.de benefic.cap.*12.

10 Epiſcopus debet beneficia, præſertim curata idoneis conferre, quiuè poſſint reſidere, & per ſe ipſos curam exercere; aliàs collatio irritatur, & Epiſcopus punitur. iuxtà. *cap. graue nimis de praben. ex Trid.ſeſſ.7.cap.3.de Reform.* Vt autem quis cenſeatur idoneus ad beneficium, requiritur, Primò, legitimus torus. Secundò, clericatus, vel ordo. Tertiò, ætas conueniens. Quartò, cælibatus. Quintò, non eſſe irretitum cenſura, vel irregularitate. Sextò, morum probitas. Septimò, ſcientia debita. Octauò, habilitas ex parte corporis. Nonò, intentio ſtatus Ecſiaſtici. Decimò, vt non habeat aliud beneficium incompatibile. Ad hæc videantur *Couar. in reg. peccatum. p.2.§.7.num.4.verſ. Dignior verò, & Leſſ. vbi ſup. dub.17.vſque ad dub.27.incluſiuè,* vbi de ſingulis his conditionibus fuſius agit.

11 Poteſt Epiſcopus ex cauſa cum conſenſu hæredis diſpenſare, vt detur beneficium non habenti omnia requiſita à fundatore, *Sà, verb. beneficium. num.37.*

12 Poteſt Epiſcopus habenti iam in penſionibus Eccleſiaſticis ſufficientem ſubſtẽtationem conferre beneficium, non tamen alterum beneficium habenti vnum ſufficiens ad eandem vitæ ſubſtentationẽ.

Gonzal.

Gonzal.ſup.gloſ.5.§.5.à num.14.

13 Si Epiſcopus conferat beneficium abſenti & ignoranti, licet non fiat ſuum antequam conſentiat, Epiſcopus tamen non poterit alteri conferre, donec ille recuſet. *c.ſi tibi abſenti, de præb.in 6.*

14 Epiſcopo ex cauſa legitima neceſſitatis, beneficium conferri poteſt, cum ſcilicet non habet fructus ſufficientes ad ſe ſubſtentandum. *Nau. conſ.14.de electione. num.4. par.1. lib.1.ed.2.* Idem dicendum eſt de Epiſcopo titulari, qui cum habeat Epiſcopatum in terris infidelium, nondum eſt in poſſeſsione Epiſcopatus *Garcias to.1. de benefic.par.11.cap.6.num.44.*

15 Non poteſt Epiſcopus cogere obtinẽtes beneficia ad aliquod inſolitum ſeruitiũ perſonale in eis faciendum. *Barboſa de pot. Epiſcopi. par.3.alleg.53.num.279.*

16 Epiſcopus electus, & confirmatus, licet non dum conſecratus, poteſt beneficia conferre. *Rebuff. de pacificis poſſeſſ. num.243.*

17 Ad hoc vt beneficium dicatur Eccleſiaſticum, inter alia requiſita illud eſt præcipuum, vt ſit fundatum authoritate Epiſcopi. *gloſ. verbo ſi beneficiorum, in fine.in clem 2.de decimis.*

18 Diſpenſatio ſimplex ad beneficia nõ extenditur ad curata. *Garcias ſup. par.1. cap.6.nu.62.& ſeq.* At ſi diſpenſatio ſit ad quæcunq. beneficia, etiam curata cõprehenduntur, non tamen Epiſcopatus prop-

ter excellentiam, & præeminentiam dignitatis, quæ eſt culmen dignitatum, & ſpeciali nota digna. *Garc.ibid.nu.65.& 66.*

19 Beneficij collatio ab Epiſcopo facta, valida eſt, quamuis impetrans non fecerit mentionem de alio beneficio prius obtento *Clem.2. de offic. Ordin.* Idemque dicendum.

Bigamus, Bigamia.

1 Epiſcopus non poteſt vti Vicario Bigamo, etiamſi effectus ſit clericus, niſi prius ſolutus fuerit ipſemet Vicarius ab impedimento bigamiæ. *Barboſ. de poteſt. Epiſcopi.par.3.alleg.54.num.11.*

2 Epiſcopus ſi ſcienter ordinauerit bigamum, vel ſolemnem pœnitentiam peragentem, ſuſpenditur per annum à celebratione. *c.nullus pœnitentem.diſt.55.*

3 Epiſcopus diſpenſat in bigamia ſimilitudinaria *.Abb.in c.1.qui cler. vel vouen.* At in bigamia vera vel interpretatiua non diſpenſat niſi Papa *c. vnic. de bigam. in 6.* dicendum eſt quãdo in ſupplicatione porrecta Epiſcopo, non fuit expreſſus verus valor beneficijs. Secus in his caſibus quoad impetrantem beneficium a Papa. *Azor. tom. 2. inſt. Mora. lib. 5.c.18.q.22.Sanchez lib.8.de Matrim.diſp. 21.num. 4. & alij* videatur *Sylu. verbo Bigamia, quæſt.7. Suar. tom.5.de cenſur. diſp.46.ſect.4 ad finem,& ſect.6. n.* 4.vbi teſtatur de magis cõmuni.

4 Po-

4 Poteſt Epiſcopus diſpenſare in Bigamia vera, vel interpretatiua, vt quis inſeruiat in ordinibus minoribus ante ſuſceptis; & vt beneficium ſimplex quod ante poſſidebat retineat. *Angelus verbo Bigamus, n. 8. Naua. cap. 27. ſum. num. 196. verſ. ſexto dico.* Et valde probabile eſt, vt poſſit diſpenſare, vt quis accipiat omnia hæc de nouo. Probatur ex D. Thom. *in 4. diſt. 27. quaſt. 4. art. 3.* & reliquis, quos refert, & ſequitur *Azor. inſtit. mor. p. 2. lib. 3. c. 50. quaſt. 2.*

Blaſphemia.

1 BLaſphemia eſt caſus ſolitus per Epiſcopus reſeruari; iure tamen communi eis non reſeruatur. *Nau. conſ. 18. de pœnit. & remiſſ. nu. 7. par. 2. lib. 5. ed. 2.*

2 Epiſcopi edictum quo conſtituitur pena excommunicationis contra non denũtiantes blaſphemos habentes blaſphemandi conſuetudinem, intelligendum eſt, modo blaſphemi non reſipuerint per correctionem: nam edictum intelligendum eſt ſeruato ordine Euangelico. *Bonac. tom. 2. de legibus diſp. 3. q. 8. pun. 1. num. 6.*

3 Blaſphemos non denuncians incurrit plures excommunicationes, ſi plures latæ ſint, puta ex præcepto Epiſcopi, & Inquiſitores S. Officij. *Bonac. tom. 1. de cenſur. diſp. 1. q. 1. pun. 5. nu. 14.*

4 Blaſphemiæ hæreticales cognoſcuntur per Inquiſitores hereticæ prauitatis. Aliæ quæ nõn ſunt hæreticales, ſunt mixti

fori ; & propterea datur locus præuentioni ad cognoſcendum de illis inter Iudicem Eccleſiaſticum , & ſecularem. *Abb.in cap. 2.de maledic.nu.9.Couar.de Pact.1.par.§.7. num.12.verſ.crimin. autem Azor. inſtitut. mor.tom.1.lib.9.cap.28.q.5.*

5 Si Iudex ſecularis eſt negligens in puniendo Iudæum blaſphemantem,poteſt Iudex Eccleſiaſticus de ipſa blaſphemia cognoſcere, & Iudęum punire: ſecus contra : nam Iudæi ſunt de foro ſeculari. *Iul. Clar.lib. 5. ſentent.§. blaſphemia. verſ. Sed pone.*

6 In clerico blaſphemante non habet locum *c.2.de maled.* Nam clericus non agit publicam pœnitentiam, de qua ibi; ſed punitur pœna arbitraria. *Abb. ibid. num.7.Iul.clar. ſupra d.§. blaſphemia. ver. ſed quaro.Diaz in Prax.crimin. can. c.113.*

7 Blaſphemiæ vitium poteſt Epiſcopus punire informando ſe per viſitationem, & generalem inquiſitionem, & poſtea per ſpecialem procedere contra culpabiles, *Nauar.conſ.106. offic.iud.ord.num.4. par.1. lib.1.ed.2.*

8 Blaſphemi gaudent immunitate Eccleſiæ itaut nequeant capi à laica poteſtate. *Bonac.d.tom.2.de legibus diſp.3.q.7.§.4. num. 3.contra Farinac.de Carceribus q.28. num.67.*

Bona Epiſcopalia, vide Alienatio, num. 4. Fiſcus num. 2.

1 BOna menſæ Epiſcopalis ſunt quæ principaliter ad Epiſcopi ſubſtẽtationem ſunt deputata, & nullum alium Rectorem habent præter ipſum Epiſcopũ. *gloſ. in verb. Ad menſam. in clem. 1. de exceſſ. Prælat. cap. vt ſuper. Abb. à num. 9. de reb. eccleſ. non alien.*

2 In Bonis Epiſcopi extrà curiam decedentis, quæ diuino cultui (licet priuato) ſunt aliquo modo dedicata, vt vaſa ſacra, Veſtes, Cruces ſacræ, Ornamenta Altariũ libri Cantus firmi, & Muſices, necnon his ſimilia, ſuccedit Cathedralis Eccleſia defuncti Epiſcopi; & ideo non veniunt nomine ſpolij. *Ex Conſt. 42. Pij V. incip. Romani Pontificis prouidentia. regiſt. in Bullar. vlt. ed. to. 2. pag. 238.* Idemque dicendum eſt de bonis per Epiſcopum emptis ex introitibus Epiſcopatus, tranſeunt enim ipſo iure in dominium Eccleſiæ. *Couar. in c. 1. de teſtamen. & alij quos refert, & ſequitur. Barb. de pot. Epiſc. p. 3. alleg. 114. nu. 17.*

3 Bona acquiſita ab Epiſcopo monacho poſt adeptum Epiſcopatum, eo defuncto, non ad monaſterium, ſed ad Eccleſiam cuius Epiſcopus fuit, pertinent; quamuis iure hæreditario, vel donatione, aut propria induſtria, & labore poſt Epiſcopatum acquiſita ſint. *Azor. par. 1. inſtit. mor. lib. 12.*

cap.10.quæſt.6.Barboſa ſup.num.28.

4 Bona religionis à Sum. Pontifice deletæ cum permiſſione vt Religioſi ſeparatim viuant, Epiſcopo acquiruntur quoad dominium, & proprietatem, ſi Religio non erat exempta: ipſis vero Religioſis, ſolus facti vſus competit ratione voti paupertatis, a quo ob id liberi non euadunt. *Azor.ſup.cap.16.q.10. Sanchez in Decal. to. 2.lib.7.cap.32.num.58.*

5 Bona penes Epiſcopum reperta, potius ex ipſius bonis, quam Eccleſiæ quæſita præſumuntur, ſi de tenuitate introitu Epiſcopatus, & de proprijs diuitijs Epiſcopi conſtet. *Couar. num.10. Barb. num. 14.* vbi ſupra. vide per *Abb.d.c.1.de teſtam.*

6 Ad hoc vt Epiſcopus de bonis patrimonialibus, ſeu aliàs licitè quæſitis teſtari valeat, debet in tempore adeptionis Epiſcopatus de illis deſcriptionem facere. iuxta *can.de Syracuſanæ. 27 diſt.can. manifeſta autem, & can.ſint manifeſta. 12. q.1.* videatur *Abb. d.cap.1.de teſtam. & per Ceued.ad Decretal.collect.145.*

7 Epiſcopus tranſiens ad alium Epiſcopatum non poteſt deferre libros, paramēta,ſeu cætera bona, quę in priori Epiſcopatu ex redditibus Epiſcopatus acquiſiuit, vt eis vtatur,& fruatur, quandiù vixerit, quamuis poſtea tempore mortis reſtituenda ſint priori Eccleſiæ. At cætera bona, iure hæreditario, ſeu alio peculiari titulo quæſita, poteſt deferre, quia perſonalia

&

& tranſeunt cum perſona: *Suar. tom. 4. de relig. lib. 3. cap. 36. num. 24. & 25.* Videtur *Barbarius volu. 3. conſ. 20. num. 11. verſ. & vidi hoc anno*, vbi de his fuſius.

7 Epiſcopus nec per ſe, nec per laicum; ſed per œconomum clericum debet bona temporalia gerere. *can. quoniam in quibuſdam, & can. in nona. 10. q. 7. can. volumus. diſt. 88. & tribus. c. ſeq.* & de ijs debet primum ſibi, poſtea miniſtris, demum alijs fidelibus prouidere. *c. res Eccleſiæ. 12. q. 2.*

Brachium ſeculare.

1 Epiſcopus non ſolum ius habet implorandi brachium ſeculare; ſed etiam compellēdi ſecularem ad illud præſtandum ſub pœna excommunicationis. *Sbroz. de Vic. Epiſcopi lib. 2. q. 160.*

2 Iudices ſeculares, qui Iudici eccleſiaſtico brachium ſeculare præſtare negligunt Iudicis arbitrio puniendi ſunt, *Menoch. de arbitr. Iud lib. 2. cent. 5. caſu 452.*

3 Brachium ſeculare inuocari debet à Iudice Eccleſiaſtico, quando remedia Eccleſiaſtica deficiunt *Feder. de Senis conſ. 251.* Caſus talis eſt. *Iacobus, num. 4. verſ. Idem dato.*

4 Poteſt inuocari contra contemnentem ſententiam excommunicationis; & dicitur contemnere ex quo infra terminum aſſignatum non ſatisfacit. *c. ex publico. de conuerſ. coniug. Anchar. in c. poſtulaſti num. 1. de homic.* & ibi *Felin. num. 1.*

5 Poteſt inuocari vbi Chriſtianus fuiſſet negligens confiteri peccata ſua ſemel in anno; nam cogendus eſt per cenſuram ecclesiaſticam; & poſtea ad Eccleſiaſtici Iudicis requiſitionem per brachium ſeculare. *Aloyſ. Ric.in Prax.for. eccleſ reſol.277 verſ.Quinto*, vbi allegat *Lup. in. c. per veſtras in notabilibus.not.2.§.ſed poſt pulchra dubitatio, num.12.de don.inter vir.& vxor.*

6 Poteſt inuocari contra renitentes dare cautionem de non offendendo. *Aloyſ. Ricc.ibid.verſ Quarto contra.*

7 Epiſcopus habens temporalem iuriſdictionem, poteſt vti gladio, & brachio ſeculari, etiamſi primo non ſit vſus gladio ſpirituali. *Calder.conſ.94.num.4.in princip.* Alia 1.de Tregua,& Pace.

8 Epiſcopus in criminibus Eccleſiaſticis, poteſt contra laicum, brachium ſeculare implorare; nam ratione delicti factus eſt de foro Eccleſiæ. *Oldrad.conſ.86.ex c.1. de offic.ordin.* & ibi per gloſ.

9 Brachium ſeculare in quacunque parte litis cum opus fuerit poteſt à Iudicibus Eccleſiaſticis peti, & illis ſine retardatione præſtari debet. *Salzedo ad Diaz in pract. crim. cap.154.num.4.& 5. Ioan. Segura. indirect. Iudic.Eccleſ.2.par.cap.13 n.37.*

10 Epiſcopus alijque Ordinarij Iudices Eccleſiaſtici, non ſolum ab inferioribus ſecularibus Iudicibus auxilium brachij ſecularis petere poſſunt, verum à Supremis Principis Senatoribus; imo & ab ipſo

Prin,

Principe; nam in Spiritualibus, Principes ſeculares Epiſcopis ſuis obtemperare tenẽtur. *c. omnes de maior. & obed. Salzedo ſup. num. 9. verſ. Sexto.*

11 Iudex ſecularis cuius brachium imploratur, tenetur ſtare proceſſui compilato per Iudicem Eccleſiaſticum ſuper crimine hæreſis; eſt enim cognitio criminis hæreſis mere Eccleſiaſtica, & priuatiuè ad Iudices Eccleſiaſticos ſpectat. *c. inquiſitionis §. prohibemus de hæret. Aloyſ. Ric. ſup. reſol. 287. ed. 1. & reſol. 329. ed. 2.*

12 Epiſcopus non poteſt inuocare brachium ſeculare, quando pendet appellatio; nam per appellationem, ſuſpenſa eſt eius iuriſdictio, *Oldrad. conſ. 89. num. 3. Dec. in cap. ſignificaſti. de offic. deleg.*

13 Si Iudici ſeculari euidenter conſtet ſententiam latam ab Eccleſiaſtico eſſe iniuſtam, & iniquam, non tenetur ad eam exequendam brachium ſeculare impertiri, licet ab ea non fuerit appellatum. *Matth. Afflict. in procem. Conſtit. Neap. n. 60. Salze. nu. 11. Io. Aloyſ. reſol. 282. ed. 1. & reſol. 324. ed. 2.* vbi ſupra.

14 Si Iudici ſeculari non conſtet de cõpetentia Eccleſiaſtici, brachium non habet locum, niſi prius Eccleſiaſticus fidem faciat ſeculari de ſua competentia. *Nau. conſ. 529. Iudex. numer. 37. verſ. non omitto etiam tom. 3. Roland. à Valle in conſil. 37. omiſſo multiloquio. num. 4. verſ. & ſubdunt. vol. 1.*

15 Non

15 Non eſt præſtandum brachium ſeculare Iudici Eccleſiaſtico quando extraiudicialiter proceſſit, & eo modo dictum remedium implorat; nam in extraiudicialibus præceptis, Eccleſiaſticus non eſt maior ſeculari. *can. cum ad verum. 96. diſtin. Salzed. ſup. n. 19.*

16 Iudex ſecularis poteſt brachium Eccleſiaſticum implorare pro exequenda eius ſententia aduerſus eos in quos ipſe non habet coerctionis ius. *Author. ſed hodie, C. de adult. Federicus de Senis. in conſ. 166. ſuper inuocatione. nu. 5. Couar. lib. practicarum quæſtionum. cap. 10. num. 1. verſ. eadem ratione.*

CANONICVS.

Canonicatus, vide Aſſiſtentia nu. 1. cum ſeqq. Abſentia num. 8. 9. 10. Capitulum num. 4. 11. Diſtributiones quotidianæ, num. 5. cum ſeqq.

1 POteſt Epiſcopus cogere Canonicos vt accedant ad omnes, & quaſcunque proceſſiones publicas, aut indictas pro bono publico. *Barb. de pot. Epiſc. par. 3. alleg. 76. nu. 12.*

2 Soli Canonici vnum, & idem corpus faciunt cum Epiſcopo, non autem alij,

alij. *Cucchus.lib. 4. inſtit.maior.titul.1 de electione.num.88.*

4 Arbitrio Epiſcopi relinquitur quo tẽpore, & hora, & ſuper qua materia lecturus ſit Canonicus Theologalis; *Nicol. Garcias de benefic.par.5.cap.4.numer. 156. & 157.*

4 Canonicus Theologalis poteſt ab Epiſcopo occupari in ſuo ſeruitio; & fructus in abſentia tunc percipit. *Gonzal. ad reg.8.Cancell.gloſ.6.num.257.*

5 Canonici poſtquam iuxta diſpoſitionem *Trid.ſeſſ.24.cap.12.de reform.* fecerũt profeſſionem fidei in Capitulo, tenentur eandem facere coram Epiſcopo. *Sacra Congreg. idem ad Trid. loc. cit.* ſecus ſi eam fecerint in Capitulo præſente Epiſcopo, ſeu eius Vicario, quia forte eſt Canonicus; quia tunc ſatis implent præceptum Concilij Tridentini de faciendo profeſſionem fidei coram Epiſcopo, & in Capitulo. *Garcias par.3.cap.3.num.24.* vbi ſupra.

6 Ex cauſa ſolet diſpenſari in ætate pro Canonicatu in Cathedrali cum conſenſu Epiſcopi, Sacra Congreg. ibidem.

7 Canonico miſſo ab Epiſcopo pro habenda declaratione Concilij Tridentini debetur maſſa groſſa, deductis diſtributionibus quotidianis etiamſi declaratio ſit facta in præiudicium Capituli, ex Sacra Congregatione ibidem.

8 Canonici quando abeſſe volunt virtute. *Trid.ſeſſ.24.cap.12.de reform.* non tenentur

nentur cauſam Epiſcopo dicere, nec ab eo licentiam petere; ſed ſatis eſt à Decano, vel à Capitulo. Ex Sacra Congregatione. *ad d.c.12.*

9 Epiſcopus non poteſt cogere vt omnes Canonici efficiantur Sacerdotes; ſed ſufficit ſi dimidia pars Canonicorum Presbyteri ſint, cæteri verò Diaconi, aut ſubdiaconi iuxta *Trid.d.ſeſſ.24.cap. 12. Aloyſ. Ric. in Prax. aurea fori eccleſiaſtici. reſolut. 238.num.2.*

10 Epiſcopus poteſt eſſe Canonicus, & Epiſcopus in eadem Eccleſia, quando ex ſtatuto, vel conſuetudine, Canonicatus annectitur dignitati Epiſcopali. Ita intelligitur *tex.in c. cum noſtris de conceſſ. prab. & tex.in cap. à collatione. de appell.in 6. & text.in cap. cum in Eccleſia. de prabend. eod. lib.6.*

11 Non poteſt Epiſcòpus inducere nouam vitam Canonicis de cętero futuris. *Innoc.in cap. cum. cum omnes.de conſtitut. num. 1.*

12 Canonicus regularis poteſt habere beneficium ſeculare curatum ſine ſpeciali diſpenſatione, licet cautius cum Epiſcopi diſpenſatione fieret, iuxta communem opinionem. *Nauar. conſ.11. de ſtatu monachal. num.2. par. 1. lib.3. ed. 2.*

Cano-

Canonica Portio, vide Decimã, num. 13.

1 EPiſcopo de omnibus legatis, & relictis Eccleſiis exiſtentibus in ſua Diœceſi competit quarta pars. *c.requiſiſti c.Officij de teſtam.c.conquerente vbi gloſ.in verb.mortuariorum de offic.Ordin.Sylu.verbo Canonica Portio, q.4.* excipiuntur ſequẽtes caſus. Primus eſt quando aliquid relinquitur Eccleſiæ pro fabrica ipſius (eo quod reparationem indigeat) Pro capella conſtruenda, prò ornamentis Eccleſiæ ſeu veſtibus, vt ſericum prò Planeta &c. Prò ſepulcro extruendo, prò luminariis, anniuerſarijs, prò faciendo Choro, pictura, Calice, aut alijs quæ ad perpetuum diurnum cultum legantur. *c. vlt.de teſtam. & ibi per DD. c.ex par. il 2. de verbo ſignif. Sylu ſup.* Secundus quando legatur aliquid pauperibus in genere, ita vt perſonis non autem pijs locis vbi pauperes aluntur legatum eſſe intelligatur *gloſ.verb.decreuerit in c.2.de ſepultur.Azor.p.2.inſtit.moral.lib.9. c.12.quæſt.9.ex Io.Andr.in d.c.officii.* Tertius quando legatur, vt omni anno fiat ſolemnitas alicuius ſancti, vel vt diuina officia decantentur in hac, vel illa Capella *Sylu.& Azor.q.7.vbi ſup.* Quartus quando quis in vita donat Eccleſiæ vel ex donatione inter viuos, *Azor. dict.q.7. caſu 9.*

Quin-

Quintus quando legatur aliquibus puellis, vt dotem habeant, vel Viduis peregrinis, vt alantur *Sylu. q.6. Azor. q.10. vbi ſup. Stephan. Quaranta in ſum. Bull. in verb. Quartò Epiſcopalis verſ. Quarta difficultas*. Sextus ſi quis ſubditus Epiſcopo leget aliquid Eccleſiæ extra Diœceſim conſtitutæ. *Innoc. in c. requiſiſti de teſtam. Syl. q.8. Azor. q. 12. vbi ſup.* Ad hæc omnia vltrà citatos videatur, *Barboſa de pot. Epiſc. par. 3. alleg. 86.* vbi fuſius.

2 Quartam partem prefatam Epiſcopo debitam ſoluere debet Eccleſia ſiuè locus pius cui legatum fuit, non autem ipſe heres. *Couar. in d. c. officij num. 1. verſ. Hæc verò quarta, Ioan. Aloy. Ric. in Prax. aur. reſol. 209. Barboſ. ſup. num. 35.*

3 Circa exactionem præfatæ portionis, ſpectanda eſt locorum conſuetudo, ſiquidem quandoque maior, quandoque minor Epiſcopis ſoluitur, *c. certificari de ſepul. c. requiſiſti de teſtam.* Quod ſi nec illa appareat, ſpectanda eſt conſuetudo Eccleſiæ Metropolitanæ: & ſi nec illa appareat, ſeruanda eſt conſuetudo vicinarum Eccleſiarum; quæ ſi varia fuerint, quarta debetur, quia in hac, iura magis concordare videntur. *c. in noſtra de Sepult.* Deinde in dubijs ſequimur quod minimum eſt *l. ſemper ff. de Reg. iur. Conſule Sylu. q. 1. Azor. q. 2. verſ. Quid ſi vbi ſup.* vbi de hac rè pluribus.

4 Portio præfata Epiſcopo debita poteſt

pro

pro parte, & in totum præſcribi ſpatio 40. annorum cum titulo id eſt cum rationabili cauſa, puta propter beneficium factum Eccleſiæ, vel huiuſmodi, ſinè titulo, ſufficit tempus de cuius initio non eſt memoria, quia illud habet vim tituli. *Sylu. q. 1. vbi ſup. ex Abbat. in d. c. certificati contra Hoſtien. & Io. Andr. vide Azor. d. q. 2.*

Canonizatio, vide Feſtum nu. 3.

1 CAnonizare Sanctos, ad Romanum Pontificẽ propriè ſpectat. Olim, ſine ſolemni canonizatione Sancti quidã, poſt felicem eorum obitum cõmuni Epiſcoporum, & populorum conſenſu celebrabantur, approbante etiam Romana Eccleſia. videatur. *Bellarm. lib. 1. de Sanct. beatitudine. c. 8. fine. & Card. Baron. anno Chriſti 302. num. 126.*

Capella, Capellania.

1 CApellaniæ fundatæ ſine Epiſcopi authoritate non dicuntur beneficia eccleſiaſtica, etiamſi Epiſcopus ſit fundator vti priuatus. *Gonzal. ad reg. 8. Cancel. gloſ. 5. num. 20. & 21. Nau. conſ. 7. de præben. num. 10. par. 1. ed. 2.*

2 Capellæ fundatæ ſine Epiſcopi authoritate non requirunt ætatem 14. annorum requiſitam ad obtinendum beneficium Eccleſiaſticum. *Rota deciſ. 482. in fin.*

fin.part.1.diuerſ.Gonz.ſup.num.27. Neque obligant ad horas canonicas. *Garc. de benefic.par.1.c.2.num.104.* Poſſunt tamen ab Epiſcopo viſitari tanquam opus pium, niſi aliud in fundatione cautum ſit. *Garc. ibid.*

3 Capellania in dubio præſumitur authoritate Epiſcopi fundata. *Rot. deciſ.508. n.7.vbi ſup.* niſi ſit quaſi poſſeſſio in cōtrarium, *Gonzal.num.56.& 51.vbi ſup.*

4 Epiſcopus non poteſt compellere obtinentem Capellaniam, vt ipſemet celebret; licet in eius fundatione diſponatur quod Capellani celebrent. *Piaſecius in Prax. Epiſc. par. 2. cap.3. num. 33. Gonzal. ſup. num.71.vſque ad num.84.*

5 Capellaniæ in quorum primeua fundatione non interuenit Epiſcopi authoritas, poſſunt poſtea per Epiſcopum erigi in beneficium ſi non reluctatur fundatoris voluntas, & fuerint fundatæ in vltima voluntate, aut inter viuos, quorum effectus differtur poſt mortem. *Garcias ſupra num.. 108.109.110.111.*

6 Capellania perpetua de Iurepatronatus poteſt ab Epiſcopo de conſenſu Patroni ex iuſta cauſa effici manualis, & ad nutum ipſius Patroni. *Nauar.conſ.27.de prabend. num.1.& conſ 9.de offic.Iud.ordin.per totum. Gonzal. illa gloſ.5. §.6.num.62.*vbi ſupra.

7 Hæres, vel ſucceſſor in Iurepatronatus, imò Epiſcopus ipſe ſine grauiſſima

cauſa

cauſa auferre non poſſunt inſignia, aut ſepulchrum fundatoris, quæ poſita ſunt in Capella, vel Eccleſia, quam conſtruxit, vel dotauit. vide *Lambertinum de iurepat ron. quæſt.5. principali.art.4.*

Capitulum, vide Canonicus num.5. 9. Charitatiuum ſubſidium, n.1. Dimiſſoriæ, num.1. Sedes Epiſcopalis vacans num.2. cum ſeqq.

1 EPiſcopus ſine Capitulo inſtituere aliquid, vel deſtituere, vel negotia Eccleſiæ tractare, non debet: Epiſcopus enim & Capitulum ſunt vnum corpus. *cap.Nouit.de his quæ fiunt à Prælat.Armill. verbo Capitulum.num.5.*

2 Quando collatio ſpectat communiter ad Epiſcopum, & Capitulum: ſi Capitulum eſt excommunicatum, vel Canonici ſunt omnes inhabiles, tota collatio deuoluitur ad Epiſcopum non impeditum. *Feder.de Senis conſ.532.caſus talis eſt, vacantibus. col.2.verſ.ſicut enim.*

3 Epiſcopus dum viſitat, poteſt Capitularium peccata, & exceſſus abſque adictis corrigere, & emendare illa pœna, quæ ad morum magis emendationem, quam punitionem reſpiciat. *Barboſ. de Poteſt. Epiſcopi. par.3.alleg.73.num.13.*

4 Poteſt Capitulum conuocare, quando Canonicis aliquid deliberandum proponit,

ponit, nec de re agit ad ſuum, vel ſuorum commodum ſpectante: inſuper & in omnibus caſibus, in quibus poteſt eſſe Iudex, *Barboſ. ibidem num. 16. & 17.*

5 Capitulum Sede vacante ſuccedit, & fungitur iuriſdictione Epiſcopali. *cap. is qui de maior. & obed. Feder. de Senis conſ. 30. num. 3.* At emolumenta pro ſigillo, & alijs tenetur reſeruare Prælato ſucceſſori. *clem. ſtatutum. de elect Alexand. conſ. 110. adeò grauis. per tot. lib. 6.*

6 Capitulum Sede Epiſcopali vacante, non poteſt beneficia conferre, quæ ad collationem Epiſcopi pertinerent ſi viueret. *Azor. Inſtit. moral. par. 2. lib. 3. cap. 38. q. 1. Piaſec. in ſua prax. Epiſc. par. 2. c. 5. n. 16. ad finem.*

7 Epiſcopi præſcripſerunt contra Capitula, vt abſque eorum conſilio, ſiue conſenſu poſſint iuriſdictionalia exercere, ſubditorumque exceſſus punire *Gratian. diſce. forenſ. cap. 100. num. vlt.*

8 Quando Epiſcopus in Capitulo habet vocem vt Prælatus, & in electione, vel collatione diſcordat Epiſcopus cum Capitulo, ſtatur definitioni Epiſcopi, niſi aliud rationabile obſiſtat. *Aloyſ. Ricc. in Prax. aurea fori Eccleſiaſtici, reſol. 214. nu. 2.*

9 Epiſcopo capto ab Infidelibus, vel Schiſmaticis, eius Vicarius non adminiſtrat, neque Archiepiſcopus, ſed Capitulum. *cap. ſi Epiſcopus. de ſupplen. neglig. Præl. in 6.*

10 Capitulum Epiſcopo viuente, & iuriſdictionem retente, nihil ſtatuere, vel nouare poteſt, abſque eius voluntate; exceptis cauſis exiguis. & ad Capitulum propriè ſpectantibus. *c. cum conſuetudinis vbi Innoc. & Abb. num. 4. conſuetud. & in cap. 1. num. 14. de his quæ fiunt à ma. par. Cap.*

11 Fructus obuenientes Capitulo ſunt diſtribuendi Canonicis (etiam nouis) viuentibus tempore diſtributionis faciendæ etiamſi ei obueniſſent, antequam ipſi fieri per eſt idem. *Nau. conſ. 9. de ſent. excom. num. 6. par. 2. lib. 5. ed. 2.*

12 Non poteſt per ſuperiorem aſtringi ſingularis perſona de Capitulo pro debito ipſius Capituli, nam aliud eſt Capitulum; aliud ſinguli de Capitulo. *cap. eam te. de reſcript.* & ibi *Felin. n. 13.*

13 Abbas priuilegiatus mitra, & baculo carẽs Collegio Monachorum præcedit Archidiacono Eccleſiæ Cathedralis, & alijs dignitatibus Epiſcopo inferioribus; non autem Capitulo Cathedralis collegialiter ſedenti, vel incedenti. *Nau. conſ. 3. de maior. & obed. n. 1. lib. 1. p. 1. edit. 2. ex Decio in cap. 2. de Iud.*

Carcer,

Carcer, Carceratus, vide Debitum num. 3. Pœna num. 5.

1 EPiſcopus debet habere carcerem, tum ad cuſtodiam delinquentiũ, tum etiam ad pœnam *c. 3. de pœnis.* carceriſque cuſtos gaudet fori priuilegio quamuis ſit laicus. *Iul Clar. lib. 5. §. fin. ſentent. quæſt. 35. verſ. Quæro nunquid familiares, Boſſ. in tract. crimin. tit. de for. comp. nu. 127.*

2 Poteſt Epiſcopus clericum delinquentem condemnare ad perpetuos carceres. *c. quamuis de pœnis in 6.* licet enim pœna carceris perpetui reprobetur de iure ciuili, contrarium eſt de iure canonico, *Baldus conſ. 448. Quæritur in primis. in princ. lib. 1. Menoch. de arbitr. iud. lib. 1. quæſt. 89.*

3 Epiſcopus non debet eſſe promptus ad carcerandum clericos; carcer enim infamat, & irreparabile damnum affert, *Bald. in l. ſi clericus. C. de Epiſc. aud. Genuen. in Prax. Archiep. Neap. c. 14. n. 1. & 2.*

4 Iudices Eccleſiaſtici curare debent, vt Sacerdotum ac in Sacris conſtitutorum carcer, non immundus, ſeu ſqualidus ſit, neue eos cum ſecularibus perſonis ſimul detineri conſentiant. *Diaz in ſua practic. crim. can. c. 127. num. 2.*

5 Prælatus homicida eſt, & irregularitatem contrahit, ſi clericos, vel alios delinquentes in duriſſimo carcere claudat, in

in quo veriſimiliter intra paucos dies mori poſſent. *Card.in clem.1.de pœnit. & remiſſ.quæſt.7.Foller.in pract.crim. can.verbo vel incarcerentur. num.2.Menoch.ſup.lib.2. cent.4.caſu 305.* Hoc intellige morte ſecuta. *Maiol.lib.5.de irregul.c.48.§.3.num.12. ver.Sed & ille.*

6 Si clericus poſt incarcerationem, carcerem effregerit, & ab ipſo violenter receſſerit, poſtea captus, grauiter puniendus eſt per iudicem Eccleſiaſticum, & poteſt ad depoſitionem procedi: & data incorrigibilitate, ad traditionem Curiæ ſecularis. *Abb. in c. à nobis in fine de Apoſtat.Salzed.in Addit. ad Diaz.ad d. c. 127. ad fin.*

7 Non debet Prælatus ad capturam clerici procedere, niſi prius ſibi conſtet de delicto, pro quo clericus eſt carcerandus. *Iul.Clar.ſentent.lib.5.§. fin.pract.crim. q.28.ver. Quæro nunquid.*

8 Carceratus per Epiſcopum, iuſta cauſa præcedente poteſt contra eundem Epiſcopum teſtificari; ex hoc tamen illius fides minueretur. *Io. Andr.in add.ad Specul. ſub rubr.de teſtibus.Oldrad.conſ.145.num.2. Quæritur ſi teſtes.*

9 Iniuſte carcerato debentur diſtributiones quotidianæ, & alia, quæ non niſi intereſſentibus dantur, etiamſi captura ex parte Iudicis ſit iuſta, & adſint indicia ad torquendum. *Nau.conſ.11. de cler. non reſid.num.2.3.7.& 9 par.1.lib.5.ed. 2.*

D 10 Po-

10 Poteſt Epiſcopus, & Inquiſitor diſpenſare cum hæretico condemnato ad carcerem perpetuum. *Penia ad direct. inquiſ.par.3. quæſt.96.comment.95. ex cap.vt commiſſ.de hæret.in* 6.

11 Si Prælati non faciunt carceres ad hæreticorum cuſtodiam ex auaritia, vel ſimilia ad eorum officia pertinentia, non dicuntur hæreticorum fautores; quia id in eorum fauorem non faciunt; ſecus ſi propter eos non faciunt. *Sylu. verb. hæreſis.1.quæſt.7.verſ.ſi tamen Prælati.n.* 10.

12 Epiſcopi ſine Inquiſitoribus, & Inquiſitores ſine Epiſcopis procedere non poſſunt ad includendum aliquem in duriori carcere, qui magis deſeruire videatur ad pœnam, & afflictionem, quàm ad debitam rei cuſtodiam. *Lud.Mol.de iuſt.& iur.tract.5.diſp.28.num.12.*

13 Non poteſt Iudex Eccleſiaſticus condemnare laicum ad perpetuum carcerem, etiam quando laicus propter delictum effectus eſt de foro eccleſiaſtico; præterquàm in cauſa hæreſis. *Iul. Clar.ſup. q.70. verſ.Pœna autem*. At in criminibus communis fori, poteſt laicum capere, & in carcerem mittere,& punire. *Azor. inſt. moral. par.3. lib.13. cap. 14. circa fin.*

Cardi-

Cardinalis, vide Charitatiuum ſubſidium nu. 9 Procuratio n. 5. Teſtis num. 7.

1 EPiſcopus Cardinalis reſidens in Epiſcopatu ſolet habere indultum à Papa, vt omnibus gratijs, prærogatiuis, fauoribus, &c. conceſſis Cardinalibus præſentibus in Curia gaudeat. *Gonzal. ad reg. 8. Cancell. gloſ. 24. à num. 121.*

2 Cardinales in ſuis titulis habent iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem, & dant licentiam, vt in eis coram Sacerdote non Parocho à ſuis ſubditis matrimonium contrahatur. *Nauar. conſ. 14. de cland. deſpon. nu. 1. par. 2. lib. 4. ed. 2.*

3 Cardinalis eſt maior Epiſcopo in officio *Abb. in c. quod ſuper his de fide inſtr. ad finem per text. in c. per venerabilem. Qui filij ſint leg. in verſ. Rationibus.*

4 Cardinalatus munus, & officium non eſt præciſè iuſta cauſa, ob quam Papa tutò poſſit Epiſcopò Cardinali creato, aut Cardinali facto Epiſcopo facultatem concedere in Eccleſia, cuius eſt Epiſcopus creatus, non reſidendi. *Azor. inſtit. moral. par. 2. lib. 7. cap. 4. quæſt. 7. verſ. tota igitur.*

5 Cardinales Epiſcopi, & qui legationis cauſa abſentes ab Vrbe ſunt, non poſſunt eligere ſibi confeſſarium eum, qui ab Epiſcopis proprijs approbatus non ſit. *Azor. ſup. lib. 4. cap. 3. quæſt. 16. verſ. Quæro.*

Caſus reſeruatus, *vide Abſolutio num.* 1. 5. 7. 9. 15. *Exemptus nu.* 10. *Parochus n.* 10. 11. *Vicarius num.* 5.

1 Caſus non reſeruat niſi Papa, aut Epiſcopus, aut Prælatus habens Epiſcopalem iuriſdictionem. *Sà. in Aphor. verbo caſus nu.* 9.

2 Si quis oblitus caſuum reſeruatorum abſolutus eſt ab Epiſcopo potente, & intendente abſoluere illum ab omnibus, poteſt abſolui ab illis poſtea per quemcunque Confeſſorem, quia iam non ſunt reſeruati. *Couar. in cap. Alma mater par.* 1. §. 11. *nu.* 12. *cum Angel. Sylu. & aliis. Nau. c.* 26. *ſummæ num.* 13.

3 Caſus, quos Epiſcopus ſibi reſeruat, expirant morte ipſius; non verò illi, qui de iure, vel conſuetudine ipſi reſeruantur; de quibus apud *Toled. lib.* 3. *ſumma c.* 14. *num.* 3. Neque illi, quos per modum ſtatuti reſeruat; cum enim ſtatutum duret, ipſa etiam reſeruatio durabit, & abſolutio petenda eſt à ſucceſſore, ſeu Capitulo vacante Sede. *Piaſecius in ſua Prax. Epiſc. par.* 2. *cap.* 1. *num.* 17. *ad fin.*

4 Epiſcopus poteſt abſoluere in ſua Diœceſi peregrinum, à reſeruatis Epiſcopi eiuſdem peregrini. *Henriq. in ſum. lib.* 6. *de Pœnit. lib.* 3. *nu.* 8. Item à caſibus Papalibus,

bus, vbi eſt iuſtum impedimentum non adeundi Papam, vel eius Legatum, facta ſatisfactione, cum propoſito, vt abſolutus ablato impedimento Papæ ſe præſentet; aliàs incidit in eaſdem cenſuras. *cap. eos qui de ſent. excomm. in 6. Nauar. cap. 27. ſummæ num. 89.*

5 Poteſt inſuper Epiſcopus omnes præfatos caſus committere. *gloſ. verbo licet, Diœceſano. in c. de cætero. de ſent. excommu. Nau. vbi ſup. num. 261. verſ. Dico decimo.* etiam illos caſus, quos *Trid. ſeſſ. 24. cap. 6. de reform.* Epiſcopis concedit. *Aloyſ. Ricc. collectanearum par. 7. collect. 2887.*

6 Epiſcopus in caſibus, quos ſibi ipſi reſeruat, non debet reſeruare caſus contentos in Bulla Cœnæ, aut aliàs reſeruatos Sedi Apoſtolicæ. Neque eos, quibus annexa eſt de iure maior excommunicatio. Neque eos, in quibus abſolutio non datur, niſi facta reſtitutione. Neque eos, qui verſantur circa res parui momenti, licet cum peccato mortali committantur, vt damni dati diuerſis &c. *Piaſec. vbi ſup. num. 15. ex reſpon. Sacræ Congregationis Conc. Archiepiſcopo Neapol. ſub die 29. Nouemb. 1602.*

7 Locorum Ordinarij, ad quos caſuum reſeruatio ſpectat, non paſſim, ſed cum id communi bono videbitur expedire, atrociorum tantùm, & grauiorum criminum abſolutionem ſibi reſeruare debent. Ex decreto eiuſdem Sacræ, Congreg. de

qua apud *Quarant. in compend. Bull. verb. caſus reſeruatus, num. 14.*

8 A caſibus, quos Ordinarij locorum ſibi reſeruant, confeſſarij, ſiue ſeculares, ſiue regulares per Italiam extra Vrbem degentes, non poſſunt vigore ſuorum priuilegiorum hodie abſoluere. *Steph. Quaranta vbi ſup. num. 13.* Ex decreto Sacræ Congregationis Cardinalium negotijs, & conſultationibus Epiſcoporum, & Regularium præpoſitæ.

9 Omnes, qui audiunt cõfeſſiones poſſunt abſoluere à caſibus Epiſcopo reſeruatis virtute Bullæ Iubilæi à Papa indicti cùm facultate abſoluendi à quibuſcunque enormibus reſeruatis Sedi Apoſtolicæ, etiam in Bulla Cœnę, *Ex Sacra Congreg. Conc. Trid. ad cap. 7. de reform. ſeſſ.* 14. videatur. *Nau. cap. 27. ſum. num. 263.*

10 Epiſcopus concedens alicui caſus ſibi reſeruatos, non concedit cenſuras. Item ſi concedit caſus, & cenſuras, non concedit diſpenſationem votorum, vel irregularitatum. *Nau. ſup. nu. 261. Sayr. in Clau. Reg. lib. 1. cap. 1. num. 5.*

11 Pœnitens, quando habet caſus Superiori reſeruatos, ſi primo adit Inferiorem, non poteſt inferior (vt quidam putãt) abſoluere, à quibus poteſt, confeſſionem dimidiando: ſed debet ipſum pœnitenté ad Superiorem remittere, vt Superioris præcedat abſolutio, aut facultas ab eo Inferiori concedatur. Quod ſi primò adeat

Supe-

Superiorem, non poteſt ab illo à reſeruatis ſacramentaliter abſolui, niſi omnia peccata etiam non reſeruata audiat; etſi noluerit omnia audire, poteſt reſeruata tantùm audire, non ad effectum ſacramentaliter abſoluendi ab illis, ſed vt poſſit condignam pœnam imponere in medelam illorũ, & cum illius pœnæ obligatione remittere pœnitentem ad inferiorem, qui audiat reliqua, & pro illis ipſe pœnitentiam imponens abſoluat ab omnibus ſacramentaliter. Eſt ſententia Suarij *to.4.diſp.31.ſect.1. & 2. Vaſq. tom.4. quæſt. 91. art.4. dub. 10. num.2.* quam reiectis aliorum opinionibus optimè probant.

Cathedraticum.

1 CAthedraticum, quod ſingulis annis debetur Epiſcopis in honorem ipſius Cathedræ à qualibet Eccleſia ſuæ Diœceſis, taxari debet iuxta rationabilem diuerſarum Cathedralium conſuetudinem. *Aloyſ. Ricc. in Prax. aurea fori eccleſ. reſol. 182.*

2 Cathedraticum præſcribi non poteſt: *gloſ. in cap. quicunque 16. quæſt. 6.* poteſt tamen per contrariam conſuetudinem alterari. *Nau. c.1. in princ. de pœnit. diſt.6. & in cap. placuit. ead. diſt. Aloyſ. Ricc. ſupra.*

Cauſa, vide Denunciatio Matrimonialis num. 3. Iudex nu. 3. 12. 14. 16.

1 CAuſa iuſta requiritur in diſpenſatione per Epiſcopum facienda. *gloſ. in c. requiſiſtis. §. niſi rigor. 1. quaeſt. 7. Nauar. conſ. 45. num. 2. de Homic. ed. 2.*

2 Cauſæ omnes ad forum Eccleſiaſticũ ſpectantes coram Ordinario loci in prima inſtantia decidi, & infra biennium terminari debent. *Trid. ſeſſ. 24. de reform. c. 20.*

3 Cauſæ criminales grauiores contra Epiſcopos à ſolo Summo Pontifice, minores verò eorundem in Concilio tantùm Prouinciali cognoſcantur, & terminentur, vel à deputandis per Concilium Prouinciale. *Trid. ibid. c. 5.*

4 Epiſcopus poteſt committere laico cauſam merè ciuilem clericorum. *Abb. in cap. ſignificaſti. de foro compet. vlt. col. verſ. vlt. gloſ. quarit. Felin. in cap. fin. de offic. ordin. verſ. facit etiam iſte text. num. 1.*

Cemeterium, vide Cœmeterium.

Cenſus.

1 PRælatus nullus Papa inferior poteſt Eccleſijs cenſum perpetum, aut pen-

penſionem perpetuam imponere. *cap. prohibemus* vbi Abb. & Doctores communiter *de cenſib.* At cenſus perſonales ad vitam poſſeſſorum, vel breuius tempus licitè poſſunt Epiſcopi ex cauſa imponere. *cap. de cætero in fin. de tranſact.* Poſſunt & in perpetuum ex iuſta cauſa tempore fundationis Eccleſiæ. *c. præterea de iurepatr.*

2 Cauſa in Epiſcopo cenſum imponente probari debet concludenter, itaut illi affirmanti, illam ſubeſſe, credendum non ſit. *Abb. in cap. diuerſis fallacijs, num. 3. de cler. coniug.*

Cenſura, vide Abſolutio nu. 7, 9. 15.

1 Quoties Canonis conditor non reſeruat abſolutionem cenſuræ, ſtatim Epiſcopis conceſsiſſe videtur. *c. nuper de ſent. excom. Suar. de cenſur. diſp. 7. ſect. 3. verſ. in his ergo num. 5.*

2 Si cenſura Papali concurrat cum Epiſcopali, ſublata Papali cenſetur, attento iure communi, ſublata Epiſcopalis. *Nau. cap. 27. ſum. num. 262. Nono dico.*

3 In ordine ad cenſuras iuris communis auferendas nomine Epiſcopi non ſolùm intelligendus eſt, qui Epiſcopalem dignitatem habet; ſed quilibet, qui iuriſdictionem habet Epiſcopalem. *Suar. ſup. à num. 10.*

4 Papa omnes Chriſtianos cenſura ligatos, Prælatus Ordinis omnes regulares ab inferioribus Prælatis ligatos abſoluere poteſt, v.g. Prouincialis, quos Guardianus excommunicauit. At Archiepiſcopus ligatos cenſura Epiſcopi abſoluere non poteſt; niſi ad ipſum appellatum ſit, & tunc vocatis partibus, ac cognita cauſa. *Sylu. verbo Abſolutio 2. in princ. Auila de cenſur. par. 2. cap. 7. diſp. 1. dub. 11.* videatur *Suar. ſup. d. diſp. 7. ſect. 2. num. 18.*

5 Ad incurrendas omnes cenſuras, etiã irregularitatem, non ſufficit ſcientia iuris poſitiui prohibentis, ſed requiritur ipſius pœnæ ſcientia; ſecus in alijs pœnis. *Sanchez de matr. lib. 9. diſputat. 32. n. 20. & 21.*

6 Epiſcopus ferens cenſuram non ſeruata forma *cap. 1. de ſent. excom.* ipſo iure ſuſpenditur. Sententia autem non eſt ipſo iure nulla: *Suar. ſup. diſp. 3. ſect. 13. num. 8. verſ. vltimo imponitur.*

7 Cenſuras nõ poteſt iudex imponere per actus interiores, vt dicẽdo intra ſe, volo vt, qui commiſſerit tale delictum, maneat excõmunicatus. *Auila. de cenſur. 1. p. dub. 12.*

8 Cenſura per Epiſcopum lata continẽs intolerabilem errorem inualida eſt. *Nau. ſup. n. 4. verſ. Quartus.* Dicitur continere intolerabilẽ erorem, ſi Epiſcopus det illam contra aliquem, eo quod recte aliquid facit, aut non fecit aliquid illicitum, aut impoſſibile. *Nau. ibid. Sayr. de cenſur. lib. 1. c. 16. n. 31. & 32.* vbi pluribus.

Ceſſa-

Ceſſatio à Diuinis.

1 CEſſatio à Diuinis non pertinet, niſi ad Epiſcopum, & ad Capitulum Sede vacante. *Tolet.lib.1.ſum.c.56.num.2 Suar.de cenſur.diſp.39 ſect.3.* A iure nunquam ponitur, ſed permittitur imponi. *cap.irrefragabili de offic.ordin.*

2 Cauſa propter quam ceſſatio indici poteſt, debet eſſe delictum grauiſſimum, publicum, & contumaciter perſeuerans aduerſus commune bonum Eccleſiæ. Forma, & conditiones, quæ in ceſſatione ponenda ſeruari debent, præſcribuntur *in c. ſi canonici. de offic. ordin.in 6.* & apud *Sylu. verbo Ceſſatio à diuinis quaſt.* 1. & apud *Suarez vbi ſup.num.7*

3 Forma verborum, qua per Epiſcopum imponenda eſt ceſſatio, hęc eſſe poteſt. Nos ob talem cauſam, Ciuitatem, Villam, aut Eccleſiam talem à Diuinis Officijs ceſſare præcipimus. *ex Sayr. de cenſur. lib. 5. cap.18.num.11.* vbi addit, debere ad id precedere monitionem, vt ſciatur, an in contumacia perſeueretur.

4 Epiſcopus ſine irregularitatis, & peccati nota durante ceſſatione à diuinis celebrare poteſt in Eccleſia, vbi ea poſita eſt. *Tabien.verbo interdictum.1.nu.7.ver.ſexto nota ad finem. Sayr.ſup. cap.* 19. *nu.*5. Poſſunt etiam in eadem Eccleſia duo, aut tres voce ſubmiſſa clauſis ianuis, & ſine can-

tu recitare horas canonicas; nam huiuſmodi recitatio non videtur eſſe publicum officium *Sayr. ibidem nu.* 4.

5 Epiſcopus tempore ceſſationis à diuinis non poteſt ordines conferre, niſi in caſu neceſſitatis, quando deficerent Sacerdotes, qui ſacramenta neceſſaria hoc tempore miniſtrarent. *Sayr. ſup. num.* 11.

6 Epiſcopus, ſi abſque legitima cauſa ceſſationem imponit, debet condemnari ad intereſſe totum, quod Canonici, qui parati erant aſſiſtere officijs, perdiderunt; & ſimiliter ad id quod Eccleſia, in qua ceſſatum eſt, perdidit. Si verò iuſtè ceſſauit, tunc oppoſita pars, contra quam ceſſatum eſt, debet ad idem condemnari. *d. c. ſi Canonici de offic. ordin. in 6. Conſule Sayr. num.* 17. *& Tolet. vbi ſup.*

7 Epiſcopus, qui poſuit ceſſationem, poteſt eam omnino (quoad omnes effectus) ad tempus ſuſpendere, non tamen quoad vnum effectum, & relinquere illam in ſuo robore quoad alios effectus; hinc eſt non poſſe alicui concedere, quod occultè celebret, vel audiat officia durante ceſſatione. *Auila de cenſ. p. 6. diſp. 3. dub. vlt.*

8 Si pars, quæ ceſſationem poſuit, eam non ſeruat; nec alij eam ſeruare tenentur. *Angel. verb. Ceſſatio num. 3. in fine Sylu. eod. verb. q. 1. in fine.* Secus quando is, propter quem ceſſatur, eam non ſeruat *Sylu. ibid. q. 2. Sayr. ſup. illo cap. 18. num. 17. per tex. in c. quamuis de offic. Ordin. in 6.*

Cha-

Charitatiuum ſubſidium, vide Concilium Prouinciale num. 3.

1 CApitulũ Eccleſiæ Cathedralis tenetur Epiſcopo ſuo præſtare charitatiuum ſubſidium, quando ab eo ex legitimis cauſis petitur. *Barboſ. de pot. Epiſc. par. 3. alleg. 87. num. 43. ex Bellenc.* & alijs quos ibi citat.

2 Poteſt Epiſcopus exigere charitatiuum ſubſidium à ſubditis pro expeditione Bullarum ſuæ promotionis: pro ſua conſecratione: ſi iter ſit facturus ad Papam, Imperatorem, &c. ob Eccleſiæ ſuæ vtilitaté, & ex alijs rationabilibus cauſis quando fructus Epiſcopatus non ſufficiunt pro dictis expenſis. *Petrus Aduenas de Reg. vtriuſque iur. lib. 1. reg. 89. Nau. conſ. 3. de cenſib. num. 2. par. 1. lib. 3. ed. 2. Azor. inſtit. mor par. 2. lib. 9. cap. 14. quaſt. 4. & 8.*

3 Poteſt Epiſcopus illud exigere electus, & confirmatus, licet nondum conſecratus. *Azorius ibid. q. 5.* At cum conſilio Capituli ſui, & Clericorum. *Innoc. & cateri in c. cum Apoſtolus de cenſib.*

4 Rector habens Eccleſiã in vna Diœceſi, prædia verò in alia, tenetur ſoluere charitatiuum ſubſidium Epiſcopo, in cuius Diœceſi ſita eſt Eccleſia. *Barboſ. ſupra num. 51.*

5. Non

5 Non poteſt Epiſcopus charitatiuum ſubſidium exigere à Clericis, qui nullum beneficium Eccleſiaſticum habent. *Azor. ſup. quaſt. 6.* neque ab Eccleſijs exemptis. *Barboſ. ſup. num. 47.*

6 Si Clerici charitatiuum ſubſidium iuſtè petitum conferre recuſent, compelli poſſunt etiam ſub excommunicationis cẽſura. *Innoc. in c. cum Apoſtolus de cenſibus. Azor. ſup. quaſt. 3.*

7 Monaſteria Regularium non obligantur ad ſubſidium Diœceſano Epiſcopo præſtandum, niſi ratione Eccleſiarum, vel Capellarum habentium populum, ſeu curam plebis. *Barthol. Bellenc. tract. de char. ſubſid. quaſt. 29. Azor. ſup. q. 6.*

8 Epiſcopus ſubſidium charitatiuum remittere alicui non poteſt in perpetuum, ſed vt ſemel, vel iterum non præſtetur. *Bellenc. q. 47. Azor. q. 7.* vbi ſupra.

9 Cardinales ab Eccleſijs ſuorum titulorum poſſunt petere charitatiuum ſubſidium; nàm in illis habent iuriſdictionem Epiſcopalem, & iura Epiſcopalia. *Azor. ſup. quaſt. 5. verſ. Quares.*

Chriſma, vide Confirmatio. num. 2. & 7.

1 Chriſma, quod conficitur ex oleo oliuarum, & balſamo, & quod eſt materia confirmationis, neceſſariò cõſecran-

ſecrandum eſt ab Epiſcopo conſecrato, & non ab electo tantùm, ſeù à ſimplici Sacerdote. *D.Thom. 3.par.quaſt.72.ar.4.Syl. verbo Confirmatio q.1.*

2 Balſamum eſt de neceſſitate præcepti; an verò ſit etiam de neceſſitate Sacramenti, ſunt hinc inde opiniones, de quibus fuſius apud *Egid. Conink. de ſacramen.& cenſur.tom.1. quaſt.72.art.3.dub.1. à num.28.*

3 Ad eſſentiam Chriſmatis ſufficit quod toti miſto ſaltem tantum inſit balſami, vt omnes eius partes aliquo modo alterentur recipiendo in ſe eius odorem, aliaſque qualitates; nihilque refert, an ſit balſamū Palæſtinum, an Indicum. *Egid.de Conink num.39.& 41.* vbi ſupra.

4 Si quis ab Epiſcopo vnctus fuerit oleo pro Chriſmate, vel Chriſmate non conſecrato ab Epiſcopo, nihil fit. *Syl.ſup.*

5 Epiſcopus poteſt Chriſma conficere etiam tempore interdicti. *Sà. in Aphor. verbo Confirmatio num.1.*

6 Chriſma ſingulis annis in die Cœnæ Domini ab Epiſcopo confici debet; & peccat, ſi ex veteri confirmet. *Marc. Ant. Genuen. in Man.Paſtor.c.54.num.9.*

7 Si Epiſcopus peccator conſecret Chriſma, peccat mortaliter. *Henriq. in ſumm. lib.10.c.23 §.5.*

8 Epiſcopi quando conſecrantur, vnguntur Chriſmate in manibus, & in capite, baptizati in fronte; eodem Chriſmate

benedicuntur fontes baptiſmales, calix, ac patena, Eccleſia; Altare, & omnes fideles, dum confirmantur *Sylu. verb. Oleum. in princ.*

9 De eſſentia Sacramenti confirmationis eſt, vt eiuſmodi vnctio fiat per Epiſcopum in fronte confirmandi, in forma crucis, non per aliquod inſtrumentum, ſed immediatè manu ipſius; neceſſariumq. eſt ſaltem neceſſitate præcepti, vt fiat pollice dextero Chriſmate imbuto, vt patet ex rituali & vſu, & docet *Egid. Comink num. 50. 53. & 55.* vbi ſupra.

Cimiterium, vide Cœmeterium.

Citatio, vide Iuramentum. num. 13.

1 EPiſcopus non citatur, vt perſonaliter compareat, etiamſi procedatur ex officio per inquiſitionem, ſeu denunciationem, vel quouis modo; excepta cauſa, qua veniret priuandus, ſeu deponendus. *Trid. ſeſſ. 13. c. 3. de reform.*

2 Nec ad Romanam Curiam citari poteſt ex delicto etiam atrociſſimo, niſi inprimis accedat ſpecialis commiſſio Papæ. Pius IV. in conſt. 10. incip. *De ſalute gregis*, anno eius primo, regiſtrata in Bullar. vlt. edit. tom. 2. pag. 10.

3 Ad excommunicandum requiritur citatio

tatio perſonalis: excipiuntur caſus ſequentes, videlicet, quando excommunicandus dolo latitet, vel ſubterfugiat citationem, vel cum quis fuit ſemel citatus de perſona, vel quando monitio ad domum facta peruenit ad ipſius excommunicandi notitiam, vel quando quis fuit malè abſolutus ab excommunicatione, & tractatur de reducendo eum in primam excommunicationem: his enim caſibus ſatis eſt domi citare. *Felin.in c.cum ſit Romana. de appell. num.13.& ſeq. Couar.in c.alma mater.par.1.§.9.n.4.* & alij relati per *Bonaci.1.de cenſur.diſp.1.q.1.pun.9.num.9.tom.1.*

4 Per Edictum ſunt citandi impedientes, ne ad eos poſſit citatio peruenire, vel quorum domicilium tuto non poteſt adiri. *clem.1.de iudicijs.* Ad hoc autem, vt poſſint excommunicari, non ſufficit probare, quòd in vicinis partibus fuit appoſitum Edictum; ſed oportet probare etiam, quòd ad eorum notitiam potuerit veriſimiliter peruenire. *Egid.Bellamera deciſ. Rota 188. Felin.c.quoniam frequenter.vt lite non conteſt.num.20.*

5 Si neſcitur, vbi ſit Prælatus abſens, & ob non reſidentiam ab Epiſcopo priuandus, tribus Edictis publicis citabitur in Eccleſia ſua; & ſi intra ſex menſes non reuertatur, priuabitur Eccleſia ſua. *c.ex tua. de clericis non reſid.* At ſi ſcitur, vbi ſit, non per Edictum, ſed perſonaliter citandus eſt præfixo ei termino ad comparendum,

vt in

vt in *cap. ex parte il primo eod. tit.* Ad hæc videatur. *Abb. in conſ. 67. Chriſti, eiuſque Matris præſidio inuocato lib. 1.*

6 Licet aliquis longo annorum ſpatio abſens fuerit ab Eccleſia ſua reſidentiam requirente, ſemper tamen citandus eſt, vt redeat, antequam ipſe per Epiſcopum beneficio ſuo ob non reſidentiam priuetur. *cap. ex parte cum ibi notatis de clericis non reſid.*

Clauſula, vide Abſolutio num. 5. Examen. num. 5. Matrimonium num. 22.

1 Clauſula reſcripti (*Conſcientiam tuam oneramus*) non tollit poteſtatem, quin ab Epiſcopo alteri committi poſſit; etiam ſi ſit examen, maxime ſi cōpetebat ei prius iure ordinario. *Nauar. conſ. 6. de offic. & poteſt. Iud. deleg. num. 1. par. 1. lib. 1. ed. 2.*

2 Clauſula reſcripti (*ſi per informationem preces veritati niti repereris, ſuper quo tuam conſcientiam &c.*) non requirit ab Ordinario factam cognitionem cauſæ iudicialem, ſed ſolùm ſufficit informatio abſque figura iudicij; & nulla erit neceſſaria, quando conſtat, veritatem cauſæ eſſe notoriam; At ſi diſpenſans erit ignarus veritatis, non tenet diſpenſatio, quamuis preces ſint veræ. *Sanchez de matrim. lib. 8.*

diſp.

diſp. 35. num. 15. & 16.

3 Clauſula diſpenſationis in foro conſcientiæ(*Diſcreto viro Doctori ex approbatis ab Ordinario*) intelligitur de approbato ab Epiſcopo, etiam cum limitata poteſtate, videlicet ad audiendas ſolas virorum confeſſiones, non ex defectu ſcientiæ, ſed quia iuuenis, &c. Vnde poterit is eligi ad expediendas diſpenſationes has, ſiue viris, ſiue fœminis conceſſas, immò quantumcumque indoctus ſit Doctor ille, ſi approbatus ſit ab Ordinario. Eſt ſententia Sancij vbi *ſup. diſp. 34. n. 16. & 17.* Et ſi non deſint ij, qui oppoſitum ſentiant, inter quos *Manuel. Rodriq. 1. p. ſum. c. 60. num. 4. concluſ. 4. ed. 2. & Suar. tom. 4. de pœnit. diſp. 27. num. 3.* quorum opinio videtur in praxi ſecurior.

4 Clauſula in expediendis penſionibus apponi ſolita, videlicet (*dummodo remaneant mille pro Epiſcopo, & centum pro Rectore*) intelligitur de tempore gratiæ, & reſeruationis, non autem annorum futurorum, ſicuti clauſula (*Dummodo medietatem fructuum non excedat.*) *Garcias de benefic. p. 1. cap. 5. num. 397. & ſeq.*

5 Vicarius Epiſcopi ex generali mandato ipſius Epiſcopi cum clauſula generali (*& ad omnia alia, etiamſi exigant ſpeciale mandatum*) & cum expreſſione aliquot ſpecialium, omnia etiam ſpecialia poterit *Sbroz. de Vic. Epiſcopi. lib. 1. quæſt. 65. num. 5. & q. 67. num. 3. Barboſa de poteſt. Epiſcopi.*

par.

par. 3. allegat. 54. num. 124.

6 Clauſula reſcripti, quibus Ordinario per Pontificem confertur arbitrium regulatum, ac boni viri, ſunt videlicet (*facias vt tibi placuerit*, vel, *vt tibi placuerit, & videbitur*, vel *ſecundùm tuum iudicium*, vel, *diſcretioni tuæ mandamus*, vel, *prudentiæ tuæ*, ſeu *miſericordiæ tuæ*, vel, *conſcientiæ tuæ committimus*. vel, *procedas cum moderamine*, ſeu, *cum honeſtate*, ſeu, *ſecundùm iuſtitiam, ius, & veritatem*, ſeu, *ſecundùm mentem tuam.*) *Ex Menoch. de arbitr. iud. lib. 1. quæſt. 8. per totam*. ad quæ videatur *Abb. in cap. ex parte de conſuet. Bart. in l. qui tamen. §. ſi arbitri. ff. de arbitr. in princ. Felin. cap. ne innitaris. de conſtit. in princ. num. 2.*

7 Clauſula, Ad effectum duntaxat Præſentium conſequendum, quæ pro abſolutione à Cenſuris à Papa in prouiſionibus, ſeù Bullis beneficiorum apponi ſolet, in nullo releuat ſic irretitum, niſi vt prouiſio facta valeat. Et propterea ſi eſt excommunicatus, non poterit aliud Beneficium ab Ordinario poſt hanc abſolutionem obtinere; nec admitti, vt ſe ingerat in diuinis. Quod ſi ſe ingerat, irregularitatem incurrit *c. Is cui de ſent. excom. in 6. Garzias de benefic. p. 7. cap. 13. num. 59. cum ſeqq. vbi num. 61. cum Rebuff. Soto, Sayr.* & alijs affirmat, eiuſmodi clauſulam non prodeſſe inſordeſcentibus.

Clau-

Clauſura, vide Monialis, n. 5.

1 EPiſcopi diligenter procurare debent, clauſuram Monialium reſtitui, vel conſeruari ſub cenſuris, & pœnis poſtpoſita appellatione, inuocato, ſi opus eſt, auxilio brachij ſecularis ſub pœna excommunicationis, *Trid.ſeſſ.25.cap.5.de Regular.& Monial.Greg.XV. conſt.18. §.2. reg.in Bullar.vlt.ed.tom.4.pag.98.*

2 Epiſcopi, Patriarchæ, Primates, & Archiepiſcopi in virtute ſanctæ obedientiæ debent publicare in ſuis Ciuitatibus & Diœceſibus Cōſtitutionem Octauā Pij V. de Clauſura Moniali ũ, quæ incip.circa Paſtoralis *§.8.reg.in Bull.vlt.ed.to.2. pag.184.* & efficere, vt in omnibus Monaſterijs clauſura ſeruetur iuxtà formam Bullæ eiuſdem. *Ita ſacra Congreg.eiuſdem Concilij ad d. c.5. in verbo Vniuerſis declaraſſe fertur.*

3 Epiſcopi, & alij locorum Ordinarij non tenentur ſub mortali publicare ſingulis annis præfatam Conſtitutionem Pij V. de Clauſura Monial. niſi aliud neceſſitas ſuadeat, ſatis enim eſt, ſemel publicatam eſſe: atque ita vſus recepit. *Sanchez. in Decal.tom.2.lib.6.cap 15. nu.23.ex Nau. comment.4. de Regular.num.54.verſ.An qui bus &c.fauet. Bonacc.de Clauſura quæſt.1. pun.6.propoſ.vnica num.3.*

4 Ad Epiſcopum, vel eius Vicarium generalem pertinet, facultatem exeundi è Monaſterio cum iuſta cauſa concedere

Monia-

Monialibus in Monaſterijs Epiſcopo, aut Sedi Apoſtolicæ ſubiectis. *Trid. ſeſſ. 25. de Regular. cap. 5. Pius V. in ſua Conſt.* quæ incipit Decori, & honeſtati regiſtr. in Bull. vbi ſup. pag. 185.

5 Cauſæ iuſtę concedendi licentiam egrediendi è Monaſterio tres tantùm exprimuntur in pręfata Conſt. Pij V. incip. Decori &c. videlicet, Magnum incendium, Infirmitas lepræ, & Infirmitas Epidemiæ, Poteſt nihilominus ob alias ſimiles cauſas per Epiſcopum concedi, in quibus eadem, aut vrgentior eſt ratio. *Nau. de Regul. comment. 4. num. 48. Sanchez vbi ſup. nu. 37. Bonac.* & alij, quos refert, & ſequitur *Barboſa de pot. Epiſc. p. 3. alleg. 102. num. 16.*

6 Prælati, exeundi licentiam, ſine iuſta cauſa Monialibus concedentes, maiorem excommunicationem Sum. Pontifici reſeruatam, abſque alia Iudicis ſententia ſtatim incurrunt; Dignitatibus, Officijs, & Adminiſtrationibus per eos tunc obtentis priuantur; & ad obtenta, & ad alia in poſterum obtinenda, inhabiles decernuntur. *Ex ead. Conſt. Pij V. incip. Decori &c. §. 2.*

Cleri-

Clericus, vide Coniugatus num. 4. cum ſeqq. Habitus num. 2. cum ſeqq. Ordo n. 3. 4. 8. 10. 18. Pauper num. 1. 8. 13. cum ſeqq. Peregrinus num. 3. 4. 6. Teſtis num. 5. 6. 9.

1 CLerici nomine in materia fauorabili venit Epiſcopus, & Religioſus; at in odioſa nec Religioſus, nec Epiſcopus. *Sylu. verbo Clericus 1. in princ. Ar. mill. eod. verb. num. 1.*

2 Clericus in minoribus ordinibus cõſtitutus fori priuilegio non gaudet, niſi habeat beneficium, aut geſtans habitum, & tonſuram inſeruiat alicui Eccleſiæ ex mãdato Epiſcopi; aut in Seminario, vel Schola, vel Vniuerſitate de licentia Epiſcopi quaſi in via ad Ordines maiores verſetur. *Trid. ſeſſ. 23. de reform. c. 6.*

3 Ordo clericalis acceptus à non ſuo Epiſcopo, non debet iterari, ſed approbari, ſiue ratificari per ſuum proprium Epiſcopum iuxta *can. Lugdunenſ. 11. quæſt 2.*

4 Clericus in ſacris poteſt conueniri coram iudice ſeculari in ciuilibus de licentia Epiſcopi ſui. *Sà. in Aphor. verbo clericus. num. 3. et Sylu. verbo Iudex primò num. 4. verſ. & tertiò.*

5 Clericus in fragranti crimine deprehenſus,

henſus, aut ſuſpectus de propoſito patrandi, vt quia noctu armatus incedit, à ſeculari poteſtate capi poteſt, vt Iudici Eccleſiaſtico tradatur. Poſſe etiam fugientem, vel de fuga ſuſpectum capi à creditore, vt tradatur Iudici Eccleſiaſtico, non videtur improbabile. *Abb. in c. cum non ab homine de iudicijs num. 12. Sylu. verbo Excommunicatio. 6. num. 14. Nau. conſ. 28. de ſent. excom. ed. 2.*

6 Clericus in maxima neceſſitate poteſt cogi ab Epiſcopo, Ciuitatem cuſtodire: poteſt & in inuaſa ab hoſtibus pugnare, nec erit irregularis, ſi nullum occidat, aut mutilet. *Sa. ſup. num. 31.*

7 Poteſt Clericus vti armis defenſiuis de licentia Epiſcopi; offenſiuis quoque de licentia Papæ. *Io. Aloyſ. Ric. in Prax. for. Eccleſ. reſol. 472.* At ſi poſt trinam admonitionem dimiſſo habitu eiuſmodi arma portare præſumpſerit; priuilegio clericali non gaudet. *cap. in audientia de ſenten. excom.*

8 Epiſcopus non poteſt ſine cauſa Clerico extero prohibere ingreſſum in ſua Diœceſi, vel in ea ſine litteris ſui Epiſcopi commorantem expellere, qui non vult exercere ordines, ſed tanquam aduena ibi commorari. Vide in annot. ad *Prax. Cur. Archiep. Neap. c. 48. num. 6.*

9 Clerici etiam in maioribus conſtituti, qui dimiſſo habitu, & tonſura negotijs ſecularibus ſe immiſcent, ſi tertiò ab

Epi-

Epiſcopo moniti ſe emendare contempſe-rint, canonis priuilegium amittunt. Si verò dimiſſo habitu clericali ſeditioni, vel latrocinijs, vel iniquis bellis ſe immiſceant, etiam ante monitionem priuilegio canonis priuantur. *c. in audientia, & c. contingit il 2. de ſentent. excomm. cum ibi not.*

Coadiutor, vide *Parochus nu. 3.*

1 COadiutorem Epiſcopis nemo dat, niſi Papa. *c. 1. de electione in 6.* Attamen Capitula poſſunt informationem facere de illis, & de ſtatibus Eccleſiarum ſuarum, & eas mittere ad Papam *vt c. 1. de clerico agrot. lib. 6.*

2 Quando Epiſcopus ob ſenectutem, vel ægritudinem, Coadiutorem ſibi aſſumit, debet de conſenſu maioris partis Capituli id facere. *Sà. in Aphor. verbo Epiſcopus num. 12.*

3 Imperitis, ſed honeſtæ vitæ. Rectoribus, Epiſcopus vt delegatus Apoſt. Sedis dat Coadiutorem, aſſignans partem fructuum pro ſufficienti victu, vel aliter prouidendo, remota quauis appellatione, & exemptione. *Trid. ſeſſ. 21. c. 6. de Reform.* videatur *Moneta in tract. de diſtrib. quotid. par. 2. q. 1. n. 24.* vbi de his pluribus.

4 Epiſcopus poteſt prohibere omnibus Parochis ſibi ſubditis, ne ſacerdotem aliquem vllo modo in Coadiutorem aſſumat,

neque illi delegent iuriſdictionem ſuam, niſi per ſe fuerit prius approbatus. *Suarez tom. 4. de pœnit. diſp. 28. ſect. 7. §. Quinto ex his.*

5 Epiſcopo inutili non eſt dandus Coadiutor, ſed eſt deponendus, *can. Alius §. quod etiam. 15. q. 16.*

6 Coadiutor dari non poteſt Curato, niſi ab Epiſcopo. Datur autem propter infirmitatem, propter ſenectutem, aut lepram, dementiam, aut furorem; linguæ impedimentum; propter populi numeroſitatem auctam; ſi Curatus eſt ſuſpectus de dilapidatione bonorum Eccleſiæ &c. *Io. Aloyſ. Ric. in prax. for. Eccleſ. reſol. 494.* vbi fuſius.

7 Coadiutor Archiepiſcopi eo abſente, vel annuente benedictionem dare poteſt, ſi ſit Epiſcopus conſecratus, poſſitq. exercere pontificalia. Poteſt eo abſente ſedere in Choro in ſede Archiepiſcopali, ſi conſuetudo, vel Statutum, aut ipſe non contradicat. At pallio vti non poteſt *Nauar. conſ. 3. de cler. agrot. num. 3. & 5. par. 1. lib. 3. tit. 2.*

Cœmeterium.

1 Cœmeterium gaudet eodem priuilegio cum Eccleſia, et vtrobique committitur ſacrilegium, & interdicitur iudicium ſeculare; & proceſſus eſt ipſo iure nullus, ſi fiat in Cœmeterio, ſicut ſi fiat

in

a Eccleſia. *Abb.in cap.cum Eccleſia nu.2. e Immun. Eccleſ. Sylu. verb. Cœmeterium u m.1.*

2 Polluta, ſeù interdicta Eccleſia, polluitur, & interdicitur Cœmeterium contiguum, non autem è contrà, *c.vnico de Conſecr. Eccleſ. vel Altar. in 6. iuncto c. ſi Ciuitas de ſent. excom. eod. lib. Idem docet Angel. verbo Interdictum 2. nu. 7. Nauar. cap. 27 Sum. num. 167. Toled. lib. 1. Sum. cap. 51. num. 4.* Sunt autem contigua ea, quorum extremitates ſe inuicem contingunt, *gloſ. in d. c. vnico verbo, contiguum, & in d. c. ſi Ciuitas in verb. contiguis, Tabien. Interdictum 1. §. 8. verſ. Quintò notandum;* vnde ſi inter Eccleſiam ex vna parte, & Cœmeterium ex alia parte non ſit niſi paries intermedius, erunt contigua; ſecus ſi ſit intermedius aliquis locus quantumuis paruus. *Sayr. de Cenſur. lib. 5. cap. 2. num. 17.* & alij, quos ibi refert, & ſequitur.

3 Cœmeteria, in quibus excommunicatorum corpora ſepeliri contingit, reconcilianda ſunt per Epiſcopum, ſicut Eccleſia reconciliari conſueuit: & illa corpora, ſi diſcerni poterũt, ſunt exhumanda, & extra Cœmeterium eijcienda. *c. conſuluiſti de conſecr. Eccleſ. vel Alt. iuncto c. Sacris de ſepultur.* Poteſt etiam per ſimplicem Sacerdotem eiuſmodi reconciliatio fieri, ſi ab Epiſcopo facultatem habeat. ex Rituali Romano Pauli V. iuſſu edito Romæ de anno 1617. ſub *tit. de Benedictionibus.*

4 Ad hoc vt Cœmeterium probetur, cõſtare debet de benedictione, & quod Epiſcopus locum illum ad Cœmeterium conſtituerit: Quod ſi in d. loco mortua hominum corpora ſepulta reperiantur, diuque talis locus habitus fuerit pro Cœmeterio, Cœmeterium præſumitur iam ab Epiſcopo benedictum, & ad Cœmeterium conſtitutum fuiſſe. *Maſcard. de Probat. concluſ. 289. vol. 1. ex Zabarel. in Clem. 1. de Sepult. num.* 10. & 11.

5 Cœmeterium non arguit Eccleſiam dici curatam; quia poteſt competere ius ſepeliendi etiam Eccleſiæ ſine cura, ex conſuetudine, vel de conceſſione Epiſcopi. *Tuſchus pract. qq. tom. 1. concluſ. 227. ver. Vo Cœmeterium num. 3. & Feder. de Senis conſ. 135. in fine.*

6 Dum Epiſcopus Cœmeterium viſitat, inter cætera inquirere debet; an ibi mortui debitè ſepeliantur; an teneatur clauſum, ne maleficis facilis ſit aditus; an ſit aptus locus, & deuotus ad ponendam oſſa mortuorum, vt moris eſt quaſi vbique; an ibi ſit feretrum decorum ad mortuos portandos; an in illo ſint aliquæ Cruces marmoreæ, lapideæ, ligneæ, vel aliquæ depictæ; vel imagines Sanctorũ; an ibi ſit Vas mundum pro aqua benedicta, & aſperſorio &c. Et ſi hęc, aut alia deſint, mandare, quàm primùm de illis prouideri. *Conſule ad hæc Paulum Fuſcum de Viſit. lib. 1. cap. 12. num. 10. cum citatis per eum ibi.*

Colla-

Collatio, vide Beneficium num. 12. cum ſeqq. Teſtis num. 4.

OB ſolius beneficij Collationem, non efficitur quis ſubditus Epiſcopi non habita illius poſſeſſione. *Garcias de Benefic. 1. par. 2. cap. 4. num. 16.*

2 Collatio beneficij facta Tonſurato à non ſuo Epiſcopo eſt valida, cum nulla cenſura, aut irregularitas inhabilem eum reddat. *Nau. conſ. 11. de temp. ordin. num. 4. par. 1. lib. 1. ed. 2.* contrarium tamen tenuit Rota, vt in annot. ad d. conſ. habetur.

3 Ad probandum collationem beneficij ſufficit, vt conſtet per inſtrumentum Notarij Epiſcopi ſigillo communitum ſine ſubſcriptione Epiſcopi. *Nau. ſup. conſ. 1. de fid. inſtrum. lib. 2.*

4 Cum Collatio beneficij ſpectat ad Epiſcopum, & Capitulum ex æquo: non poteſt ſolum Capitulum ſine Epiſcopo, nec ſolus Epiſcopus ſine Capitulo conferre, *Hoſtien.* co mmuniter receptus *in c. poſtulaſti de conceſſ. Præb.* & ſi fieret ab Epiſcopo cum aliquot Canonicis non valeret, ſi maior pars contradiceret *Nau. ſup. conſ. 1. de iis. quæ fiunt à maior. par. cap. nu. 3.*

5 Collatione communiter ad Epiſcopum, & Capitulum pertinente, vno ipſorum effecto inhabili, alter confert. *cap. vnico. Ne Sede vac. aliq. innou. in 6.*

6 Epiſcopus, quando confert beneficiũ ſimplex, non tenetur eligere magis idoneũ ſed poteſt gratificare quem vult, mòdò ſit idoneus; ſecus in beneficijs curatis. *Hercules Mareſcott. ſenior Var. reſol. lib. 1. cap. 52. num. 19. & 20. cum Decio, Lambert.* & alijs, quos ibi citat.

7 Eccleſiarum Parochialium prouiſio eſt ab Epiſcopo facienda infra ſex menſes, quando collatio earum ad illum ſpectat. Intra quatuor verò menſes, quando ad Papam ſpectat. *Barboſ. de pot. Epiſcopi, par. 2. alleg. 58. num. 3.*

Collectores, vide Subcollector.

Collegium.

1 Collegium laicum in temporalibus ſubijcitur iudici laico: in ſpiritualibus verò, Epiſcopo, à quo etiam circa ſpiritualia viſitatur. *Nau. conſ. 3. de foro compet. num. 5. par. 1. lib. 2. ed. 2.*

2 Cum Epiſcopus viſitat Collegia pro pauperibus ſcholaſticis erecta, inter cætera curare debet, ne quis de Collegio recepta pecunia loco ſuo cedat, vt alter aſſumatur: licet enim eiuſmodi Collegia non ſint beneficia, nec ſpiritualia; ſunt tamen ſpiritualibus annexa; vnde qui talia agit, ſimoniam committit; ſed cenſuris non eſt ſuppoſitus. *Nau. conſ. 39. de ſimonia. nu. 4. par. 2. lib. 5. ed. 2.*

3 Col-

3 Collegium ſine ſuperioris authoritate initum, eſt illicitum: ſecùs ſi religionis cauſa. *Bart. & alij in l.1.ff.de colleg.illic.*

4 Collegij Eccleſiaſtici deſtructi iura, & priuilegia manent penes Eccleſiam, *Sylu. verbo Collegium num.3.*

5 Clericos collegialiter, ſeu communiter viuentes, qui ſeſe medioeri, & non enormi percuſſione afficiunt, poteſt Epiſcopus abſoluere ab excommunicatione incurſa propter iniectionem manuum in ſocium. *cap. quoniam de vit. & honeſt. cleric.*

Commendatitiæ litteræ, vide Dimiſſoriæ litteræ num. 9.

1 Litteræ commendatitiæ non ſunt ab Epiſcopo denegandæ Clericis, qui non habent beneficia reſidentiã requirentia in titulum. ex *Sac. Congr. Conc. Trid. ad c.16.ſeſſ.23.de reform. num.6.*

2 Differunt commendatitiæ à Dimiſſorijs, quia Dimiſſoriæ ad effectum tantùm ſuſceptionis ordinum dantur. Commendatitię verò dantur Presbytero peregrinationem ſuſcipienti, vt ei liceat in aliena Diœceſi celebrare. *Azor. inſtit. moral. par. 2. lib. 3. cap. 49. quæſt. 1.*

Commenda, Commendatarius.

1 NVllus Ordinarius inferior Papa poteſt perpetuò commendare. *Nic. Garz. de beneficio par. 4. cap. 4. num. 13.*

2 Commendare poteſt Epiſcopus parochialem Eccleſiam, & alia beneficia, quibus ineſt cura animarum, ad ſex menſes. *cap. nemo deinceps de elect. in 6. Bald. conſ. 104. quidam fuit lib. 1. Azor. par. 2. inſt. moral. lib. 6. cap. 31. quæſt. 15.* Is tamen, cui commendat, debet eſſe Sacerdos. *Azor. ibid. c. 8. q. 7.*

3 Ad Epiſcopi nutum poteſt eiuſmodi Commendatarius remoueri, etiam ſemeſtri non finito ſecundùm quoſdam; ex eo quòd Commendatarius non dicitur propriè poſſidere. *gloſ. verbo commendata in c. ſi conſtiterit. de accuſat.*

Concilium; vide Conſtitutio nu. 9.

Concilium Prouinciale, vide Exemptus nu. 2. Seminarium num. 1.

1 COncilium Prouinciale antiquior Epiſcopus, impedito Metropolitano, poteſt conuocare. ex *Sac. Cong. Conc. Trid. ad c. 2. §. Coepiſcopus antiquior de reform. ſeſſ. 24.*

2 Epi-

2 Epiſcopi non impediti accedere ad Concilium Prouinciale, ſi primò, ſecundò, & tertiò moniti non venerint, poſſunt excommunicari. *Iacobat. de concil. lib. 2. art. 4. quaſt. 5.* Poſſunt tamen purgare moram, quandiu Concilium non eſt abſolutum. *Doctores in c. ſi Epiſcopus 18. diſt.*

3 Epiſcopus pro acceſſu ad Concilium Prouinciale poteſt petere charitatiuum ſubſidium. *Bellenc. de charit. ſubſid. q. 21.*

4 Concilium Prouinciale ſinguli Epiſcopi infra ſex menſes debent notificare in ſuis Diœceſibus. *c. ſin. 18. diſt.* ſubducitur tamen tempus, quo Epiſcopus potuit redire de Concilio, & tempus vulgarizandi ex latino, vt idiotæ intelligant. *Card. Alex. ad c. fin. & Steph. Quaranta. in ſumm. Bullar. verbo Concilium Prouinciale. q. 39.*

5 Concilium Prouinciale ſupplet, & coercet negligentiam Epiſcoporum in exequendis decretis Sacri Concilij Tridentini in Monaſterijs ſibi ſubiectis; & in omnibus alijs ipſis in decretis dicti Concilij ſpecialiter conceſſis. *Trid. ſeſſ. 25. de regular. c. 22.*

6 Epiſcopi, quando ſedent in Concilio Prouinciali, poſſunt coram Archiepiſcopo deferre rochettum detectum, vt habetur in Ceremoniali Romano: alibi verò non: *Genuen. in Prax. Archiep. cur. Neap. cap. 89. ad fin. ed. 1.*

7 Epiſcopus impeditus adire Concilium Prouinciale, poteſt ſe per procuratorem

excuſare: ſed procurator debet poſtponi Abbatibus per ſeſe præſentibus. *Nau.conſ. 7.de maior.& obed.num.1. & 2.par.1 lib.1 ed. 2.*

Concubinarius.

1 EPiſcopi concubinarij, vel habitantes cum ſuſpectis mulieribus, ſi admoniti à Synodo Prouinciali non deſiſtãt, ipſo facto ſint ſuſpenſi: & ſi perſeuerauerint, deferantur ad Summum Pontificem ab eadem Synodo, qui pro qualitate culpæ in eos animaduertat. *Trid.c.14.ſeſſ.25. de reform.*

2 Si clericus modo cum vna, modo cũ alia compræhendatur, poteſt Epiſcopus vti pœnis ſtatutis in præfato. *cap 14*. contra eum, ſpecialiter tamen monendus eſt, non generaliter per Edictum. Quando tamen timetur de fuga, poteſt Epiſcopus cõtra eum abſque alia monitione procedere, etiam incarcerando iuxta formam traditã *cap.6. hac ead.ſeſſ.25.ex Sac. Congreg. ad d. cap.14.*

3 Concubinarij tàm ſoluti, quàm vxorati, cuiuſcunque ſint conditionis, ab Ordinario excommunicentur, ſi ter moniti non abijciant concubinas, & abſtineant. Mulieres concubinę, ſi ter monitæ non abſtinent, extrà territorium, ac Diœceſim eijciantur. *Trid.ſeſſ. 24. c.8.de reform. matrim.*

4 Iudex

4 Iudex Eccleſiaſticus in Concubinarios poteſt alijs pœnis, & vijs, quàm in *Trid. c.8.ſeſſ.24. de reform. matrim.* ſtatutis procedere; nam per illud decretum non tolluntur aliæ pœnæ à Iure communi, vel ſtatutis ſynodalibus contra Cócubinarios ſtatutæ. *Ex Sac. Cong. ad d.c.8. & Nauar. conſ.8. de offic. ord. num.1. par.1. lib.1. ed.2.*

5 Epiſcopo non licet bis diſpenſare cum Clerico ſuper crimine publico Concubinatus. *Io: Aloyſ. Ric. in Prax. aurea fori eccleſ. reſol.396.*

Concurſus, vide Abbas num. 14. Examen num. 3. 4. 8. Parochus num. 14.

1 EPiſcopus non ſatisfacit Concilio proponendo Examinatoribus pro Concurſu Parochialis, quem ipſe idoneum iudicauerit, etiam quantumcumque notoriè doctum, idoneum, & benemeritum; ſed tenetur plures nominare, & alios ab alijs nominatos admittere; & ſic examen per concurſum facere iuxta formam traditam à *Trid. ſeſſ.24. c.18. de Reform.* & qui eſt prouiſus non ſeruata dicta forma, non eſt tutus in conſcientia. *Fuſcus lib. 2. de Viſitatione c.5. num.10. Leſſ. lib.2. de Iuſt. c.34. dub.26. nu.81. & 82. Gonzal. ad Reg. 8. Cancel. gloſ.4. num.90.*

2 Concurſus debet fieri in beneficijs

excuſare: ſed procurator debet poſtponi Abbatibus per ſeſe præſentibus. *Nau.conſ. 7.de maior.& obed.num.1. & 2. par.1 .lib.1 ed. 2.*

Concubinarius.

1 EPiſcopi concubinarij, vel habitantes cum ſuſpectis mulieribus, ſi admoniti à Synodo Prouinciali non deſiſtāt, ipſo facto ſint ſuſpenſi: & ſi perſeuerauerint, deferantur ad Summum Pontificem ab eadem Synodo, qui pro qualitate culpæ in eos animaduertat. *Trid.c.14.ſeſſ.25. de reform.*

2 Si clericus modo cum vna, modo cū alia compræhendatur, poteſt Epiſcopus vti pœnis ſtatutis in præfato. *cap 14.*contra eum, ſpecialiter tamen monendus eſt, non generaliter per Edictum. Quando tamen timetur de fuga, poteſt Epiſcopus cōtra eum abſque alia monitione procedere, etiam incarcerando iuxta formam traditā *cap.6. hac ead.ſeſſ.25.ex Sac. Congreg. ad d. cap.14.*

3 Concubinarij tàm ſoluti, quàm vxorati, cuiuſcunque ſint conditionis, ab Ordinario excommunicentur, ſi ter moniti non abijciant concubinas, & abſtineant. Mulieres concubinę, ſi ter monitæ non abſtinent, extrà territorium, ac Diœceſim eijciantur. *Trid.ſeſſ. 24. c.8.de reform. matrim.*

4 Iudex

4 Iudex Eccleſiaſticus in Concubinarios poteſt alijs pœnis, & vijs, quàm in *Trid. c.8.ſeſſ.24. de reform. matrim.* ſtatutis procedere; nam per illud decretum non tolluntur aliæ pœnæ à Iure communi, vel ſtatutis ſynodalibus contra Cócubinarios ſtatutæ. *Ex Sac. Cong. ad d.c.8. & Nauar. conſ.8. de offic. ord. num.1. par.1. lib.1. ed.2.*

5 Epiſcopo non licet bis diſpenſare cum Clerico ſuper crimine publico Concubinatus. *Io: Aloyſ. Ric. in Prax. aurea fori eccleſ. reſol.396.*

Concurſus, vide Abbas num. 14. Examen num. 3.4.8. Parochus num. 14.

1 EPiſcopus non ſatisfacit Concilio proponendo Examinatoribus pro Concurſu Parochialis, quem ipſe idoneum iudicauerit, etiam quantumcumque notoriè doctum, idoneum, & benemeritum; ſed tenetur plures nominare, & alios ab alijs nominatos admittere; & ſic examen per concurſum facere iuxta formam traditam à *Trid. ſeſſ.24. c.18. de Reform.* & qui eſt prouiſus non ſeruata dicta forma, non eſt tutus in conſcientia. *Fuſcus lib. 2. de Viſitatione c.5. num.*10. *Leſſ. lib.2. de Iuſt. c.34. dub.16. nu.81. & 82. Gonzal. ad Reg. 8. Cancel. gloſ.4. num.90.*

2 Concurſus debet fieri in beneficijs

curatis, etiamſi cura Eccleſiæ, vel Epiſcopo incumbere dicatur, & per vnum, vel plures adminiſtretur. *Gonzal. ad Reg. 8. Cancel. gloſ. 6. num. 114. & ſeq.*

3 In beneficijs curatis reſeruatis Sedi Apoſtolicæ, & quibuſuis alijs, etiam ex antiqua conſuetudine Epiſcopus proponit edictum Concurſus, & qui *iuxta Bull. Pij V. editam de anno 1567. 15. Kal. April. incip. In conferendis. quæ eſt Conſtit. 33. in Bullar. vlt. editionis Regiſtrata tom. 2. pag. 219.* approbatus fuerit ab Examinatoribus, prouidebitur à Papa, *Ex Sacra Congregat. ad d. c. 18. nu. 5.*

4 Si beneficium Curatum Iuſpatronatus Eccleſiaſtici in menſibus Apoſtolicæ Sedi reſeruatis vacauerit, Epiſcopus ipſe Ordinarius, nulla habita ratione Patronorum, debet edicta Cócurſus proponere, & idoneum eligere, ac Romam mittere cum fide ipſiuſmet Ordinarij a Summo Pontifice inſtituendum, ſicut fit in alijs curatis, quæ non ſunt Iuriſpatronatus. *Ex ead. Sac. Cong. ad d. c. 18. nu. 32. relata per Piaſec. in ſua prax. Epiſc. p. 2. cap. 5. num. 17.*

5 Concurſus ad Parochialem Nullius Diœceſis, pertinet ad viciniorem Epiſcopum, quãuis nec de diœceſi ſit. *Rota deciſ. 207. num. 2. par. 2. in nouiſſimis. Melch. Lotter. de Re beneſ. tom. 1. lib. 2. quæſt. 31. nu. 64.* vide ſup. verbo *Abbas num. 19.* pro limitatione ad hæc.

6 Si Epiſcopus ſemel edictum propo-
fuerit

ſuerit de Concurſu, & ex multis examinatis, nullus repertus ſit idoneus, aliud edictum proponat, & ſi nemo comparuerit idoneus, tunc alicui præuio examine ſine concurſu beneficium conferat. ita *Sac. Congregatio Concil. ad dict. cap. 18. ſeſſ. 24.* reſpondiſſe fertur.

7 Concurſum debet Epiſcopus terminare ad ſummum infra 20. dies; aliàs ſi prolixior terminus ſtatuatur, quicquid vltra 20. dies fit, nullum eſt. *ex d. conſt. 33. Pij V. §. prohibentes.* de qua fuſius per *Melchior Lotter. ſup. num. 40. & 41.*

8 Tempore, quo debet fieri prouiſio per Concurſum, ſi non adſint examinatores Synodales, de quibus loquitur *Trid. c. 18. de Reform. ſeſſ. 24.* Epiſcopus non obſtāte forma d. Trid. poteſt deputare nouos Examinatores abſque celebratione Synodi. *Rota in vna Placentina Parochialis de Malpartida 29. Nouemb. 1593. coram Litta. Aloyſ. Ric. in Prax. fori eccleſ. reſol. 355.* Sic eidem ante Concil. permiſſum erat. *c. accepimus, & ibi gloſ. verbo examinari. de ætate, & qual. ordin.*

9 Concurſu Parochialis iuxta formam Conc. Trid. aliqua de cauſa effectum non habente, poteſtas prouidendi per nouum Concurſum, & nominandi, redit ad Epiſcopum. *Nau. conſ. 11. de Reſcript. nu. 3. & 5. par. 1. lib. 1. ed. 2.*

10 Si facto concurſu, factaque per Epiſcopum electione, ſeù nominatione de magis

gis idoneo, idem magis idoneus deſiſtat, ſeù cedat, vel decedat, non poterit eligi vnus ex reliquis oppoſitoribus magis idoneus; quia per electionem ſemel factam finitus eſt concurſus: & ideò faciendus eſt nouus concurſus poſitò nouo edicto; ſecus ſi deſiſtat non facta electione. *Garzias de benef.par.9.c.2.num.221.& 222.*

11 Concurſus non requiritur in vacatione Parochialis, quæ ſit de Iurepatr. merè laicali, ſi vnus eſt præſentatus. *Gonzal. infra num.134.* Neque in Parochialibus Regularibus conferri ſolitis. Neque quando cura animarum ſpectat ad Collegiatã, vel annexa eſt alicui Præbendæ. *Gonzal. infra nu. 158.* Neque dum Parochialis vacat cauſa permutationis, vel reſignationis in fauorem. Neque ſi Parochialis erat litigioſa. *Gonzal.infra nu.140.* Neque ſi habeat tenues redditus, vel nemo adſit, qui ſe examini ſubijcere velit, & vbi veriſimiliter timeretur rixæ ex tali concurſu. *Gonzal.ad Reg.8.Cancell.gloſ.6. à nu.110. verſ. Duodecimo ſexto infertur.Sacra Cong.ad d.c.18.Paul.Piaſec.p.2.Prax. Epiſc.c.5.à n.17.*

12 Grauatis per Epiſcopum in concurſu Parochialium, ad Metropolitanum, ſeù proximiorem Ordinarium, ſi ipſe Epiſcopus ſit exemptus, appellare permittitur: ſed non ſuſpenſiuè; & à Iudice appellationis, ad Sedem Apoſtolicam iterum appellare poſſunt. *Ex conſt.33. Pij V. ſupra citata.*

Gon-

Conductio, vide Locatio nu. 13.

1 NOn debet Epiſcopus permittere, vt Clerici lucri gratia maiora prædia conducant, vt fructus vendant, ac lucrentur: eſt enim ſpecies negotiationis *Molin. de contract. diſp. 342. in fine.*

2 Epiſcopus in quibuſdam caſibus, poteſt permittere Clericis etiam Sacerdotibus, & beneficiatis prædiorum conductionem, vt ſi Clericus ſuccedat conductori. Iure hęreditario, ſi pauper *cap. dilecti & ibi gloſ. in verbo Conduxiſtis de decimis.* ſi bona ſint Eccleſiaſtica iuxtà *Hugol. de pot. Epiſ. par. 1. cap. 13. §. 16.* ſi ageretur de terrulis conductis animi gratia &c. Fuſiùs de his *Ioan. Aloyſ. Ricc. in ſua prax. for. Eccleſ. reſol. 475.*

3 Laicus Decimæ conductor conueniri debet coram Iudice Eccleſiaſtico, non laico: ſicut enim Eccleſiaſtici Iudicis eſt pręcipere, vt decimæ ſoluantur, ſic etiam illarum pretium, iuxtà veriorem ſententiã, quam tenet *Azor. Inſt. moral. par. 1. lib. 7. c. 25. q. 6. Monet. de Decimis cap. 8. q. 1. n. 17.* & alij contra Couar.

Con-

Confeſſio, vide Approbatio num. 1. *cum ſeqq. Confeſſor nu.* 1. *cum ſeqq. Facultas num.* 2.

1 EPiſcopus fornicans, non tenetur in confeſſione circumſtantiam Epiſcopatus fateri, ſufficit enim (ſi in ſacro ordine ſit conſtitutus) ſi dicat, ſe voto caſtitatis eſſe ligatum. Si verò confirmatus, nõdum tamen in ordine ſacro conſtitutus, ſatisfacit dicendo, ſe fornicatum *Sanchez. lib. 7. de matrim. diſp. 27. num. 33.*

2 Epiſcopus ſtatuere poteſt, præſertim in Synodo Diœceſana, vt clerici ſui ſingulis menſibus de peccatis confiteantur, ſi id ad Eccleſiaſticæ diſciplinæ conſeruationẽ vtile eſſe intelligat. *vide inf. verbo Statutũ.*

3 Etiam Doctores, & Licentiati in Theologia, aut iure Canonico ab Epiſcopis approbationem ad confeſſiones audiẽdas petere debent. *Eman. Rodriq. p. 1. ſum. cap. 60. concl. 2. ed. vlt.*

4 Epiſcopi, & Superiores obligantur ad ſigillum ſacramentale confeſſionis, quãdo ab eis petitur facultas ad abſoluendum ſubditum a reſeruatis, ſi fortè in illius notitiam ob id deuenerunt. *Steph. Fagundez de quinque præceptis Eccl. præc. 2. lib. 6. cap. 6. num. 2.*

5 Vicarius generalis Epiſcopi ex vi mandati generalis poteſt confeſſiones fidelium

audire.

audire. *Io. Aloyſ. Ric. in prax. aurea fori eccleſ. reſol. 284. nu. 1. & 2.* An verò eandem facultatem alijs concedere poſſit virtute eiuſmodi facultatis, eſt controuerſum, vt apud *Sanchez de matrim. lib. 3. diſp. 29.* vbi *nu. 14. & ſeq.* affirmatiuam ſententiam veriorem putat.

6 Confeſſionem ſacramentalem audiēs non ordinatus ſacerdotali ordine, à locorum Ordinarijs, vel Iudicibus S. Inquiſitionis ab Ordinibus Eccleſiaſticis, ſi quos habuerit, ritè degradatus ſtatim Curiæ ſeculari traditur. *Ex Conſtit 81. Clem. 8. incip. Etſi alias* regiſtrata, in Bullar. vlt. ed. tom. 3 pag. 128. de qua per *Quaranta in comp. Bullar. verbo Ordo.*

7 Sacerdoti licet hæreſim in confeſſione detectam Superiori reuelare, cum hæretici ſimulata confeſſione hæreſes ſuas perſuadere conantur ipſi Sacerdoti, cui confitentur. *Salzedo in add. ad Diaz. c. 112. verſ. non tamen deſunt.* Idemque dicendum eſt de ijs, qui pariter ſimulata confeſſione accedunt animo quærendi auxilium à Sacerdote ad peccatum. *Sà in Aphor. verbo Confeſſor nu. 17.*

8 Et ſi communis Doctorum ſententia ſit teneri ad confeſſionem annuam, qui habet vſum rationis, quam videtur habere puer, qui ob malefactum verecundatur, & bonum diſcernit à malo; & interrogatus, an liceat innocentem interficere, aliena inuadere, & alia huiuſmodi negatiuè

reſpondet, vt per *Nauar.c.21.ſum.nu.33.* tamen Eccleſia non videtur obligare ante pubertatem ad pœnas non confitentibus impoſitas *in cap. omnis vtriuſque ſexus de pœnit.& remiſſ. Sà.in Aphor. verbo Confeſſio num.3.*

9 Sacerdos Superiore iubente tenetur ad dicendum, quæ per confeſſionem nouit,ſi alia via id compertum habuerit; hac lege, vt ita patefaciat, ac ſi nullatenus per confeſſionem noſſet, ſiue illa nouerit ante confeſſionem, ſiue poſt. *D. Thom. in 4. diſt.21.* & communis, quam refert, & ſequitur *Nau.in c.ſacerdos. de pœnit. & remiſſ. diſt.6.nu.161.*

10 Confeſſionis reuelatio probatur, quãdo confeſſor, qui alicuius pœnitentis crimen alijs manifeſtum fecit, & confeſſus afferat,illum ſuam confeſſionem reuelaſſe, adeò quòd ſi confeſſor non probat,id aliũde didiciſſe,condemnabitur. *Hoſtien.Card. & Abb.in dict.cap.omnis de pœnit.& remiſſ.* quorum opinionem communem eſſe teſtis eſt *Nauar. num.164.vbi ſup.* Non tamen hoc caſu pœna criminis ordinarij imponenda eſt, ſed extraordinaria. *Innoc. in cap. quia veriſimile.de præſumpt.*

11 Meretrices non comprænenduntur ſtatutis Synodalibus Epiſcoporum excommunicantibus non confitentes, aut non communicantes in Paſcha: itaque tales nunquam denuntiantur. *Sà.ſup.num.42.*

Con-

Confeſſor, vide Approbatio nu. 1.*cum ſeqq.Confeſſio n.*3.6 7.9.10. *Licẽtia nu.*4.*Monialis n.*4.6. *Peregrinus num.*3.7. *Reſtitutio num.*9.

1 EPiſcopus concedens alicui omnem ſuam facultatem ad audiendas cõfeſſiones, non videtur ideò concedere caſus ſibi reſeruatos. *Nau.c.27.ſumm.n.261.* Si verò dixerit omnes caſus ſuos ſe concedere, nulli intelliguntur excepti. *Cuch. inſt.maior.lib.2.tit.6.nu.218.*

2 Nullus poteſt audire confeſſiones ſecularium, etiam Sacerdotum, niſi qui fuerit ab Epiſcopo ad id approbatus; vel niſi habeat beneficium Parochiale. *Trid.ſeſſ. 23.de reform.cap.15.*

3 Abſque approbatione, vel licentia Epiſcopi non poſſunt Prælati Regulares, ſeù alij Religioſi Confeſſores audire confeſſiones ſecularium, qui ſunt de familia, & deſeruiunt ipſorum monaſterijs. Sic Sacra Congregatio *Conc.Trid.die 14. Auguſti 1568. cenſuiſſe fertur.*

4 Epiſcopus vigore ſui priuilegij, de quo in *c.fin.de pœnit. & remiſſ.* non poteſt ſibi eligere ſacerdotem ſibi non ſubditum, quis à proprio Ordinario nõ fuerit ad hoc iuxta formam *Conc.Trid.d. cap.15.ſeſſ.23.* admiſſus, ſeù approbatus ad audiendas confeſſiones. *Suar. tom.4. de pœnit.diſp.28. ſect.4.§.De hac ergo.*

5 Re-

5 Regulares ſemel ab Epiſcopo in Ciuitate, & Diœceſi ſua præuio examine ad confeſſiones audiendas approbati, ab eodem Epiſcopo iterum non ſunt examinandi. A ſucceſſore verò de nouo examinari poſſunt iuxta Bullam Pij V. octauo Idus Auguſti Pontificatus ſui anno ſexto. **Ex ead.** *Sac. Congreg. ad d. c. 15.*

6 Nullus, præterquam Epiſcopus, ſe interponere debet in his, quæ ſpectant ad approbandos Sacerdotes *Sacra Congreg. ad d. cap. 15.*

7 Epiſcopus, approbato prohibens audire confeſſiones, non ideò facit inualidã abſolutionem, niſi ei auferat iuriſdictionẽ. *Sà. in Aphor. verbo Confeſſor. n. 11.*

8 Epiſcopi Confeſſor, vel Superioris exempti poteſt in ipſum abſoluendo, & diſpenſando, quicquid ille poteſt in ſubditos. *Henriq. lib. 14. de irregul. cap. 18.* At, quo iure id poſſit, docet *Nauar. 27. ſum. num. 260.*

9 Confeſſarius ad impediendum peccatum ſibi in confeſſione detectum, quod perpetratur in aliquo monaſterio, tacitis nominibus poteſt Prælato dicere, caueas, quia in tuo Monaſterio ſic peccatur. *Nau. conſ. 27 de pœnit. & remiſſ. num. 1. par. 2. lib. 5. ed. 2. & in cap. Sacerdos de pœnit. diſtin. 6. num. 167.* In hac re circumſpectè agẽdũ eſt ſtante Conſtitutione Clem. Octaui circa confeſſiones Regularium in non vtendo notitia confeſſionum quoad guberna-

tionem

tionem externam *vide Armill. verbo confeſſor.num.5.& 7.*

10 Quem Epiſcopus ſola confeſſione ſcit irregularem, debet petentem ordinare, niſi habeat aliquam cauſam negandi honeſtam, aut abſit periculum reuelationis confeſſionis. *Sà. ſup. nu. 26.* conſule *Sanchez lib.3.de matrim.diſp.16.*& ea, quæ infra dicentur in *verb.impedimentum nu.2.*

Confirmatio, vt Sacramentum, vide Chriſma num.9. Procuratio num. 1.*in fine.*

1 Solus Epiſcopus eſt miniſter ordinarius Confirmationis. *Filliuc. tom.1. moral. quæſt. tract. 3.* etiamſi excommunicatus, hæreticus, vel degradatus, & non confirmatus ſit. *Suar. tom. 3. diſp. 36. ſect. 3. verſ. Dicendum eſt ergo. Bonac. de Sacram. diſp. 3. quæſt. vnic. puncto 2. num. 10.*

2 Poteſt Epiſcopus confirmare etiam tempore Interdicti, ſicut & Chriſma conficere. *Sà. in Aphor. verbo confirmatio nu. 1.*

3 Non poteſt Epiſcopus confirmare in aliena Diœceſi ſine licentia proprij Epiſcopi. *Sà. ibid. num. 3.*

4 De Epiſcopi licentia non poteſt ab Abbate, ſeu ſimplici Sacerdote Sacramentum hoc adminiſtrari, niſi ex delegatione Summi Pontificis. *Nàu. conſ. 14. de priuileg. num. 1. 2. 3. & 4. par. 2. lib. 3. ed. 2.*

5 Debet Epiſcopus eſſe ſine conſcientia peccati mortalis, dum illud adminiſtrat. *Barboſ. de poteſt. Epiſc. par. 2. alleg. 30. nu. 19.*

6 Poteſt illud conferre in Eccleſia, vel in loco honeſto, aut Palatio Epiſcopi cum Pluuiali, Mitra, Stola, & baculo paſtorali, licèt die feriato, & non ieiunus. *Barb. ibid. num. 11. 12., & 13.*

7 Epiſcopus miniſtrans Confirmationis Sacramentum oleo non conſecrato, vel non confecto ex balſamo, vel non ſeruata forma, ſeù longo tempore per ſe, vel ſuffraganeum ſuum illud miniſtrare prætermittens, mortaliter peccat, *Angel. verbo confirmationis Sacramentum* §. *1. Sylu. q. 2. Nau. cap. 22. ſumm. num. 9. Sà. ſup. num. 12.* Sub eadem culpa tenetur monere confirmandos, vt confiteantur, vel habeant contritionem, *Nau. de pœnit. diſt. 5. in princ. tertia partis gloſ. num. 37. & 38.*

8 Si confirmante Epiſcopo in propria Diœceſi accurrant etiam accolæ ex aliena, licitè confirmantur, ob præſumptionem gratum id fore Epiſcopo, ad cuius Diœceſim illi pertinent. *Henriq. lib. 3. ſum. cap. 6. num. 6.*

9 Epiſcopo prohibere poteſt Papa, ne Sacramentum Confirmationis conferat: ſed nequit facere, vt non valeat, ſi illud conferat. *Azor. inſtit. moral. par. 2 lib. 5. c. 1. quæſt. 8. verſ. Deinde.*

Confra-

Confraternitas, vide Iuſpatronatus num. 8. Seminarium num. 8. Viſitatio num. 5.

1 EPiſcopi, Laicorum Confraternitates, tanquam Apoſtolicæ Sedis Delegati ius habent viſitandi, non obſtante quauis, exemptione, & immunitate. Non tamen quæ ſub Regum immediata protectione ſunt, ſine eorum licentia. *Trident. ſeſſ. 22. de reform. cap. 8.*

2 Confraternitates ſecularium non poſſunt erigi abſque conſenſu Ordinarij loci. Inſuper Indulgentiæ Confraternitatibus aggregatis concedendæ, ab eodem Ordinario ſunt prius cognoſcendæ, eorumque ſtatuta examinanda, approbanda, & corrigenda. Ad eundem Ordinarium ſpectat, formam præſcribere diſpenſandi eleemoſynas, quæ in earundem Confraternitatum Oratorijs colliguntur, *ex conſt. 113. Clem. VIII. public. Rom. die 24. Decemb. 1604. incip. Quæcunque à Sede Apoſtolica regiſtrata tom. 3. Bullar. vlt. edit. pag. 164.* in qua traditur fuſius forma, quæ in eiuſmodi erectionibus ſeruari debet.

3 Epiſcopus viſitare poteſt, Confraternitates perſonarum ſecularium in Eccleſijs Regularium exemptorum exiſtentes; non etiam earum cappellas, vel altaria, quæ intra eaſdem Eccleſias conſiſtunt,

Aloyſ.

Aloyſ. Ric. in prax. fori eccleſ. in notabilibus in materia Epiſcoporum, quæ habentur immediatè poſt reſol. 495.

4 Confraternitates laicorum poſſunt per Epiſcopum compelli accedere ad proceſſiones publicas, colligitur ex mente *Nau. conſ. 3. de foro compet.* videatur *Barboſ. de poteſt. Epiſcop. par. 3. alleg. 78. num. 24.* vbi refert opiniopem tenentium oppoſitum.

5 Confraternitatis ſtatutum, quo cauetur, vt confrater ſine conſenſu Prioris non poſſit confratrem in ius coram Eccleſiaſtico, vel ſeculari Iudice vocare ſub pœna expulſionis a Confraternitate, non eſt contra libertatem Eccleſiæ. *Nau. conſ. 6. de immun. eccleſ. num. 1. par. 2. lib. 3. edi. 2.* Neque ſtatutum, quo cauetur, ne aliquis recipiatur in Confraternitate, niſi tantum ſoluat, inualidum eſt, ſi fiat propter honeſtam cauſam, vt pro alendis pauperibus, &c. *Armill. verb. Confraternitas.*

6 Confraternitatum bona non poſſunt alienari ſine ſolemnitatibus in rerum Eccleſiaſticarum alienationibus neceſſarijs, ni ſi auctoritate Epiſcopi ſunt inſtituta: ſecus contra. *Card. Tuſcus litera H. concluſ. 1803. num. 9. Barboſa ſup. alleg. 75. num. 133.*

Con-

Coniugatus, vide Electio num. 6. Negotiatio num. 3. Vicarius num. 10.

1 VT coniugatus poſſit ad Epiſcopatum promoueri, exigitur profeſſio vxoris in Religione. *Sanchez de matr. lib. 7. diſp. 41. num. 2.*

2 Coniugatam profeſſam de conſenſu viri viuentis in ſeculo incontinenter, vel iuuenis, & de incontinentia ſuſpecti, poteſt Epiſcopus ex officio educere de Monaſterio, vt cohabitet cum viro. *c. cum ſis, c. vxoratus, iuncta gloſ. verbo Nullatenus, de conuer. coniug.*

3 Si Epiſcopus ordinet coniugatum, punitur, niſi accedat conſenſus vxoris: at ea conſentiente poteſt, etiamſi matrimonium ſit conſumatum, modò vxor voueat continentiam, vel non ſit ſuſpecta de incontinentia. *Nau. conſ.* 13. *de conuerſ. coniugat. num. 1. cum ſequent. par. 1. lib. 3. ed. 2.*

4 Clericus coniugatus cum vnica tantum, & virgine deferens tonſuram, & veſtes clericales, & ſeruiens alicui Eccleſiæ ex deputatione Epiſcopi, gaudet priuilegio canonis, *ſi quis ſuadente* 17. *quæſt.* 4. & fori. ſecus contra *c. vnico de cler. coniug. in 6. iuncto Trid. ſeſſ. 23. c. 6. de reform.*

5 Clericus coniugatus non amittit priuilegium per vnam, aut alteram habitus

dimiſſionem, dummodo continuò illum deferat, vel quia non habet tonſuram, quia capillis caret. *Sanchez ſupra diſp. 46. num. 8. & 9.*

6 Clericus coniugatus cum vnica, & virgine, veſtes clericales, & tonſuram deponens, reſumptis illis, iterum mortua vxore recuperat omnia priuilegia clericalia, quæ clerici non coniugati primæ tonſuræ iure habent, ſi redeat ad propria clericorum miniſteria. *Sanchez ſup. num. 29. & 30.*

7 Clericus coniugatus inuentus habitu ſeculari cum deliquit, remittendus eſt ad Iudicem Eccleſiaſticum, ſi ſolitus eſt veſtes clericales deferre. *M. Ant. Cucchus inſtit. maior. lib. 3. tit. 9. nu. 69.*

8 Cuius Iudicis ſit cognitio, num veſtes ſint clericales, & an conditiones requiſitę concurrant in clerico coniugato, vt gaudere debeat priuilegio fori, Doctores non conueniunt: probabilius videtur ſpectare ad Eccleſiaſticum, per ea, quæ docet *Cucch. loc. cit. num. 76.* videatur *Sanchez ſup. num. 7.*

9 Clerici coniugati ſeruantes omnia requiſita, in ſolis cauſis criminalibus gaudent priuilegio fori, ſiuè criminaliter, vt dù petitur vindicta, ſiuè ciuiliter agitur, vt cum petitur reſtitutio damni illati: At in cauſis merè ciuilibus deſcendentibus ex contractu, vel quaſi contractu non eximuntur à Iuriſdictione Iudicis ſecularis, ſed

coram

coram eo conueniendi ſunt. *Sylu. verbo Clericus 1.q.6. Tabien. verbo Excommunicatio 5.caſu 1.num.27. Azor. par.1. Inſtit. Mor.c.vlt.q.fin.Couar.qq.Pract.c.31.num.8. & 9. ver. Septimò. Molin. de contract. diſp. 571. verſ. quamuis Lapus. Sanchez ſup. diſput.46.num.22.& eſt text. expreſſ. in cap. vnico de cleric. coniug. in 6. quem renouat Conc.Trid ſeſſ.23.de Roform.cap.6.* In Regno tamen Neapolitano conſuetudine introductum eſt, eiuſmodi Clericos etiam in ciuilibus gaudere priuilegio fori: atque ita cenſuiſſe *S. Cong. ſuper controuer. Iuriſd.27.Februarij 1630. teſtatur Gauant.in Manual.Epiſc.in verbo Clericus nu.84.ed.2.* Circa eiuſmodi conſuetudinem videndus eſt *Sylu. & Lud.Mol. ſupra vbi pluribus.*

10 Vt clericus coniugatus ſeruans conditiones requiſitas amittat cætera priuilegia clericalia præter duo, videlicet canonis, & fori, non deſideratur monitio aliqua, vel ſententia Iudicis. *Angel. excommunica. v. n.22.M.Ant. Cucchus n.67. Sanchez.num.19.* vbi ſupra.

Conſecratio, vide Alimenta num. 5. *Altare num.*6. *Depoſitio num.* 3. *Homicidium num.* 1. *Indulgentia num.*4. *Virginum conſecratio num.* 1. *cum ſeqq.*

1 EPiſcopi tantum poſſunt, quantum Papa quoad ea, quæ ſunt de conſecrationis efficacia. *gloſ.in verb. Coepiſcoporum. in extrauag.vnica. Ne Sede vac.nihil innou.*

2 Conſecrari in Epiſcopum non poteſt die dominica, qui eadem die ex diſpenſatione Papæ ad ſacerdotium eſt promotus *Barb.de pot. Epiſcopi par.* 2.*alleg.*1. *num*.46.

3 Si in Epiſcopi conſecratione ſacerdotalis ordo prætermiſſus ſit, conſecratio eſt nulla. *Suar. de cenſur. to.*5. *diſp.*31. *ſect.* 1. *num.*53.

4 Qui ſuſcipit per ſaltum conſecrationem Epiſcopalem, non incurrit ſuſpenſionem latam contra ordinatos per ſaltum: nam appellatione ordinum non venit in his legibus conſecratio Epiſcopalis. *Suar.* vbi ſupra. *§.dubitari tandem.*

5 Epiſcopus, qui ſcienter conſecratur ab Epiſcopo hæretico, ſchiſmatico, excõmunicato, interdicto non toleratis, aut a ſimoniaco per ſententiam declarato, eſt a Pontificalibus ſuſpenſus. *Suarez ſup. diſput.*

ſput.31. ſect. 1. num. 61. Coninck. diſp. 15. dub.5. de ſuſpenſ. num. 31.

6 Conſecrandus in Epiſcopum, debet eſſe, qui per omnes Eccleſiaſticos gradus tranſierit. *Barboſ. par.1. tit.1. c.5. num. 5.* vbi ſupra ex Diuo Cipriano.

7 Epiſcopi conſecratio a minori numero quàm trium Epiſcoporum fieri non debet, *cap. porro diſtinct.66.c. Nec Epiſcopi de temp. ordin.* At non eſt improbabile, ex commiſſione Summi Pontificis fieri poſſe, vt vnicus Epiſcopus, validè alium conſecret. *Paulus Comit. reſponſ moral. lib. 1. quæſt. 48. n.13. ad finem Egid. de Coninck. de ſacram. & cenſur. tom.2.diſp.20. dub. 9. num.92.concl.5.*

8 Conſecrandus eſt Epiſcopus intra tres menſes a ſua confirmatione: aliàs fructus perceptos reſtituat. Et ſi poſtea neglexerit eam fieri intra totidem menſes, ipſo iure eſt Eccleſia priuatus. *Trid.ſeſſ.23. de reform. c. 2.*

9 Diſpoſitio conceſſa Epiſcopo, vt vltra tres menſes a iure præſcriptos cõſecrationem differat, extenditur ad retentionẽ beneficiorum, quæ a conſecrationis die vacare debebant. *Sanchez lib.8.de matr. diſp.1 .num.24.*

10 De ſtilo Curiæ eo ipſo quod Epiſcopus electus in ipſa Curia conſecratur, etiã Eccleſiæ poſſeſſionem non adeptus, omnia beneficia, quæ habebat, vacant, & tanquam in Curia vacantia conferuntur. *gloſ.*

in clem. 1. vt lit. pend. verbo collata, quam refert, & ſequitur *Azor. par. 2. inſtit. moral. lib. 7. cap. 16. quaſt. 12.*

12 Epiſcopus conſecratus ante 30. annū non fit irregularis. *Suar. ſup. diſput. 31. ſect. 1. num. 29.*

12 Eccleſia conſecranda eſt ab Epiſcopo proprio, vel ab alio de illius licentia, *de conſecr. diſt. 1. Sylu. verbo conſecratio, num. 2.*

13 Ex Epiſcopi iudicio pendet, quando Eccleſia ſit reconſecranda, ſi in parte deſtrui, ſeù comburi contingat. *Hoſtien. in ſumm. tit. de conſecr. eccleſ. num. 5.*

14 Epiſcopus conſecrans Eccleſiam indotatam, de ſuo proprio in defectu fundatoris dotare tenetur. *c. cum ſicut*, & ibi *gloſ. de conſecr. eccleſ. vel Altaris.*

15 Percutiens Epiſcopum electum, & confirmatum, ſed non conſecratum, non incurrit Bullā Cœnæ. *Nau. c. 27. ſum. n. 67.*

Conſenſus, vide Donatio num. 1. Patronus nu. 2. 3. 14. 15.

1 CONſenſus Epiſcopi in translatione iuriſpatronatus in laicum poteſt ex poſt facto adhiberi. *Barb. de poteſt. Epiſcopi par. 3. alleg 71. num. 18.*

2 Conſenſus Epiſcopi neceſſarius non eſt in donatione, qua vnus Patronus alteri Patrono ſocio ius ſuum remittit, vel re-

nun-

nuntiat. *Azor. inſtit. moral. par. 2. lib. 6. c. 20. quaſt. 6.*

3 Si Epiſcopus conſenſum in iuriſpatronatus acquiſitione præſtare noluerit poteſt ad eum præſtandum, compelli authoritate Archiepiſcopi. *Barb. alleg. 70. nu. 26.* vbi ſupra.

4 Epiſcopus cum conſenſu patroni beneficij requirentis aliquas qualitates, poteſt cum aliquo ex cauſa diſpenſare ſuper aliqua illarum. *Nau. conſ. 6. de cler. non reſid. num. 4. par. 1. ed. 2.*

5 Conſenſus Epiſcopi non requiritur in alienatione rerum Eccleſiæ exigui valoris, & nullius redditus. *Aloyſ. Ricc. in prax. aurea reſol. 383. num. 4.* hæc tamen opinio in praxi apud me difficultate non caret.

6 Conſenſus tacitus Epiſcopi non ſufficit, quando transfertur iuſpatronatus de laico in laicum: ſed requiritur expreſſus. *Aloyſ. Ric. ſup. reſol. 469. num. 3.*

7 Vnio de beneficio iuriſpatronatus facta abſque conſenſu patroni non valet; & in dubio eiuſmodi conſenſus non præſumitur, nec de eo ſtatur aſſertioni Epiſcopi. *Aloyſ. Ric. in prax. fori eccleſ. reſol. 377. num. 1. & 5.*

8 Epiſcopi abſque conſenſu Capituli, non poſſunt hodie vnire beneficia virtute *Conc. Trid. ſeſſ. 21. c. 5. de reform.* etiamſi fiat ab illis tanquam Apoſtolicæ Sedis delegatis. *Garz. de beneſ. par. 12. c. 2. num. 158. ex Sacra Congreg. Conc.*

F 4 9 Taci-

9 Taciturnitas Prælati habetur pro conſenſu ipſius in ijs, quæ ſine eius conſenſu fieri non poſſunt. Vide *Sylu. verb. conſenſus.*

10 Prælatus tacens circa delictum, quod ex officio corrigere tenetur, delicto dicitur conſentire; nam in malè geſtis, tacens habetur pro conſentiente. *Armill. verbo conſenſus num. 3.*

11 In reſeruatione iuriſpatronatus ex ædificatione, & fundatione, non requiritur alius conſenſus Epiſcopi ſuper iurepatronatus; ſed ſufficit ſolus conſenſus pro Eccleſia ædificanda. *Rota Romana deciſ. 222. num. 3. par. 1. in nouiſſimis.*

Conſtitutio, vide Lex per tot.

1 Conſtitutio Epiſcopi, ne Parochi abeſſe vltra duos dies poſſint ſine eius licentia, valida eſt *Barboſ. de pot. Epiſcopi par. 3. alleg. 53. num. 97.*

2 Si Prælatus aliquid ſingulariter ſine Collegij præſentia decernit, & ordinat, durat tantùm eius prælatione durante, niſi authoritate Papæ fieret; tunc enim durat, donec reuocetur. *Sylu. verbo conſtitutio. num. 2. Armill. eod. verb. & num.*

3 Epiſcopis, præſertim Metropolitanis ex officio incumbit nouas pontificias conſtitutiones in vſum deducere, ſaltem poſtquàm ex Curia Romana authenticè ipſis tranſmiſſæ fuerunt. Conſule *Nau. conſ. 1.*

de

de conſtit.num.29.quaſt.8.ed.2.par.1.

4 Si conſtitutio concedat facultatem aliquam Diœceſanis, intelliguntur ſoli Epiſcopi, excluſis inferioribus ordinarijs. Si ordinarijs, intelliguntur etiam inferiores ordinarij. *gloſ. in c.1. de iurepatr.in 6. verb.Diœceſanis.*

5 Quando in noua Conſtitutione reſeruatur abſolutio alicuius peccati in odium illius, (vt fecit Sixtus V. contra malè promotos ad ordines) ignorans eam conſtitutionem inuincibiliter, non incurrit hanc reſeruationem, quamuis ſe delinquere norit. *Sanchez de matrim. lib. 9. diſp.32. num.18.*

6 Poteſt Epiſcopus a ſuis conſtitutionibus aliquos ſoluere, hoc eſt cum aliquibus diſpenſare; non tamen ita, vt alteri quæſitum ius auferat. *Sylu. verb. Diſpenſatio. quaſt.13. Azor.inſtit.moral.par.2.lib.3.c.47. quaſt.vlt.*

7 Stante Epiſcopi conſtitutione aliquid prohibente ſub pœna eius arbitrio reſeruata, mortuo ipſo Epiſcopo, tranſgreſſor nihilominus puniri debet pœna Epiſcopo ſucceſſori arbitraria, ſi eiuſmodi Conſtitutio inhibeat aliquid, quod etiam eſt prohibitum iure communi. *Io. Aloyſ. Ric. in prax. aurea reſol. 27.num.2.*

8 Conſtitutio Epiſcopalis excommunicans præſumentes alloqui Moniales, non compræhendit eos, qui ignoranter, aut imprudenter alloquuntur ſine licentia, ne-

9 Taciturnitas Prælati habetur pro conſenſu ipſius in ijs, quæ ſine eius conſenſu fieri non poſſunt. Vide *Sylu. verb. conſenſus.*

10 Prælatus tacens circa delictum, quod ex officio corrigere tenetur, delicto dicitur conſentire; nam in malè geſtis, tacens habetur pro conſentiente. *Armill. verbo conſenſus num. 3.*

11 In reſeruatione iuriſpatronatus ex ædificatione, & fundatione, non requiritur alius conſenſus Epiſcopi ſuper iurepatronatus; ſed ſufficit ſolus conſenſus pro Eccleſia ædificanda. *Rota Romana deciſ. 222. num. 3. par. 1. in nouiſſimis.*

Conſtitutio, vide Lex per tot.

1 Conſtitutio Epiſcopi, ne Parochi abeſſe vltra duos dies poſſint ſine eius licentia, valida eſt *Barboſ. de pot. Epiſcopi par. 3. alleg. 53. num. 97.*

2 Si Prælatus aliquid ſingulariter ſine Collegij præſentia decernit, & ordinat, durat tantùm eius prælatione durante, niſi authoritate Papæ fieret; tunc enim durat, donec reuocetur. *Sylu. verbo conſtitutio. num. 2. Armill. eod. verb. & num.*

3 Epiſcopis, præſertim Metropolitanis ex officio incumbit nouas pontificias conſtitutiones in vſum deducere, ſaltem poſtquàm ex Curia Romana authenticè ipſis tranſmiſſæ fuerunt. Conſule *Nau. conſ. 1.*

de

de conſtit.num.29.quaſt.8.ed.2.par.1.

4 Si conſtitutio concedat facultatem aliquam Diœceſanis, intelliguntur ſoli Epiſcopi, excluſis inferioribus ordinarijs. Si ordinarijs, intelliguntur etiam inferiores ordinarij. *gloſ. in c.1. de iurepatr.in 6. verb.Diœceſanis.*

5 Quando in noua Conſtitutione reſeruatur abſolutio alicuius peccati in odium illius, (vt fecit Sixtus V. contra malè promotos ad ordines) ignorans eam conſtitutionem inuincibiliter, non incurrit hanc reſeruationem, quamuis ſe delinquere norit. *Sanchez de matrim. lib. 9. diſp. 32. num.18.*

6 Poteſt Epiſcopus a ſuis conſtitutionibus aliquos ſoluere, hoc eſt cum aliquibus diſpenſare; non tamen ita, vt alteri quæſitum ius auferat. *Sylu. verb. Diſpenſatio. quaſt.13. Azor.inſtit.moral.par.2.lib.3.c.47. quaſt.vlt.*

7 Stante Epiſcopi conſtitutione aliquid prohibente ſub pœna eius arbitrio reſeruata, mortuo ipſo Epiſcopo, tranſgreſſor nihilominus puniri debet pœna Epiſcopo ſucceſſori arbitraria, ſi eiuſmodi Conſtitutio inhibeat aliquid, quod etiam eſt prohibitum iure communi. *Io. Aloyſ. Ric. in prax. aurea reſol. 27.num.2.*

8 Conſtitutio Epiſcopalis excommunicans præſumentes alloqui Moniales, non compræhendit eos, qui ignoranter, aut imprudenter alloquuntur ſine licentia, ne-

que mittentes litteras. *Io. Aloyſ.ſup.reſol. 19 num.2. & reſol. 65.num.1.*

9 Epiſcopus poteſt diſpenſare in conſtitutione Concilij Generalis, quando per idem Concilium indefinitè conceditur facultas diſpenſandi. *Azor. inſtit. mor.par.2. lib.6. cap.4. quaſt.28. verſ. Nunquid poterit Epiſcopus.*

Conſuetudo, vide Feſtum nu. 4 11. *Religio num.* 5. *Sacramentum num.* 2.

1 Conſuetudinem generalem, habentem vim legis, non poteſt Epiſcopus abrogare, vt nec ius commune. *Sà in Aphor. verbo conſuetudo num. 1.* etſi excedit modum in puniendo vltràquam ſit conſuetum, vel aliàs non ſeruet conſuetudinem, poteſt ab eo appellari. *Bald. in rubr. de offic.delegati.*

2 Rationabilis conſuetudo ſcientibus Prælatis introducta, quæ in quibuſdam locis eſt in vidua de non audiendo miſſam diebus præceptis, dum maritum defunctũ luget; in puella nubili. &c. excuſat a præcepto de illam audiendo. *Caiet.in ſumm. verbo Feſtorum violatio. Nauar. c.21.ſum. num.4.*

3 Conſuetudinis Eccleſiaſticæ cõtemptor, punitur ſicut & præuaricatores legis diuinæ. *c.in his diſt.11.*

4 Pec-

4 Peccatum Epiſcopo reſeruatum habens conditionem conſuetudinis, intelligitur quando bis perpetratum fuit; nam in criminalibus, binus actus conſuetudinem inducit. *Sylu. verbo Infamia num. 16.*

5 Licet de iure communi poteſtas conferendi beneficia ſpectet ad Epiſcopum, & Capitulum ſimul; tamen contraria conſuetudo poteſt facere, vt ſpectet, aut ad Epiſcopum tantùm, aut ſolum ad Capitulum. *Io. Aloyſ. Ric. in prax. aurea reſol. 155. num. 2.*

6 Conſuetudo quod Epiſcopus creare poſsit nouum canonicum pro ſuo iucundo aduentu, vbi præbendæ ſunt diſtinctæ, valet. *Io. Aloyſ. ibid. num.* 4.

7 Si diues diu quotannis certam aliquã eleemoſynam in vſum Cathedralis Eccleſiæ ſponte ſua, & liberaliter erogare ſoleat, poteſt arbitratu ſuo ab ea largienda deſiſtere; nec poteſt Epiſcopus vi conſuetudinis ad illam elargiendam illum aſtringere, ſicut nec populus, qui affectu ſpontaneo certa ieiunia, ac dies certos religiosè colere conſueuerit: nam ex eiuſmodi actionibus, quamuis ſæpius repetitis, nulla vis legis exiſtit, ac ſurgit; etſi ſecus, ſi ea fiant animo, & voluntate conſuetudinem inducendi. *Azor. inſtit. moral. par. 1. lib. 1. cap. 18. quæſt. 5.*

8 Sola illa conſuetudo obligat ad mortale, quæ inducta eſt ea mente, vt ſit prohibitiua, vel præceptiua ſub peccato mortali

tali; quod poteſt perpendi, quando communiter tenetur ab omnibus, quod faciens contrà, peccat mortaliter, *Ang. verb. conſuetudo. num. 22.* Conſule *Azor. loc. cit.* vbi de his fuſiùs, ac diſtinctius.

9 Conſuetudo, qua Epiſcopi faciunt teſtamenta ad pias cauſas pro anima defuncti de moderata quantitate bonorum defuncti, qui deceſſit ab inteſtato, valida eſt. *Genuen. in prax. cur. Archiep. Neap. cap. 96. num. 1. ed. 1.*

10 Conſuetudo vt cera deferēda in proceſſione Sanctiſsimi Sacramenti ſumatur ex menſa Epiſcopali ſeruanda eſt. *Ex Sac. Cong. Rit. in vna Neritonen. 4. Martij 1606. Teſte Barboſa in ſuis Collect. Bullar. in verbo Conſuetudo.*

Corpore vitiatus, vide Arbitrium num. 15. Teſtis num. 11.

1 CORpore vitiatus dicitur, qui habet membrum debilitatum, vel mutilatum. Debilitatum habet, qui eum habet inefficax, vt oculum cœcum, manum aridam; mutilatum, qui ipſo caret, *Tabiena verbo De corpore vitiatis. num. 1.*

2 Si quis membrum ſibi culpa propria abſciderit, vel abſcindi permiſerit, irregularis eſt, etiamſi ea abſciſſio, nec impediat miniſterium ordinis, nec inſignem deformitatem inducat. *Couar. in clem. ſi furioſus*

rioſus par. 1. initio. Releꝺ. num. 7. ſecus ſi non ſua culpa, & ex abſciſſione ſcandalũ, vel inhabilitas non perueniat; & in dubiũ, an ſcandalum inde generetur, Epiſcopus iudicabit. *Sylu. verb. corpore vitiatus. q. 1. num. 2.*

3 Corporis vitium quomodocunque proueniat, ſi reddit inhabilem ad frangendum, vel contractandum hoſtiam, vel calicem, impedit promouendum, & promotum miniſtrare prohibet; idemque dicendum eſt de omni vitio notabili in quocunque membro ſcandalum generante.

4 Licet ſacerdos cœcus effectus conſecrare non poſſit, nec alia miniſteria exercere durante cęcitate; in quibus opus eſt viſu; ad alia tamen, ſi non ſponte, vel ſua culpa cœcus factus eſt, poteſt Epiſcopus illum admittere, vt ad confeſſiones audiendas, ad prędicandum, ad beneficij retentionem dato ei coadiutore. *Nauar. c. 27. ſum, n. 200. verſ. ſeptimò dico.* Conſule *Sayr. de cenſur. lib. 6. cap. 8. num. 6.*

4 Beneficiatus corpore vitiatus, v. g. ſi cœcus, claudus, ſeu aliter notabiliter in qualibet corporis parte impeditus, ne muneri ſuo decenter ſatisfacere queat, iuſtam habet cauſam reſignandi beneficiũ coram ordinario. *Barboſ. de poteſt. Epiſcopi par. 3. alleg. 69. num. 36.*

6 Quamuis monoculus ad ſacros ordines promoueri non poſſit *c. ſi Euangelia; 55. diſtinꝺ.* tamen qui caret vſu oculi dex-

tri,

tri, qui ſanus videtur, & ſiniſtro probè cernit, irregularis non eſt. *Nauar. ſupra num. 199. verſ. Quartò dico. Greg. de Valentia tom. 4. diſp. 7. quæſt. 19. punct. 3. §. 2.*

7 In eiuſmodi irregularitatibus Epiſcopum diſpenſare poſſe affirmant, *Sylu. vbi ſup. quæſt. 10. Maiol. lib. 1. de irregularitate cap. 14. num. 15.* & nonnulli alij, quos ij ibi citant. *At Nau. illo num. 200. verſ. octauo dico. Valentia, & Sayr. num. 26. vbi ſup.* rectius docent ſolum Papam diſpenſare; quorum ſententia communis eſt, *Teſte Couar. loco citato ſupra, & Diaz in praxi crimin. can. c. 17. num. 15.*

Correptio, ſeu Correctio.

1 Correctio, quæ dicitur Correptio, & eſt actus iuſtitiæ tendens ad bonum commune, pertinet ad ſolos Prælatos; ſed ea, quæ dicitur propriè Correctio, & eſt actus charitatis, tendens ad fratris emendationem, pertinet ad quemlibet habentem charitatem. *Sylu. verbo Correctio quæſt. 4. ex Diuo Thoma.*

2 Correctio fraterna quatuor requirit, vt quis ad eam obligetur. Primò, certitudo peccati mortalis. Secundò, ſpes correctionis. Tertiò, opportunitas temporis, & perſonæ. Quartò, vt ea commodè fieri poſſit, ideſt abſque damno notabili ſalutis, honoris, famæ, & fortunarum corrigentis; niſi emendandus ſit in extre-

extrema eiuſmodi correctionis neceſſitate *Nau.c.24.ſum.nu.12.*

3 Prælatus etiam cum periculo mortis tenetur corripere peccata ſubditorum ſub peccato mortali extra extremam neceſſitatem, quando eſt ſpes emendationis, niſi quid per accidens obſtet. *Filliuc. to.2. moral.quæſt.tract.28.c.6.quæſt.8. num.140.*

4 Ad hoc vt Prælatus ſub peccato mortali teneatur inquirere peccata ſubditi ad correptionem faciendam, ſufficit ſuſpicio, vel dubia cognitio. *Filliuc.ibid. nu 132.*

5 Dum ſubditus tenetur Prælatum corrigere, debet cum reuerentia illum corripere, non obiurgando, ſed humiliter rogando. *Sylu.ſup.quæſt.3.*

6 Prælatus exiſtens in peccato mortali corripiendo ſubditum, per ſe non peccat. *Nauar. c.24.ſum.n.12.* etſi per accidens, vt ratione ſcandali, &c. poſſet eſſe vitioſum corrigere in peccato mortali. *Suar.to. 3.diſp.16. ſect.3. §. Hinc verò expediri.* videatur *Filliuc. ſup.c.5 q.6.nu.123.*

7 Epiſcopus reſidens poteſt, vt delegatus Apoſtolicus, corrigere clericos, ſeculares, ſibi ſubditos, quoties & quando opus fuerit; etiam extra viſitationem, non obſtantibus quibuſuis exemptionibus. *Trid. ſeſſ. 14.c.4.de reform.*

8 Epiſcopi corrigunt clericos, & Regulares degentes extra Monaſteria, ſi delinquant. *Trid. ſeſſ. 6.cap.3.de reform.* Degere autem extra Monaſterium dicuntur,

& ab

& ab ordinario puniri poſſunt ij, qui ſine licentia Superioris degunt. Item ij, qui cum licentia Superiorum degunt in aliqua domo ad erigendum Monaſterium deſtinata, ſi non habent in dicta domo Priorem, ſeù Guardianum, nec viuunt ſecundùm regulas illius Religionis, ita Sacra Congreg. Conc. ad d. c. 3. cenſuiſſe fertur.

9 Prælati præceptum de reuelando crimine, intelligendum eſt ſaluo ordine fraternæ correctionis; quod ſi ſit de reuelando crimen occultum, tale præceptum non obligat, quia Prælatus non eſt Iudex iudiciorum occultorum, ſed ſolus Deus *Diu. Thom. 22. q. 33. art. 7. in reſp. ad Quintum. Leon. Duard. in comment. ad* Bull. *in Cœna Dom. lib. 2. can. 11. q. 19. nu. 12*

10 Prælatus non debet corrigere lenitate patris, ſed authoritate Pontificis, miſericordiam pręſtando pœnitentibus, non autem impœnitentibus, & incorrigibilibus, ita tamen, vt ſeueritas lenitati miſceatur: illud in primis memoria retinendo, tanto eſſe efficaciorem emendationē prauitatis, quanto diligentior fuerit obſeruatio charitatis. *Sylueſt. ſup. q. 12. & q. 13.* docet eſſe locum appellationi, ſi Prælatus excedat modum in corripiendo. fauet *Ang. eod. verbo num. 2.*

Cri-

Crimen, vide Correptio num. 8. Delictum num. 1. cum ſeqq. Impedimentum num. 2.

Cura, Curatus, vide Parochus. num. 1. cum ſeqq.

1 CVra animarum non committitur alicui ſine licentia Epiſcopi. Fuſcus de viſitatione. *lib. 2. cap. 8. poſt nu. 6.*

2 Regularium Eccleſiæ curam animarum habentes quoad curam & adminiſtrationem Sacramentorum ſunt ſubiectæ Epiſcopo. *Trid. ſeſſ. 7. cap. 7. de reform. & c. 11. ſeſſ. 25. de regular. & monial. Fuſcus ſup. cap. 15. nu. 60.* At curam animarum in dictis illorum Eccleſijs exercentes, ſiue ſeculares, ſiuè regulares ſint, ad arbitrium ipſorum Regularium poni debent, niſi quod examinari, & approbari prius debent ab Epiſcopo. *Paulus Piaſecius in ſua praxi Epiſc. par. 2. c. 3. num. 46.*

Curia ſecularis, vide Clericus num. 4. 5. 9.

1 PEr Iudicem Eccleſiaſticum Eccleſiaſtica perſona traditur Curiæ ſeculari punienda, Primò ob abortum animarum.

rum. Secundò, ſi exerceat Sodomiam. *Nau.c.27.num.249.* Tertiò, ſi non ordinatus celebret, vel Sacramentum pœnitẽtiæ miniſtret. ex Conſt. 81. Clem. VIII. regiſtrata in Bullar.vlt.ed.pag.128.to.3.fuſius de his *Quaranta in ſumm. Bullarij. verbo abortus.num.6. & Iul.Clar.in pract. crim. quæſt.36.verſ.Scias etiam, & Syluest. infra.*

2 Clericus Curię ſeculari tradendus, actualiter degradatur; degradatio autem fit præſente Iudice ſeculari, cui Epiſcopus degradans dicit, vt in forum ſuum recipiat degradatum; debet tamen intercedere pro eo, vt non moriatur. *iuxta cap.nouimus de verb.ſignif.in fine. Sylu. verbo degradatio num.4.Tolet.lib.1.ſumm. cap.50. num.5.*

DEBITVM.

Vide Capitulum num. 12. Pauper num. 14. Sepultura nu. 10.

1 Soluens debita Prelato excommunicato, nondum denuntiato, liber eſt a ſolutione. *Nau. conſ.3.de reb. eccleſ. alien.num.1.& 2.par.1.lib.3.ed.2.*

2 Creditor, qui clam accipit de bonis debitoris, quod ſibi debetur, quando aliàs illud recuperare non poteſt, non tenetur

illud

illud reuelare, ſi Prælatus pręcipiat hoc ſub pœna excommunicationis; idem dicendum de omnibus, qui verè ſciunt tale factum *Sylu.ver.furtum.q.15.n.19.* Quod declara,vt per *Nau.c.17.ſum.n.112.& 113*

3 Si Clericus non habeat, vnde ſatisfaciat ſuis creditoribus, non debet excommunicari, nec aliter moleſtari, aut in carcerem mitti: præſtabit tamen cautionem ſaltem iuratoriam de ſoluendo, cum venerit ad pinguiorem fortunam. *c. Odoardus de ſolution.*

4 Priuilegio *cap. Odoardus* gaudent, tàm clerici in ſacris, quàm in minoribus conſtituti, & etiam primæ tonſuræ, ſi obſeruant requiſita a *Trid.ſeſſ.23.c.6.de refor.* hoc eſt, vt incedant in habitu, & tonſura, & inſeruiant alicui Eccleſiæ de mandato Epiſcopi, vel ſint beneficiati, vel in aliquo Seminario reperiantur. *Lud. Molin. de contract. diſput. 571. num.13. verſ. Quamuis Lapus. Leon.Leſſ. de iuſt. & iur. lib.2. c.16. dub.13.num.50.*

5 Clericus qui aliquo modo reperitur in dolo, non debet gaudere beneficio. *cap. Odoardus*, vt ſi tempore contractus ſe finxit non eſſe clericum altero contrahente id ignorante, vel ſi eius bona abſcondit, & non indicauit creditoribus ſuis. *Molin. ſup. nu.14.verſ. ſi clericus* .vel ſi poſt debitum contractum pararet ſe ad fugam, vel eſſet de fuga ſuſpectus cum proprijs bonis; quo caſu poteſt a creditore capi, & tradi pro-

proprio

prio Iudici, detinendus, donec æs alienum ſoluat ex illis bonis, quæ fuit occultare conatus. *Couar. lib. 2. var. reſol. cap. 1. n. 9.*

6 Si Clericus, qui redditus habet Eccleſiaſticos, ære alieno grauetur, cui toti non poſſit ſtatim ſatisfacere, Iudex Eccleſiaſticus, relinquendo ei, tum ex ſuo patrimonium, tum etiam ex eis redditibus quantum ſatis ſit, vt parcè viuat, adiudicabit creditoribus bona reliqua, ac redditus reliqui, quouſque integrum eis ſoluatur. *Couar. ſup. ex cap. per uenit. de fideiuſſ.*

7 Clericus ob debitum, quod proceſſit ex delicto, vel quaſi, non gaudet beneficio. *cap. Odoardus*; neque ſi debitum neget; neque ſi bona ſua conſumpſit in ludis prohibitis; vel turpiter cum meretricibus. *D. Carolus de Graſſis in tract. de effectu cleric. effectu 7. num. 38. 43. & 51.* de his fuſiùs per eundem. *d. effect. 7. per tot.*

8 Debitor incertorum, ſi ſit pauper, poteſt illa ſibi tanquam pauperi retinere, vel diſtribuere pauperibus. *Nau. conſ. 9. de iniur. & damn. dat. num. 2. 3. 4. par. 2. ed. 2.*

9 Excommunicatus denuntiatus ob debitum non poteſt a Iudice abſolui; nec a ſucceſſore, nec a ſuperiore, nec ab ipſo Papa id fieri ſolet niſi præmiſſa ſatisfactione, vel parte conſentiente. *Nau. conſ. 53. de ſent. excomm. num. 3. par. 2. lib. 5. ed. 2.*

Debi-

Debitum coniugale, vide Matrimonium nu. 8. 10. 23.

1 Poteſt Epiſcopus cenſuris, & inuocato ſeculari auxilio coniuges ad cohabitandum, & reddendum debitum compellere. *Sanch. lib. 9. de matrim. diſp. 4. num. 6.*

2 Epiſcopus poteſt diſpenſare ad petēdum debitum in affinitate in primo, vel ſecundo gradu contracta poſt matrimonium. *Sà in Aphor. verbo Debitum coniugale, n. 13. Sanchez ſup. lib. 8. diſp. 12. n. 13.*

3 Item diſpenſat cum coniuge ad petendum debitum, qui cum ſuo coniuge contraxit cognationem ſpiritualem. *Sanchez ibid. num. 15.*

4 Vxor poteſt, & debet communicare cum viro excommunicato, eique præſtare obſequia debita, & ob viri pertinaciam poteſt Iudex excommunicans interdicere vxori participationem cum ipſo quoad humanum conuictum. v. g. ne cum illo loquatur, nec menſæ adſit, non tamen quoad debitum coniugale. *Sanchez dicto lib. 9. diſp. 14. num. 7. & 13.*

Debi-

Decimæ, vide Conductio num. 3. Parochus num. 12.

1 LIcet Decimæ, vt tales, & vt ſunt Eccleſiaſtici fructus, per ſe non poſſint laicis concedi iuxta *D. Thom. 2. 2. quæſt. 81. art. 3.* Poteſt tamen Epiſcopus alicui laico concedere ad tempus, aut ad vitam, non quidem ius percipiendi decimas, ſed portionem in fructibus decimarum, propter magnum obſequium Eccleſiæ præſtitum eam a Tyranno defendendo, ſeù &c. *gloſ. in cap. quamuis.* & ibi *Couar. num. 5. de decimis. Suar. tom. 1. de relig. lib. 1. cap. 25. n. 8. & 10. & c. 26. n. 1.*

2 Vbi eſt vſu recepta Conſtitutio Pauli Secundi. *incip. Ambitioſi. de reb. Eccleſ. non alien.* Decimæ laico authoritate Epiſcopi vltra triennium locari non poſſunt. *Azor. inſt. moral. par. 1. lib. 7. cap. 25. q. 14.*

3 Poteſt Epiſcopus, cui decimæ debentur, facere præceptum de fructibus non colligendis abſque præſentia deputati ab eo, modo laudabilis conſuetudo non exiſtat in contrarium. *Io. Aloyſ. Ric. in prax. for. eccleſ. reſol. 466. nu. 1. & 7.*

4 Epiſcopo debentur Decimæ prædiorum, quæ in nullius Parochia ſita ſunt. Idem vbi Parochiæ non ſunt diſtinctæ; At ſecus ſi locus eſſet intra duas Parochias, ſed ignoretur ſub qua ſit; nam tunc non debentur

bentur

bentur Epiſcopo; ſed inter eas diuiduntur. *Abb. in c. quoniam . num. 2. 3. & 4. de Decimis . Ioan. Azor.* vbi ſupra *c. 36. quaſt. 9. Ioan. Pet. Moneta in tract. ſuo de Decimis c. 7. quaſt. 2. nu. 9. 10. & 11. vbi pluribus*,

5 Epiſcopus non poteſt alicui concedere per viam priuilegij immunitatem a ſolutione Decimarum . *Moneta . ſup. cap. 5. num. 40.* Poteſt tamen illas remittere (maximè ſuæ menſæ debitas) ex iuſta cauſa *c. quia circa. de Priuil. cum. ibi not. per gloſ. & Doctores . Monet. ſup. num. 44.*

6 Decimarum permutatio pro alijs rebus temporalibus , non poteſt fieri cum Ordinarij authoritate ; ſed requiritur Sedis Apoſtolicæ authoritas . *Nau. conſ. 3. de Iurepatr. num. 2. lib. 3. par. 1. ed. 2.*

7 Decimarum Iudicium poteſt in poſſeſſorio ab eccleſiaſticis introduci coram Iudice laico ; non autem in petitorio, quatenus quid ſpirituale . *Nau. conſ. 1. de conſtitut. num. 80. lib. 1. ed. 2.*

8 Si de prædio dotetur Eccleſia ; non ideò liberatur ab obligatione ſoluendi decimas , quas ſoluebat alteri Eccleſię. *Sà in Aphor. V. Decima num. 3.*

9 Laici quoad quotam Ius non ſoluendi Decimas præſcribunt . *Nau. conſ. 2. de Decimis num. 4. par. 1. lib. 3. ed. 2.*

10 Vicarius , vel Rector, qui habet certum prædium , vel proprietatem aſſignatam ab Epiſcopo , vel Papa pro parte ſui ſtipendij , non tenetur ſoluere decimas de ipſo

ipſo prædio eidem Eccleſiæ, cui inſeruit. Poſſidet enim titulo Eccleſiaſtico, & ſpirituali, non autem temporali, aut patrimoniali, *gloſ. in clem. Religioſi. de Decimis. verbo extolendas. Horatius Mandoſius in tract. de priuilegijs ad inſtar. gloſ. 15. nu. 4.*

11 Epiſcopi, & alij Prælati inſpecto Iure communi non tenentur ad decimas perſonales; tenentur tamen ad prædiales ex prædijs ſeculari, ac patrimoniali titulo poſſeſſis, ſecùs ſi quæ titulo ſpirituali poſſideant. *D. Thom. 22. quaſt. 87. ar. 4. in corp. Suar. tom. 1. de Religione. lib. 1. de Diuino cultu cap. 17. num. 12. & 13.* & eſt communis omnium ſententia; quam refert, & ſequitur *Stephanus Fagundez de quinque pracept. Eccleſia pracept. 5. lib. 2. num. 10. 14. & ſeq. vſque ad fin.*

12 Epiſcopus ex cauſa poteſt vnà cum Clero aliquos eximere ex clero a Decima Papali ad ſui ipſius, non autem Cameræ Apoſtolicæ præiudicium. *Moneta ſup. c. 9. q. 3. num. 136.*

13 Quarta decimationum de iure communi debetur Epiſcopo ab Eccleſijs Curatis, non autem ab ipſis Parochianis, nam Parochiani tenentur Eccleſijs, Eccleſiæ verò Epiſcopis decimas ſoluere. *Barboſa de pot. Epiſc. p. 3. alleg. 86. nu. 35. ex gloſ. in c. conquerente in verb. decimationum de offic. Ordin.*

Degradatio, vide Abortus num. 5. Curia ſecularis nu. 2. Incorrigibilis num. 2. Irregularitas n. 16.

1 EPiſcopus poteſt per ſe ipſum ſolemniter, & actualiter degradare clericum in ſacris, etiam presbyterum abſque alijs Epiſcopis a iure requiſitis, adhibitis tamen totidem Abbatibus ſibi aſſiſtentibus, ſi reperiantur in Diœceſi, ſeù in eorum defectu alijs perſonis in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutis *Trid. ſeſſ. 13. c. 4. de reform.*

2 Proprius Epiſcopus ſolùm, abſque aliorum Epiſcoporum, ſeù aliarum præfatarum perſonarum interuentu, poteſt degradare conſtitutos in minoribus ordinibus. Requiritur tamen interuentus capituli. *Lancel. Inſt. can. lib. 1. tit. de depoſitione. §. quod autem*, & ibi *gloſ. verbo Interuentu.*

3 Epiſcopus degradatus, ſi ordinat, verum ordinem confert, quamuis non executionem. *Sylu. verbo Degradatio q. 7. §. quantum;* ordinando tamen grauiſſimè peccat. *Archid. in c. quod ſit* in fine *de conſecr. diſt. 2.* Qui verò ſuſcipit ſcienter, manet ſuſpenſus *arg. text. in cap. 1. in fine. de ordinatis ab Epiſ. qui renunc.*

4 Epiſcopus reſtituere poteſt degradatum verbaliter; actualiter verò ſolus Pa-

pa. *Abb. in c. at ſi clerici. §. de adulterijs. num. 14. de iudic. Toled. lib. 1. ſumm. c. 50. num. 7.*

5 Degradatio verbalis poteſt fieri ab Epiſcopo iam a Pontifice confirmato, etſi nondum conſecrato, quia eſt actus puræ iuriſdictionis. Realis tamen neceſſariò fit ab Epiſcopo conſecrato, quia eſt actus ordinis. colligitur ex *Trid. cap. 4. ſeſſ. 13. de reform.*

6 Epiſcopus nihil petere poteſt pro mercede degradationis, etiamſi peteret pro labore faciendi actum: degradatio enim eſt actus ſpiritualis poteſtatis, ſicut promotio ad ordines. *Nau. conſ. 88. de Simon. num. 1. par. 2. lib. 5. ed. 2.*

7 Epiſcopus compellere debet degradatum, qui eſt in ſacris, ad recitandum horas canonicas; ab his enim, quæ ſunt oneris, degradatus non liberatur. Idemque dicendum eſt de degradato beneficiato, quandiu tenet beneficium, licet non fuerit in ſacris; non tamen debet dicere Dominus vobiſcum, & ſimilia pertinentia ad dignitatem, neque officiare Eccleſiam. *Sylu. verbo Degradatio quæſt. 8. Nauar. de oratione. c. 7. nu. 17.* vbi de communi teſtatur.

8 Degradatus, licet non ſit alendus fructibus beneficij, cum ſit officio, & beneficio priuatus; ex pietate tamen, & per modum eleemoſynæ poterunt ei per Epiſcopum neceſſaria ad victum miniſtrari, ne

aut

aut fame pereat, aut cum dedecore ſtatus Eccleſiaſtici mendicare cogatur. *Sayr. de cenſur. lib.5. cap.22. num. 28.*

9 Non debet Epiſcopus irritum declarare matrimonium, cui de licentia Parochi aſtitit Sacerdos degradatus. Sacerdos enim degradatus adhuc eſt Sacerdos. *Sayr. ſup. n.26.* & alij.

10 Epiſcopus cognoſcit contrà exemptos in omnibus criminibus actualem degradationem requirentibus. *Abb. in c. cum contingat. col. 6. circa med. de foro compet. & alij apud Barboſ. de Pot. Epiſ. p.3. alleg. 110. num. 28.*

Delegatio, vide Delegatus num. 1. cum ſeqq. Iuriſdictio nu. 9. 11.

1 EPiſcopus poteſt alteri delegare pertinentia ad iuriſdictionem, vt eſt audientia cauſarum, & peccatorum abſolutio; at pertinentia ad ordinem Epiſcopalem, vt eſt conſecratio, ordinatio clericorum &c. delegare non poteſt niſi Epiſcopis. *Syluest. verbo delegatus quaſt. 1. num. 2.*

2 Non poteſt Epiſcopus ſimplici Sacerdoti delegare conſecratæ Eccleſiæ reconciliationem, non obſtante quod in contrarium vigeret conſuetudo. *Barboſ. de Pot. Epi. par. 2. alleg. 28. num. 55.*

3 Poteſt Prælatus delegare priuilegium,

quod habet ratione officij abſoluendi ſub-ditos, & cum eis diſpenſandi in quibuſdã neceſſitatis caſibus; iuriſdictio enim ex principis priuilegio competens non perſonæ, ſed perpetuò dignitati, vel officio, non eſt delegata, ſed ordinaria, & per cõſequens delegabilis *Sylu. verbo Delegatus. num.* 11. *Sanchez lib.* 2. *de matrim. diſp.* 40. *nu.* 14. videatur *Suar. tom.* 5. *diſp.* 41. *ſect.* 2. *§. Dubitari verò poteſt.* vbi hoc idem ſentit quoad facultatem Epiſcopis conceſſam ex vi *Trid. c.* 6. *ſeſſ.* 24. *de reform. fauet Aloyſ. Ricc. collectanearum par.* 7. *collect.* 2887.

4 Epiſcopus non poteſt delegare laico cauſas criminales clericorum; nec clerico coniugato, nec clerico ſimul cum laico. *Iul. Clar. pract. crimin. §. fin. quæſt.* 41. *verſ. Quæro nunquid &c.* Poterit tamen tales cauſas delegare laico, ſi non adſit clericus ſufficiens, cui poſſit illas delegare, vel ſi pro delicto eſſet inferenda pœna ſanguinis, vel ſi cauſa eſſet merè ciuilis. *Barboſ.* vbi ſupra. *par.* 3. *allegat.* 108. *nu.* 5. *&* 7.

5 Epiſcopus impetratus Iudex delegatus a ſubdito ſuo contra non ſubditum, poteſt recuſari vt ſuſpectus; quia præſumitur habere affectum ad cauſam ſubditi. *Abb. in cap. accedens. il primo. vt lit. non conteſt. num.* 21. *verſ. ſed quando impetratur. Felin. ibid. nu.* 8.

6 Delegationem cauſæ impetrans a Papa poteſt re integra ei renunciare, & agere ca u-

re cauſam coram primo Iudice. *Nauarr. conſ.1. de offic. & poteſt. Iud. deleg. num. 2. par.1. lib.1. ed.2.*

7 Si duo ſint officiales Epiſcopi, & delegatio fiat ſimpliciter, & alter ex illis ſit principalior, illi ſoli cenſetur commiſſio facta; &, ſi vterque eſt æquè principalis, erit Iudex, quem elegerit actor; quod ſi partes diſcordant, recurrendum eſt ad delegantem, vt declaret, quem elegerit. At in commiſsionibus non contentioſis, & quæ inter partes non agitantur, erit Iudex ille, cui reſcriptum fuerit præſentatũ. *Sanchez lib.8. de matrim. diſp. 27. num. 36. & 37.*

8 Delegatio commiſſa Vicario, ſeù officiali Epiſcopi, non poteſt expediri per eum, qui fuerit ſpecialiter electus ab Epiſcopo tantummodo ad expediendas diſpenſationes, ſeù commiſsiones Pontificias. *Sanchez. ſup. num. 42.*

9 Delegatio facta Vicario, ſeù officiali Epiſcopi, expediri poteſt per ſucceſſorem remoto primo ab officio. *Bonacin. in tractat. de legib. diſp. 1. quaſt. 3. punct. 8. §. 1. propoſ. 5. nu. 5. tom. 2.*

10 Delegatio facta ſub nomine dignitatis tranſit in ſucceſſorem; dignitas enim numquam perit. *gloſ. in cap. quoniam Abbas de offic. deleg. Menoch. de arb. iud. lib. 1. quaſt. 68. num. 21.*

Delegatus Apoſtolicus, vide Benedictio n.5. Legatus n.2. cum ſeqq.

1 EPiſcopus virtute Concilij Trid. procedit vti delegatus Apoſtolicus contra Abbates negligentes in habenda lectione ſacræ ſcripturæ in eorum Monaſterijs *Trid. c. 1. verſ. Qua in re. de reform. ſeſſ. 5.*

2 Contra Prædicatores, errores, aut ſcandala diſſeminantes in populum, etiamſi in monaſterijs ſuorum, aut aliorum ordinum prædicent *cap. 2. verſ. ſi verò quod abſit. ſeſſ. 5. de Reform.*

3 Ne parochiales eccleſiæ, aut alia beneficia perſonalem reſidentiam requirentia, ſuis debitis defraudentur obſequijs, indultis, & diſpenſationibus de non reſidendo minimè obſtantibus *cap. 2. ſeſſ. 6. de Reform. & ſeſſ. 7. c. 1. & 7.*

4 Contra Regulares extra monaſteria degentes; Si delinquant, *ead. ſeſſ. 6. c. 3. de reform.*

5 Poteſt viſitare, corrigere, & emendare Capitula Cathedralium toties, quoties opus fuerit. *ead. ſeſſ. 6. c. 4. & ſeſſ. 25. cap. 6. in princ. de Reform.*

6 Poteſt cognoſcere de ciuilibus cauſis mercedum, & miſerabilium perſonarum contra clericos ſeculares, & Regulares extra Monaſteria degentes quomodolibet exemptos *c. 14. ſeſſ. 7. de Reform.*

Poteſt

7 Poteſt cognoſcere de ſubreptione, & obreptione gratiarum Apoſtolicarum. *c. 5. ſeſſ. 13. de Reform.*

8 Conſtituere diſtributiones quotidianas in Collegiatis, vbi non ſunt, *cap. 3. ſeſſ. 21. de reform.*

9 Erigere nouas Parochias, & cogere Rectores Eccleſiarum ad ſibi adiungẽdos alios Sacerdotes, ſi populi numeroſitas id exigat *c. 4. ſeſſ. 21. de Reform.*

10 Beneficiorum vniones facere propter eorum paupertatem *c. 13. ſeſſ. 24. de Refor.*

11 Illiteratis, & imperitis, ſi aliàs honeſtæ vitæ ſint, coadiutores, ac Vicarios ad tempus deputare: &, ſi ſint incorrigibiles, punire, & beneficijs priuare. *c. 6. ſeſſ. 21. de reform.*

12 Transferre beneficia ſimplicia etiam Iuriſpatronatus in Eccleſijs, quæ vetuſtate, vel aliàs collapſæ ſunt, nec poſſunt reſarciri, in alias Eccleſias, vocatis ijs, quorum intereſt. *c. 7. ſeſſ. 21. de reform.*

13 Viſitare hoſpitalia, & alia pia loca, & eorum inſtituta exequi facere. *c. 8. ſeſſ. 22. de reform.*

14 Viſitare ſingulis annis commendata Monaſteria, in quibus non viget regularis obſeruantia. At in quibus viget, viſitare præuia monitione ſuperioribus facta, ſi infra ſex menſes ipſi non viſitauerint. *c. 8. ſeſſ. 21. & cap. ſeptimo. ſeſſ. 8. de reformat. c. 20. ſeſſ. 25. de regular. & monial.*

15 Viſitare Eccleſias, quæ in nullius

Diœceſi ſunt, ſi ipſius Cathedralis ſit illis proximior. *c.9.ſeſſ.24.de reform.*

16 Prohibere, corrigere, ſtatuere, & prouidere omnia, quæ ad auaritiam, & ad irreuerentiam ſpectant in miſſis celebrandis, In Decreto *de obſeruandis, & euit.in celebr.Miſſ.ſeſſ.22.*

17 Animaduertere in Notarios malè officiũ ſuum exercentes, *ex c.10.ſeſſ.22.de reformat.* & infra dicetur *verbo Notarius num. 1.*

18 In omnibus ijs, quæ ad viſitationem, & morum correptionem ſubditorum ſuorum ſpectant, omnimodam poteſtatem exercere. *cap.10.ſeſſ.24 de reform.*

19 Procedere contra Protonotarios, Comites Palatinos, Cappellanos Regios, & alios priuilegiatos, exceptis ijs, qui hoſpitalibus, Monaſterij, & militijs priuilegiatis actu ſeruiunt, & intra eorum ſepta, & domos reſident, ſubque eorum obedientia viuunt. *cap. 11. ſeſſ.24. cap. 3. ſeſſ. 6.cap.4. ſeſſ.14.de reform.*

20 Cognoſcere de electionibus, præſentationibus, nominationibus, inſtitutionibus, collationibus. & poſſeſſionum, ac beneficiorum traditionibus. *cap. 14. ſeſſ. 24. de reform.*

21 Viſitare clauſuram in omnibus monaſterijs Monialium etiam Epiſcopis non ſubiectis. *cap.5.ſeſſ.25. de regular. & monial.*

22 Cogere etiam exemptos ad ſoluendum

dum

dum legata pia. *c. 8. ſeſſ. 22. de reform.*

23 In aliquo euentu procedere contra Regulares, qui immediatè ſub Sedis Apoſtolicæ protectione reguntur, nec ſub generalibus Capitulis ſunt redacti. *cap. 8. ſeſſ. 25. de regular. & monial.*

24 Delegatus Eccleſiaſticus nec pro labore poteſt quicquam (etiam denarium) extra exculentum, & poculentum licitè accipere. *Nau. conſ. 21. de reſcript. num. 1. par. 1. lib. 1 ed. 2.*

25 Delegatus qui ſemel abſoluit, ſed inutiliter, iterum poteſt abſoluere. *Vgolin. de offic. & pot. Epiſc. c. 36. §. 1. nu. 2. ed. 2.*

26 Quamuis Ordinarius poſſit delegato, qui non eſt ad vniuerſitatem cauſarum, concedere facultatem ſubdelegandi, non tamen ei concedere poteſt, vt nomine ſuo ſubdeleget, ſic dicens, ſubdelega nomine tuo; poteſtas enim ſubdelegandi nō poteſt fundari in perſona delegati. *ex Felin. in c. ſuper quæſtionum. §. ſi verò nu. 18.* quem refert, & ſequitur *Sanchez de matrim. lib. 3. diſp. 31. nu. 8.*

27 Delegatus Epiſcopi ad aſſiſtendum alicui matrimonio non poteſt ſubdelegare, ſecus ſi ſit delegatus ad aſſiſtendum omnibus matrimonijs Parochiæ, vel tali tempore occurrentibus. *Sanchez ſup. n. 21*

28 Delegati iuriſdictio re integra morte Epiſcopi delegantis, aut alio modo eius ceſſante iuriſdictione expirat, etiamſi ſit data ad eius beneplacitum; ſecus ſi cauſa

iam cepta ſit, vel iuriſdictio data per viam legis, vel ſtatuti. *Syl. verb. Delegatus.q.6.*

Delictum, vide Diſpenſatio nu. 8. Irregularitas nu.1.3. 4.

1 POteſt Epiſcopus punire externum in ſua Diœceſi delinquentem, etiã ſi poſt delictum egreſſus ſit ex ſua Diœceſi, modò ante egreſſionem fuerit legitimè citatus. *Egid.de Coninck de ſacram. & cenſur.tom.2.diſp.13.dub.7.num. 56. & 57. ex c.2.de conſtit. in 6.* videatur *Caſtrenſ. conſ.* 315. præſuppoſita *lib.2.*

2 Epiſcopus non poteſt punire clericũ ſibi ſubditum extra ſuam Diœceſim exiſtentem, niſi in ea delinquat, quantumcunque extra eam delinquat. *c.2. de conſtit.in 6. Egid.Coninck ſup.nu.61.concluſ.6.* Neque ſi delinquat in parochijs exemptis exiſtentibus intra territoriũ ſuæ Diœceſis. *Armill. verbo Excommunicatio n.30. Suar.de legibus lib.3.c.32. nu.9.* Neque illum ad torturam ponere poteſt ex confeſſione delicti facta per eum coram Iudice laico: ſecus ſi coram Iudice Eccleſiaſtico alias non ſuo; quia tunc compelli poteſt, vel excuſare illam confeſſionem, vel perſeuerare in ea per tormenta. *Bernard.Diaz in pract.crim can.c.128. ed. 2. ex Barbatia in cap at ſi clerici de iudicijs col. 14. verſ. Capio nunc.*

3 Epi-

3 Epiſcopus poteſt punire Epiſcopum, vel etiam Archiepiſcopum, cui non ſit ſuffraganeus, quando delinquunt in ſua Diœceſi. *Iul. Clar. in prax. crimin. §. finali. quaſt. 35. num. 14.* vbi teſtatur de communi. videatur *Aloyſ. Ric. in prax. aurea reſol. 211. fine.* vbi oppoſitum tenet.

4 Epiſcopus abſoluit, & diſpenſat ſuper delicto occulto, & irregularitate exinde proueniente, etiamſi ipſum delictum ſit ipſo ſciente, & conſentiente, vel mandante, perpetratum. *Nauar. conſ. 97. n. 12. & 13. de ſimonia. tom. 2. ed. 2. vide Garz. de Benef. par. 7. c. 11. num. 45. 46. & 47.* vbi plures allegat ad diſcernendum, quando in hoc caſu dicatur delictum occultum.

5 Delictum ad forum exterius deductum, ſed non probatum etiam ob malitiam rei, qui medijs illicitis vicit cauſam, dicitur adhuc occultum ad effectum, vt Epiſcopus virtute Conc. Trid. abſoluere, aut diſpenſare poſſit *Suarez. de cenſur. diſp. 41. ſect. 2. num. 6. Sayr. lib. 6. c. 7. nu. 12. Sanchez de Matrim. lib. 8. diſp. 34. nu. 57. Henriquez de irregularitate c. fin. num. 4.* conſule *Nauar. c. 27. ſum. nu. 249.*

6 Epiſcopus non tenetur ſtare proceſſui fabricato per Iudicem laicum ſuper delicto contra delinquentem confugientē ad Eccleſiam. *Aloyſ. Ric. ſup. reſol. 450. num. 3.*

7 Poteſt Epiſcopus abſque legitima, & apparenti cauſa ordinum collationem de-

negare, ſi adſit ſuſpicio, quòd ordinandus ſit poſtea commiſſurus delictum. *Aloyſ. Ric. in praxi fori eccleſ. reſol. 587. fine.*

8 Si quis, dum priuilegio clericali gaudet, delictum committat, ac poſtea ducta vxore illud amittat; tamen de delicto cõmiſſo ab Eccleſiaſtico, non ſeculari Iudice iudicandus eſt; inſpicitur enim tempus delicti. Colligitur *ex l. 1. ff. de pœnis*. & *Couar. practicar. quæſtionum cap. 31. nu. 8.*

9 Qui delictum ſub excommunicatione prohibitum facit eo tempore, quo Superior, qui tulerat excommunicationem, erat excommunicatus, & denunciatus, non incurrit excommunicationem. *Suar. de cenſur. diſp. 3. ſect. 4. num. 13. Filiucius quæſt. moral. tract. 11. cap. 3. quæſito 9. nu. 70.*

Denunciatio, vide Hæreſis. num. 5.

1 EPiſcopus non poteſt in viſitatione facere Edictum contra nominatã perſonam, nempe vt, quicunqne aliquid ſcit contra Rectorem Eccleſiæ, denunciet *Genuen. in Prax. Archiep. Neap. cap. 21. dub. 9. num. 8.*

2 Qui crimen fratris occultum Reipub. ſpecialiter non pernicioſum, vt ſodomiam, ſimplicem, blaſphemiam &c. per ſe ſolus corrigere poteſt, peccat contra charitatis ordinem a Chriſto traditum Matth. 18. ſi

Pre-

Prælato etiam, vt ſingularis perſona eſt, denuntiet. *D.Thom.in quodlib.11.ar.13.*

3 Si denunciatio ob aliquam cauſam, illicita ſit, vtpotè contra charitatem, vel ordinem a Chriſto traditum, non debet fieri, etiam accedente Prælati præcepto. *D.Thom.2.2.quæſt.33.art.7. ad 5. Sanchez lib.3.de matrim.diſp.13.*

4 Denunciare furta iubens Epiſcopus per monitorium, non ligat ſcientem probare non valentem: at ſi mandet, vt, quod quiſque ſcit, tanquam teſtis reuelet, ligatur, qui ſcit, etiamſi non poſſit probare, partemque furti habuerit: modò iuſtus metus, vel aliquod priuilegium cognationis, vel aliud non excuſet eum a teſtificando *Nau.conſ.2.de teſtib.cog.num.1.par.1.lib.2.ed.2.* Quando autem priuilegiati cogi poſſint ad teſtificandum, docet idem *Nau.cap.25.ſumma, num.49.*

5 Denunciari poſſunt ante fraternam correctionem crimina infectiua aliorum, vt hæreſis, & fornicatio; modò non ſperetur emendatio. *D.Thom.in 4.diſt.19.quæſt.2.ar.3.ad 2.* Poſſunt inſuper denunciari ob bonum publicum ij, qui iam quoad ſe ſunt correcti. *Sylueſt. verbo Accuſatio, quæſt.9.*

Denun-

Denunciatio matrimonialis.

1 ARchiepiſcopus in ſuffraganei Epiſcopatu denunciationes matrimoniales remittere non poteſt. *Barboſa de pot. Epiſc. par. 2. alleg. 32. nu. 34.*

2 Epiſcopus non poteſt facere, vt denunciationes matrimoniales fiant diebus feriatis, *Genuen. in prax. Archiep. Cur. Neap. cap. 26. num. 10.* poteſt tamen illas his diebus admittere, ſi coram ingenti hominum multitudine fiant, etiamſi extra Eccleſiam *Sanchez lib. 3. de matrim. diſp. 6. nu. 9.* & *10.*

3 Epiſcopus virtute *Conc. Trid. ſeſſ. 24. cap. 1. de reform. matrim.* diſpenſat in denunciationibus matrimonij vt omittantur tres, vel aliquæ illarum ante, & poſt matrimonium *Filliuc. tom. 1. quæſt. moral. tract. 10. par. 1. cap. 5. nu. 173.* At lethaliter peccat, ſi abſque legitima cauſa diſpenſet. *Sanchez ſup. diſp. 8. num. 2.* Cauſa verò iuſta, vt Epiſcopus diſpenſet, non ſolùm eſt ſuſpicio malitioſi impedimenti, ſed ſunt aliæ multæ arbitrio ipſius Epiſcopi v. g. contrahentium pudor, aut verecundia orta ex diſparitate nobilitatis, ætatis, vel diuitiarum, vel quando ambo ſunt ſenes. Item quando eſt infamia concubinarij existimati coniugati. Si ſint Magnates, Appropinquitas temporis, quo benedictiones interdicuntur, & eſt periculum conſumandi matrimonium ante illas, vel fornica-

nicationis ante contractum matrimoniũ. Repentinus caſus contrahendi matrimonium, vt ſi duo eſſent plectendi, quia concubinarij, vel quando duo volunt in articulo mortis contrahere ad legitimandam prolem. *Sanchez. ſup. diſput.* 9. per totam vbi pluribus.

4 Epiſcopus negans diſpenſationem in denunciationibus exiſtente cauſa iuſta, quandoque peccat, quandoque autem minimè: tamen tenetur, quando ſcandalum ſequitur, vel datur ſuſpicio malitioſi impedimenti, vel expedit valde ad bonum animæ, aut corporis. ſecus quando nullũ publicum, aut priuatum notabile damnũ ſequitur. *Sanchez ſup. illo lib.* 3. *tot. diſp.* 10.

5 Si Epiſcopi conſenſus expectari nequeat. v. g. ſi quis morti vicinus cum concubina contrahere velit, vt ſecuriori animo decedat, proles legitimetur &c. debet Parochus in tali caſu, ſponſos matrimonio iungere ſine denunciationibus. *Soto in* 4. *diſt.* 28. *quæſt.* 1. *art.* 2. *concluſ.* 3. *Rodriq. par.* 1. *ſumm. cap.* 215. *concluſ.* 1. *editione* 2. *Sanchez dicta diſputatione*. 10. *num.* 27.

Depoſitio, vide Coadiutor n. 5.

1 DEponere Epiſcopos, ſolùm ad Romanum Pontificem ſpectat. *Innoc. in c. quod translationem, & ibi gloſ. verbo reſeruata. de offic. delegat. Barboſ. de*

pot.

pot. Epiſcopi. par. 3. alleg. 112. num. 8. Auila de cenſur. par. 4. diſp. vnica. dub. 2. concluſ. 1. Ad eundem Romanum Pontificem ſpectat examinatio cauſæ dignæ depoſitione, vt hęreſis, & aliorum maiorum criminum. *Nau. conſ. 2. de foro compet. num. 5. par. 1. lib. 2. ed. 2.*

2 Ad deponendum Epiſcopum, ſeptuaginta duorum teſtium numerus eſt neceſſarius. *can. cum Præſul cum ſeq. 2. q. 4. Barboſ. ſup. num.* 11.

3 Epiſcopus non conſecratus, licet non poſſit actualiter procedere contra clericũ pro crimine, illum deponendo, vel degradando; poteſt tamen per ſententiam verbaliter deponere, ſiue deponendum pronunciare *Aloy. Ric. in prax. aurea fori eccleſiaſtici reſol. 180.*

4 Nemo per Iudicem Eccleſiaſticum deponi debet, niſi in caſibus à iure expreſſis, vel in illis tantùm, in quibus ius ciuile imponit pœnam mortis. *Felin. in cap. qualiter il 2. de Accuſat. num. 25.* Alij, inter quos *Menoch. de arbitr. iud. lib. 2. centur. 5. caſu 415.* tenent arbitrarium eſſe Iudici, quando debeat hanc pœnam infligere, cum hoc tempore pęnæ omnes ſint arbitrariæ Iudici, vt per *Couar. lib. 2. var. reſol. cap. 9. num.* 8. Ad hæc omnia videatur *Diaz in pract. can. criminali c. 138. ed. vlt. & Sayr. de Cenſur. lib. 5. cap. 21. per totum*, vbi de his fuſius.

5 Non eſt per Epiſcopum deponendus reus

reus ob crimen quamuis maximum, niſi ſit incorrigibilis. Dicitur autem incorrigibilis, primò ſi reuertitur ad priora delicta, & in eis, vel ſimilibus perſeuerat. Secundò, ſi ter monitus, ab ijſdem delictis non deſiſtat. Tertiò, ſi aſſignatum locum pœnitentiæ deſerat fugiendo. Quartò, ſi ex ipſius confeſſione appareat, eum eſſe incorrigibilem, quia fortè non oſtendit ſe pœnitere de delicto, ſed potius dolere, quod non fuerit perfectius perpetratum *Sayr. ſup.num. 36.37.& 38.*

6 Epiſcopus poteſt diſpenſare cum depoſito a ſe verbaliter tantùm, ob crimina, in quibus licet ei diſpenſare. *cap.at ſi clerici. §.de adulterijs.de iudicijs.* & ibi *Abb. & Felin.Nau.conſ.3.de iudici.num.1.par.1. lib.2.ed.2.*

7 Quod ſi depoſitus ab officio abſque diſpenſatione celebrare præſumpſerit, priuatur participatione Corporis, & ſanguinis Domini, & permanet in hac excommunicatione vſque ad diem vltimum; vt viaticum tantummodo exitus ſui tempore percipiat. *can. accedens 50.diſt.* ibique notat Præpoſit.

8 Ad depoſitionem Presbyteri non ſemper requiritur dolus; ſed ſufficit quandoque nimia deſipientia, aut craſſa, ſeù ſupina ignorantia. *Abb.in cap.fin. de celeb. Miſſ. num.3.* vbi per illum textum probat, ſupinam ignorantiam æquiparari dolo ad depoſitionem faciendam; quod tanquam ſingu-

ſingulare dictum menti tenendum eſſe ait.

9 Depoſito verbaliter a beneficio ſunt per Epiſcopum aſſignandæ expenſæ, ne egeat; tenetur enim clericaliter viuere, ſiquidem retinet priuilegium fori. *gloſ. in can. dudum. 89. diſt. Felin. in cap. ex parte. de accuſat.* tenetur inſuper recitare horas canonicas, iuxta dicta ſupra verbo *Degradatio*.

10 Quando ius imponit pœnam depoſitionis intelligitur de verbali. *Auila de cenſur. par. 4. diſp. vnica dub. 3. concluſ. 2.*

11 Geſta per Prælatum depoſitum non valent, etiamſi ignorabat depoſitionem, ſi depoſitionis ſententia eſt ſpecialis, & certa, ſecus ſi eſt lata in genere. *Felin. cap. ex parte Decani de reſcript. num. 21.*

Dignitas, vide Doctor num. 7. Epiſcopus num. 5. 23.

1 Epiſcopatus non dignitas, ſed dignitatum culmen eſſe dicitur. *gloſ. in cap. 2. verbo Dignitatum de praben. in 6. & in c. quia periculoſum. verbo de Epiſcopis. de ſent. excom. eod. lib. 6.* ſecus in comparatione ad Cardinalatum. *Melch. Lotter. tom. 1. de re beneficiaria lib. 1. quaſt. 8. n. 81.*

2 Minorem dignitatem non poteſt Epiſcopus obtinere, non quia non ſit dignus, ſed quia non decet in vilipendium dignitatis Epiſcopalis. *Feder. de Senis conſ. 30.*

col.

col.pen.ver. & *eſt ſimile quod dicimus*. videatur *Nau.conſ.14.de elect.num.2.par.1. lib.1.ed. 2.* vbi ob id docet, non licere ab Archiepiſcopatu deſcendere ad Epiſcopatum.

3 Epiſcopus dicitur illuſtris, & æquiparatur Præfecto Prætorio, & habet maiorem dignitatem, quàm habeat quicunque Prætor Ciuitatis. *Angel. conſ. 276. Punctus talis eſt, ſtatuto Ciuitatis.*

4 In reſeruatione dignitatum ſimpliciter facta, non venit Epiſcopalis, quia eſt culmen dignitatis; & ſimiliter ſi fiat mētio de dignitate Epiſcopali, non extenditur ad Archiepiſcopalem. *Abb.in c.cum Vintorienſis Eccleſia num.8.de electio.* ſecus in materia fauorabili, *Barboſ.de pot. Epiſcop. par.2.alleg.1.num.16.*

5 Pater habens filium Epiſcopum, ob eius dignitatem gaudet prærogatiua nobilitatis, vt non reputetur plebeius, nihil obſtante quod nobilitas deſcendit de maioribus ad deſcendentes, non autem aſcendat de filijs ad Patrem; vnde ſi delinquat, quamuis plebeius, pœna nobilium puniendus venit. *Aloyſ. Ric. in prax. for.eccleſ.reſol.647.*

6 Epiſcopi vbique ſeruent ſuam dignitatem, & non ſeruiant, nec locum cedāt ſecularibus; eoſque Principes, ac alij paterno honore, ac debita reuerentia proſequantur. *Trid.ſeſſ.25.de reform.c.17.*

7 Dignitates obtinentes præſertim in Eccle-

Eccleſijs Cathedralibus Epiſcopo ſolemniter celebranti aſſiſtere tenentur. *Barboſ.ſup.par.3.alleg.53.num.128.*

8 Epiſcopus poteſt diſpenſare in promotione ad dignitatem ſine cura cum eo, qui compleuit vigeſimum annum. *c. permittimus. de ætat. & qualit. in 6. Sylu. verbo dignitas quæſt.3.num.6.*

9 Dignitatis alicuius ſuppreſſio, vel extinctio non poteſt fieri ab Epiſcopo ex cauſa cum conſenſu Capituli, quando bona Epiſcopi, & Capituli ſunt communia; nec etiam ſi id cederet in vtilitatem Capituli. *Barboſ.ſup.d.par.3.alleg.67.n.9.*

10 Epiſcopi ex Religionibus aſſumpti, ſi ad eas redierint, dignitates & officia illarum obtinere prohibentur, & eligentes eos ſcienter, iure eligendi, ac voce actiua & paſſiua priuantur. *Ex Conſtit. 21. Pauli IV.incip. In Sacra* regiſtrata in Bull. vlt. edit. pag. 742. tom.1.

Dimiſſoriæ, vide Commendatitiæ litteræ num. 2. Ordo num. 3. Peregrinus num. 3. Priuilegium num. 3. Suſpenſio num. 1.

1 DImiſſorias litteras dare ad Epiſcopum Diœceſanum pertinet; & propterea neque Abbates neque alij exėpti, aut Collegia, vel Capitula quæcunque illas dare poſſunt; ſed Epiſcopus intra cuius Diœceſis fines eorum loca exi-

ſtunt

ſtunt, illas concedit. *Trid. ſeſſ. 23. de reform. cap. 10.* Capitulum verò Sede Epiſcopali vacante poſt annum, aut ſi quis ob beneficium arctatus fuerit ordinari, illas dare poteſt. *Trid. ſeſſ. 7. de reform. c. 10.*

2 Dimiſſoriæ litteræ validæ ſunt etiam mortuo Epiſcopo. *Sà in Aphor. verbo Dimiſſoria num. 1. vide per Rebuff. in prax. benef. de formul. dimiſſ. à num. 39.*

3 Epiſcopus in caſibus, in quibus poteſt ordinare familiarem, poteſt & illi dimiſſorias concedere. *Barboſ. de pot. Epiſc. par. 2. alleg. 5. nu. 16.*

4 Poteſt Epiſcopus abſens a ſua Diœceſi ſuis ſubditis dimiſſorias concedere. *Barboſ. ibid. alleg. 7. num. 29.*

5 Si Epiſcopus ordinat ſubditum alterius Epiſcopi ſub probabili, ac prudenti ſpe ratihabitionis eius, probabile eſt ratihabitionem illam habere vim dimiſſorialium. *Suar. de cenſur. diſp. 31. ſect. 1. num. 17.* Fauet *Azor. inſtit. mor. par. 2. lib. 3. c. 48. q. 4. & Maiolus de irregular. lib. 1. cap 10. num. 1.*

6 Prima tonſura ſine litteris dimiſſorijs a non ſuo Epiſcopo ſuſcepta, non prodeſt; vnde is, qui ſuſcepit, nec poteſt ad vlteriores gradus promoueri, nec eſt capax beneficij, nec gaudet priuilegio fori, vel canonis. *Azor. ſup. cap. 49. quæſt.* 4 Cautela eſt impetrare perinde valere, vt apud *Rebuff. ſupra tit. de litteris dimiſſ. num. 5.*

7 Suſpenſus eſt ter, qui ſine dimiſſorijs

Ordi-

Ordinarij tres accipit ordines ſacros. *Nau. conſ.7.de corp.vitiat.num.1.& 2.par.1.lib. 1.ed.2.*

8 Suſpenſio, quam quis contraxit recipiendo ordines ſine litteris dimiſſorijs, poteſt ab Epiſcopo auferri virtute *Trid. ſeſſ. 24.cap.6.* modo delictum ſit occultum. *Sayr. de cenſur. lib.7. c.10. num. 36. Quaranta in comp.Bullarij verbo Ordo verſ.Secundò limita, & verſ.Tertius caſus.*

9 Qui obtinet reſcriptum a Sede Apoſtolica, quo recipere poſſit ordines a quolibet Epiſcopo, non indiget nouis litteris dimiſſorijs; indiget verò teſtimonialibus proprij Ordinarij de vita, & moribus; alioquin ſi abſque dictis litteris teſtimonialibus ad ordines promoueatur, remanet ſuſpenſus ab executione ſuſceptorum Ordinum, & ordinans incurrit ſuſpẽſionem a collatione Ordinum per annum *Toled.lib.1.ſum.c.49.nu.4.*

10 Dimiſſorias ad ordines ſuſcipiendos qui data pecunia ab Epiſcopo impetrat, & ordinatur, & ſi attento ſolo iure naturali, & diuino non dicatur ſimoniacus in ordine: attento tamen iure Pontificio erit talis. *Nau.conſ.67.de ſimon.nu.1. & 2.par. 2.lib.5.ed.2.*

11 Non cenſetur Epiſcopus reuocaſſe dimiſſorias ex eo, quod poſtea dixerit ordinando, ne ab alio ordinaretur, quia ipſe volebat ordinationes tenere, & eum ordinare, *Nau.conſ. 34.de temp ordinand. nu.1.*

num. 1. & 3. par. 1. lib. 1. ed. 2.

12 Clerici abſque dimiſſorijs proprij Epiſcopi ordinari poſſunt a proximiori Epiſcopo, ſi Epiſcopus proprius fuerit ſuſpenſus; eo quod alienos ordinauit, & eiuſmodi ſuſpenſio ſiue per facti euidentiam, ſiue per iuris notorietatem fuerit manifeſta. *cap. 2. cum ibi not. per gloſ. in verbo manifeſta. de temp. ordin. in 6. Rebuff. ſupra num. 19.*

Diœceſis Diœceſanus, vide Abbas num. 2. 6. Conſtitutio num. 4. Dimiſſoriæ num. 1. 5. 12. Iuriſdictio num. 4. 5. 7. 8.

1 Episcopus extra ſuam Diœceſim potest conferre beneficia *cap. qua fronte. de appellat. Oldrad. conſ. 73. in princ.*

2 Poteſt à pœna abſoluere ſubditum, *Oldrad. loc. cit. Feder. de Senis conſ. 92. Fratri Rainaldo in fine verſ & eſt ſimile.*

3 Poteſt excommunicare, quia licet nõ valeat proceſſus, tamen valet excommunicatio ex quo conſulitur animæ excommunicati. *Feder. de ſen. conſ. 11. in fine. in additio incip. Sed quod inhabilites. & conſ. 16. Capitulum Eccleſiæ. num. 7. & ſeq. verſ. Ad ſecundum.*

4 Poteſt omnia, quæ non generant alteri præiudicium *Feder. de Sen. d. conſ. 92 in fin. ver. & eſt ſimile.*

5 Po-

5 Poteſt delegare cauſas cognoſcendas in ſua Diœceſi, quia in hoc non requiritur cauſæ cognitio. *Calder. conſ. 468. num. 3. verſ. item Ordinarius. Aliàs 3. qui filij ſint legitimi.*

6 Si fuerit a ſua Sede expulſus, poteſt in locis aliarum Diœceſum ſuis Eccleſijs vicinioribus procedere contra expulſores, conſiliarios, & fautores, & inter ſubditos ius dicere *iuxta clem. vnic. de foro compet.* Quod declara, vt ibi per *Card. Zabar. num. 8.*

7 Eijcientes Epiſcopos, & alios maiores Prælatos ab eorum Diœceſibus, & terris, ſiue in eis temporalem, ſiuè ſpiritualem iuriſdictionem habeant, incidunt in excommunicationem. *can. 11. Bulla Cœnæ*, non tamen ſi ab eorum terris Patrimonialibus. *Leon. Duard. in comm. ad Bull. in Cœna Domini. lib. 2. can. 11. quæſt. 9. nu. 6. & 8.* vbi *nu. 9.* docet ad incurrendā eiuſmodi excommunicationem non eſſe neceſſariam expulſionem, quæ facto fit; ſed ſatis eſſe verbalem, inijciendo metum.

8 Diœceſis tota cum Ciuitate dicitur Parochia reſpectu Epiſcopi, cui animæ Epiſcopatus immediatè ſubſunt; & ad ipſum ſpectat diſpoſitio, & generalis illarum gubernatio; concurritque in cura cum alijs Parochis. *Probus in addit. ad Io. Monachum in cap. 2. de temp. ordin. in 6. num. 9. & 10. quæſt. 1. per totam*; fauet *Genuen. in Prax. Cur. Archiep. Neap. cap. 76. ad finem. ed. 1.*

9 Diœceſanus alicuius, vbi aliud non additur, intelligi debet Diœceſanus domicilij, nam illa propriè intelligitur eſſe Diœceſis alicuius, in qua habet domicilium habitationis: colligitur *ex gloſ. in c. ſtatutum. §. cum verò in verbo vnam dietam. de reſcript. in 6.*

10 Si non apparet, in qua Diœceſi Eccleſia ſit poſita, dicitur pertinere ad illum Epiſcopum, qui probat, ſe aliquod munus Epiſcopale in ea exercuiſſe, licet non omnia, & ſic leuis præſumptio ſufficit, ex quo de iure alterius non apparet. *Abbas conſ. 54. num. 3. in 1. par.*

Diſpenſatio, vide Abbas num. 9. & 14. Adulterium num. 3. Beneficium num. 7. 8. 11. 18. Bigamia num. 3. 4. Clauſula num. 3. Debitum coniugale nu. 2. 3. Delegatio n. 3. Dubium n. 12. 13. Homicidiũ n. 3. 4. 5. 7. 8. Impedimentum n. 1. 3 Irregularitas n. 1. 2. 4. 14. Iuramentum n. 1. 5. Matrimonium n. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 18. Papa n. 2. 5. Simonia nu. 1. 2. 3. Teſtis nu. 10. Votum. nu. 1. 2. 3. 4. 14.

1 EPiſcopus electus, confirmatus, non conſecratus, poteſt diſpenſare, non

abſoluere. *Ex Sac. Congreg. Conc. ad c. 6. ſeſſ. 24. de reform.*

2 Quando Epiſcopus poteſt iure ordinario in aliqua re diſpenſare, vt in voto pœnali caſtitatis, vel non nubendi, quamuis obtenta ſit à Pontifice commiſſio facta Ordinario, vel Confeſſori, vt diſpenſet, poteſt vouens ei renunciare, & adire Epiſcopum, vt poteſtate ordinaria diſpenſet. *Sanc. to. 2. de matr. lib. 8. diſp. 14. nu. 3.*

3 Quoties in iure exprimitur, vt diſpenſari poſſit cum aliquo, & non exprimitur per quem fieri debeat diſpenſatio, cenſetur conceſſa facultas Epiſcopis diſpenſandi in eo caſu, *Toled. lib. 1. ſumm. c. 89. nu. 4.*

4 Cum ſubeſt cauſa rationabilis diſpẽſandi, Prælatus peccat non diſpenſando, ſi poteſt. *Sylu. verbo Diſpenſatio. num. 3 fine.* Diſpenſandi verò cauſa rationabilis quæ ſit, cum iure non ſit terminatum, iudicis arbitrio relicta eſt. *Nau. conſ. 3. de iis, quæ vi. num. 7. par. 1. lib. 1. ed. 2.*

5 Epiſcopus poteſt diſpenſare in iis, in quibus homines ſæpe indigent diſpenſatione, vt ieiuniis, feſtis, & eiuſmodi à iure, ſeù lege Papæ prohibitis non præiudicialibus vniuerſitati, ſeù Eccleſiæ. Ex *eod. Sylu. ibi. num. 7.* Item cum materia eſt leuis. *Sà in Aphor. verbo diſpenſatio nu. 9.*

6 In dubio, an res egeat diſpenſatione, poteſt Epiſcopus declarare non egere; vel ad cautelam diſpenſare iuxta quorundam probabilẽ ſententiam, de qua *Sà ſup. n. 1.*

Epi-

7 Epiſcopus vi Tridentini *d. cap. 6. ſeſſ. 24. de reform.* diſpenſare non poteſt cum infami in foro exteriori, licet iniuſta ſit infamia. *Nauar. conſ. 43. de temp. ordinat. num. 4. par. 1. lib. 1. ed. 2.* Neque cum exteris, qui habitant in ſua Ciuitate, vt ſunt Medici, Prætor, & ſimiles, licet eos abſoluere poſſit in Sacramento Pœnitentiæ, etiamſi commiſerint crimina in alijs Ciuitatibus. *Ex Sacra Congreg. ad d. c. 6.*

8 Propoſitio, quæ habet poſſe Epiſcopum diſpenſare in omnibus, quæ non reperiuntur ipſi prohibita, interpretanda eſt, poſſe diſpenſare tantùm in iure communi, quando vel id ab eo conceditur, vel recepta conſuetudine. *Filiucius tomo 1. moral. q. tract. 11. c. 7. quæſt. 10. nu. 215.* videatur *Azor. inſtit. moral. lib. 5. p. 2. c. 52. q. 3.*

9 Quando Epiſcopo data eſt poteſtas diſpenſandi cum aliquo, illo mortuo manet in Capitulo. *Sà ſup. num. 6.*

10 Diſpenſandi poteſtas Epiſcopo conceſſa, poteſt per ipſum erga ſuos ſubditos extra Diœceſim exerceri. *Suar. tom. 5. de cenſur. diſp. 41. ſect. 2. num. 10.*

11 Epiſcopus diſpenſare poteſt contra ſuam Conſtitutionem, etiam ſine cauſa, niſi tranſierit in priuilegium, vel contractum; vel niſi fuerit iurata. *Sylu. ſup. quæſt. 13. num. 19. Sayr. de cenſur. lib. 6. c. 11. n. 11.* An ſubditus teneatur obedire in id, quod ſine cauſa diſpenſat, *vide in verb. Obedietia num. 2.*

12 Licet Epiſcopus diſpenſare non poſſit ſuperfaciendo, vt ſcilicet aliquid fiat contra canones, niſi ei à iure permittatur; poteſt tamen in eo quod factum eſt, diſpēſare in omnibus caſibus, in quibus ſibi non prohibetur. *Syluest. ſup. quæſt. 4. num. 8. & quæſt. 9. num. 14.*

13 Vbi lex canonica imponit pœnam ipſo iure, non poteſt Epiſcopus diſpenſare, *gloſ. in verbo Ipſo facto in clem. ne in agro. §. 1. de ſtatu monach. Felin. in cap. at ſi clerici. §. de adulterijs. de iudiſs. num. 4. verſ. Fallit primo.*

15 Epiſcopus diſpenſat cum accuſato, inuito etiam accuſatore, vbi ſolùm diſpenſatio venit in præiudicium publicum, non autem alterius priuati. *Felin. ſupra nu. 14.*

16 Diſpenſat inſuper cum accuſatore, qui non probauit, ſi prius peregerit pœnitentiam. *Abb. in d. §. de adulterijs. n. 18. & 19.*

16 Epiſcopus diſpenſat, vt Iudæi habeant nutrices Chriſtianas extra domum. *Felin. d. §. de adulteriis. num. 20.*

17 Licet Epiſcopus non reſtituat famæ, tamen diſpenſando cum clerico infami, venit in conſequentiam abolitio infamiæ. *Abb. in cap. cum te. de ſent. & re iud. Felin. ibi. num. 12.*

18 Si Prælatus ſine cauſæ cognitione, ideoque temerè, & non ſine culpa diſpenſet, ſi tamen re vera iuſta cauſa ſuberat, valida eſt diſpenſatio. *Armill. verbo Diſpenſatio num. 14.*

Di-

19 Diſpenſatio ab Epiſcopo facta ſine cauſa in propria lege, ſeù conſtitutione, valida eſt; modo ex illa conſtitutione non ſit quæſitum ius ſubdito per modum contractus *Sylu. ſup. q. 13. num. 19. Sayr. de cenſur. lib. 6. cap. 11. num. 11. Bonacm. tract. de legib. diſp. 1. quæſt. 2. pun. 3. propoſ. 1. num. 2. tom. 2.*

20 Si Prælatus inferior, dum diſpenſat in lege ſuperioris, probabiliter arbitretur iuſtam adeſſe diſpenſandi cauſam, quamuis eum errare contingat, valet diſpenſatio, ob præſumptam voluntatem ſuperioris, in cuius iure diſpenſatur. *Sanchez lib. 8. de matrim. diſp. 17. n. 8.*

21 Epiſcopus in caſibus, in quibus diſpēſare ſibi conceſſum eſt, verbi gratia in ieiunio, feſtorum obſeruatione &c. commutationem aliquam in aliud pium opus. Verbi gratia, eleemoſynam admiſcere poteſt. *Doctores in c. licet de pœnis, Suar. lib. 6. de legib. cap. 16. num. 4. etſi multi id negent.*

22 Epiſcopus diſpenſandi facultate præditus, confeſſario ſuo committere poteſt, vt ſecum cauſa cognita diſpenſet. idemq. locum habet in abſolutione à peccatis. *Sylu. verb. Confeſſor. 1. quæſt. 9. Sà in Aphor. eod. verb. num. 15. videatur. Suar. loc. cit.*

23 Epiſcopus non poteſt regulariter diſpenſare in criminibus maioribus adulterio; poteſt tamen, quando expreſsè id ei Iure conceditur. *Nau. conſ. 3. de iudiciis.*

 nu. 3.

num.3.par.1. lib.2.ed.2.

24 Credens diſpenſationem ſibi à ſuperiore impertitam, validam eſſe, cum non ſit, in probabili verſatur ignorantia, excuſaturque quouſque ſcientia ſuperueniat. *Nau. conſ. 2. de offic.deleg. nu.2.par.1.lib.1. ed.2. Bonac in ſupra num.8.*

26 Diſpenſatio facta ab Archiepiſcopo ſine cauſa in decretis Concilij Prouincialis, inualida eſt; nam Archiepiſcopus eſt inferior Concilio Prouinciali, cum ab Archiepiſcopo detur appellatio ad Conciliũ Prouinciale. *Bonacin.ſup.nu.4.*

26 Diſpenſatio non impeditur; ſi, dum Papa diſpenſandi facultatem Epiſcopo tribuit, diſpenſandus iterum copulam habet cum ea, pro qua diſpenſatio impetratur. *Bonacin. ſup. quaſt. 1. punc. 5. propoſ. vnica. n.4.*

27 Quando dubium eſt, an ſuperior diſpenſans ſit legitimus, tutus erit tam is cum quo diſpenſatur, quàm ſuperior diſpenſans, ſi ſit in poſſeſſione ſuperioritatis, & ſufficienti oppoſita diligentia non poſſit id dubium vinci. *Sanchez in Decal. tom. 1. lib.4. cap.44. num. 2.*

Diſtri-

Diſtributiones quotidianæ, vide Canonicus à nu.7. Carcer nu. 9. Pœnitentiarius num.7. Seminarium num.5.

1 EPiſcopus,vti delegatus,pro ſuo arbitrio diuidere poteſt diſtributiones aſſignandas ex tertia parte quorumcumque fructuum quorumcumque beneficiorum. Arbitrio eiuſdem applicari poſſunt pijs locis portiones abſentium. *Trid. c. 3. ſeſſ. 22. de Reform.*

2 Non poteſt Epiſcopus vnire dignitatibus Eccleſias parochiales ad augendas diſtributiones, ita Sacra Congregatio Cōcil. *ad d. c. 3. cenſuiſſe fertur.*

3 Item non poteſt Epiſcopus dignitatibus, perſonatibus, & officijs ſtatuere certam officij, & ſeruitij formam præter ſolitum pro lucranda tertia parte præbendæ in diſtributiones conuerſæ. *ex ead. Sac. Cong. ad d. cap. 3.* in reſponſione in vna Abulen. diſtributionum cauſa propoſita.

4 Non licet Epiſcopo aliquo prætextu diſtributiones quotidianas donare, relinquere, aut quauis colluſione remittere alicui, qui vel ab Eccleſiæ ſeruitio abſuerit, vel alio quouis modo diſtributiones legitimè debeat amittere. Ex eadem Sacra Cong. *ad c. 12. ſeſſ. 24. de Reform. & ex*

Couar. lib. 3. var. reſolut. cap. 13. num. 2.

5 Præbendati aſſociantes Epiſcopum ſuum extra Eccleſiam & tempore, quo horæ canonicæ decantantur, non excuſantur, quominus amittant diſtributiones, *cap. de cætero, & c. ad audientiam de cler. non reſid. Gonzal. ad Reg. 8. Cancell. §. 7. Prohem. num. 183.*

6 Canonici, qui adhibentur ab Epiſcopo pro publicandis Indulgentijs, pro eo tempore diſtributiones non amittunt. *Moneta in tract. de Diſtrib. quotid. par. 2. q. 8. num. 16. & 17.*

7 Neque ſi ab Epiſcopo adhibeantur in ſtatuendis illis, quę ad diuerſa officia, & Eccleſiæ miniſtros pertinent. *Moneta. ſup. quaſt 11. num. 41.*

8 Neque, ſi alicui illorum Epiſcopus præcipiat, vt propter euidentem Eccleſiæ neceſſitatem ad Romanam Curiam, vel alibi accedat, *Moneta ibid. num. 39.*

9 Neque, ſi cum Epiſcopo, ſeu eius Vicario generali, aut de illorum alterius mādato Eccleſiam propriam viſitaret. *Moneta ibid. num. 63.*

10 Epiſcopus poteſt ferre legem, ob cuius tranſgreſſionem Canonicus priuetur diſtributionibus. *Bonac. de horis canonicis diſp. 2. quaſt. 7. pun. 2. num. 4. ad fin. primi tomi.*

Diu-

Diuortium.

1 SOlus Iudex Eccleſiaſticus eſt competens ad cognoſcendum de adulterio, vt ratione illius diuortium celebretur. At ad imponendam pœnam ſanguinis ſolùm ſecularis: tamen quoad alias pœnas, eſt mixti fori, & datur locus præuentioni. Cum enim ſit quædam ſacramenti iniuria, non minus pertinet ad Eccleſiaſticum Iudicem, quàm ad ſecularem punire illud. *Sanchez de Matrim. lib. 10. diſp. 8. num. 15. & 16.*

2 Ad diuortium deuenitur. Primò propter adulterium. Secundò propter ſodomiam, vel beſtialitatem. Tertiò quando vnus non poteſt alteri cohabitare ſine graui animi, & corporis periculo, quod meritò virum coſtantem terreat. Quartò quando vnus ob ſæuitiam alterius iuſtè metuit mortem, vel etiam graues valde plagas inferendas, etiam ſi ſua culpa cauſam dediſſet. Quintò quando alter eſt veneficus. Sextò quando vnus nititur alterum pertrahere ad peccatum. Septimò quando alter labitur in hæreſim aut Apoſtaſiam, *Coninck. de Sacram. & cenſur. tit. de Sacram. Matrimon. diſp. 35 dub. 1. & dub. 4. per totum. Ad qua adde Armill. verbo Diuortium nu. 3. & Bonac. infra cit.*

3 Sub mortali tenetur vir innocens facere diuortium. Primò quando per diuortium ſperat emendationem, & fructum.

Secundò quando imminet ſcandalum, vt ipſe exiſtimetur conſcius, & fautor delicti, nec alia ratione poſſit occurrere ſcandalo, quàm per diuortium. *Bonacin. de Matrim. quaſt. 4. punct. 5. propoſ. 1. nu. 13. tom. 1.*

4 Non poteſt vxor adultera à viro apud Iudicem accuſari, nec dimitti. Primò ſi etiam ille conuincitur fornicari. Secundò ſi ipſe proſtituit eam. Tertio quando mulier nupſit credens probabiliter virum ſuum mortuum. Quarto ſi cognita fuit ab aliquo latenter, quem credebat eſſe proprium virum. Quintò ſi fuerit vi oppreſſa abſolutè. Sextò ſi poſt adulterium ſponte reconciliatus, eam carnaliter cognouit, vel eam publicè adulterantem, tenet in conſortium maritale. Septimò in caſu *cap. gaudemus. de Diuort.* Ad hæc videatur *Sylu. ſup. quaſt. 9. num. 12. & Armill. V. Matrimonium num. 73.*

5 Adultera damnata per Iudicem ſecularem, & in pœnam eius incluſa in monaſterio debet redire ad maritum, eam intra biennium repetentem; ſecus ſi per eccleſiaſticum ſententia diuortij ſit lata, quia tunc non tenetur redire ad maritum; nec è contrario maritus ad vxorem. *Nau. conſ. 4. de diuort. num. 1. p. 2. lib. 4. ed. 2. Vide gloſ. in cap. Apoſtolus verbo viro 32. quaſt. 7. & Henriq. lib. 11. de Matrim. cap. 8. num. 13.*

6 Celebrato diuortio auctoritate Iudicis

cis eccleſiaſtici, ratione ſæuitiæ, aut furoris alterius coniugis, licet alteri, aut vtriſque ad Religionem, vel ordines ſacros tranſire, quando ſanus cum illo non poteſt habitare abſque vitæ periculo, & nulla eſt ſpes redeundi ad priſtinam mentem, vel ſaltem ad furorem ſedandum, vt poſſit eſſe tuta cum illo habitatio: Secus quando non deſperatur reditus ad priſtinum ſtatum, & non diffiditur de remedio, *Sanchez ſup. d. lib. 10. diſp. 18. num. 48.*

7 Si in diuortio Eccleſia fuit decepta per falſos teſtes, vel aliter, poterit vir vxorem reuocare, & è contra, non obſtante ordine, vel profeſſione alterius, ſi ad continentiam induci non poſſunt; & tenebitur reddere debitum, non autem exigere propter ordinem, vel profeſſionem. *Armill. V. Diuortium nu. 15. Hoc limitat. Sylu. V. Diuortium q. 21. num. 24.* vt procedat quoad vxorem virum repetentem, non autem, quoad virum ſacro ordine inſignitum, quia (inquit) repetere non poteſt.

8 Si Epiſcopus ſententiam diuortij tulerit, quamuis erroneam inter duos, & alter illorum auctoritate eiuſdem Epiſcopi, & bona fide abſque dolo, & fraude ad ſecunda vota tranſierit, proles ex hoc ſecundo matrimonio ſuſcepta, debet legitima iudicari, *Hoſt. in Sum. de clandeſt. deſponſ. nu. 9. & cæteri in cap. gaudemus de Diuort.*

Doctor, vide Confeſſio num. 3. Dubium nu. 7. Fidei profeſſio num. 2.

1 OPortet Epiſcopum eſſe Doctorem, vt doceat exemplo vitæ, & laboret in verbo, & doctrina, *Ioan. Chryſoſt. homil. 15.*

2 Doctoratus gradum dare poſſe Epiſcopum de iure communi quidam aiunt. alij (& quidem probabilius) negant. *Armill. verbo Epiſcopus num. 26. Sà in Aphor. Verbo docere num 7.*

3 Epiſcopus Doctor præcedit non Doctorem, etiam prius promotum, quando eodem die fuerunt ordinati, non quando diuerſis diebus. *Nau. conſ. 5. de Maior. & obed. num. 4. par. 1. lib. 1. ed. 2.*

4 Si Epiſcopus habet auctoritatem doctorandi ex priuilegio ſpeciali, hæc poteſtas non tranſit ad capitulum; ſi autem a Iure communi, vt tenent aliqui *ſup. n. 2.* tunc ſuccedit. *Armill. verbo. Capitulum num. 9.*

5 Presbyter Doctoratum in Iure ciuili etiam ſine licentia Epiſcopi aſſumens, nullam pœnam incurrit; peccat tamen capiens ſine ſufficienti ſcientia. *Nau. conſ. 2. Ne cler. vel Monach. num. 1. par. 1. lib. 3. ed. 2.*

6 Regularis docturus ſcripturam extra clau-

clauſtrum, prius eſt ab Epiſcopo loci de vita, moribus, & doctrina examinandus, deinde approbandus. *Trid. cap.1. ſeſſ. 25. de Reform.*

7 Presbyter prius ordinatus, præfertur Presbytero poſtea ordinato, licet ſit Doctor; quia Presbyteratus Ordo longè dignior eſt, quàm gradus doctoratus. *Sac. Rit. Congregat. in Mediolanen. 29. Nouemb. 1603. & in Panorm. 15. Maij 1610. & alibi paſſim teſte Barboſa in ſuis Collectaneis Bullarij in verbo Presbyter.*

Domicilium, vide Diœceſis nu.9. Iuriſdictio num. 7. Ordo nu. 7. 18.

1 Epiſcopo loci vbi quis Domicilium contrahit ſubijcitur *c. cum nullus de temp. ordinat. in 6. vbi gloſ.*

2 Sine Epiſcopi licentia, tam quoad temporalia, quàm quoad ſpiritualia poteſt quilibet, ſaltem ſi eſt laicus, de vno Epiſcopatu ad alium transferre domiciliū, & acceptare alibi beneficium. *Abb. in c. fraternitati de Cleric. non reſid. & in cap. fin. de Paroch. num. 2.*

3 Beneficium de reſidentia conſtituit Domicilium, ideò ab Epiſcopo loci, in quo quis illud habet, ordinari poteſt. *Leſſ. de iuſt. & Iur. lib. 2. c. 34. dub. 19. nu. 29.*

4 Si quis in duobus locis viciſſim habitet.

ret, v. g æſtate in vno, hyeme in altero, in vtroque domicilium habebit, ſi animum habuerit ita perpetuò faciendi. *Leſſ. ſup. lib. 4. cap. 2. dub. 7. num. 46. Bonacin. tract. de legib. diſp. 1. q. 1. pun. 6. num. 42. to. 2.*

5 Scholaſtici, etſi non habent domicilium in loco ſtudij, tamen poſſunt ab Epiſcopo loci illius abſolui, & diſpenſari vt ſubditi, non autem ordinari. *Sanchez lib. 3. de matrim. diſp. 23. num. 13. Sà in Aphor. V. Domicilium in fine.*

6 Vnuſquiſque abſolui poteſt a cenſura iure communi lata, & non reſeruata ab Epiſcopo illius diœceſis, in qua habet ſuũ domicilium, non ſolùm ſi delictum in eadem diœceſis commiſit, ſed vbicunque deliquerit, & cenſuram contraxerit, *Suar. tom. 3. de cenſ. diſp. 7. §. ex his ergo.*

7 Domicilium acquiritur per quamcũque modicam manſionem in loco animo ibi perpetuò manendi factam, adeout poſſit ab ordinario loci, vel ab alio de eius licentia ordinari, *Nau. conſ. 2. num. 1. vbi ſupra.*

Donatio, vide Conſenſus num. 2. Negligentia nu. 3.

1 DOnatio iuriſpatronatus facta cũ patrono, valet ſine conſenſu Epiſcopi; nihil enim damni Eccleſia patitur, dum iuſpatronatus transfertur in eum, qui

Eccle-

Eccleſiæ cognitus eſt. *Caputaquen. deciſ. 284. par. 1. ex Lambert. in tract. de Iurepatr. 12. art. 11. q. princ. 2. parti. lib. 1.* Valet etiam ſine Epiſcopi conſenſu, ſi fiat per patronum iuriſpatronatus donatio Eccleſiæ, vel Clerico nomine, & iure Eccleſiæ, cui præeſt, ex communi omnium ſententia in *c. nullus, &c. ex inſinuatione de iurepatronatus*, quam refert, & ſequitur *Azor. Inſtit. Mor. par. 2. lib. 6. cap. 20. q. 3.* At ſi laico donetur, vel etiam Clerico cauſa ipſius, non autem Eccleſię; donatio non valet ſine Epiſcopi conſenſu nè Eccleſiæ iuſpatronatus tranſeat ad hominem ſuſpectum, vel minus gratum Eccleſiæ, *Caputaq. deciſ. 287. & Azor. vbi ſup.*

2 Epiſcopi regulares donando, non comprehenduntur in Bulla *Clem. VIII.* De largitione munerum vtriuſque ſexus Regularibus interdicta, edita de anno 1594. 19. Iulij *Reg. in Bull. vlt. edit. to. 3. pag. 40. num. 28.* quia faciunt donationes de bonis non pertinentibus ad Monaſterium. *Filiuc. Moral. quæſt. tom. 2. tract. 34. c. 3. q. 6. num. 60.*

3 Poteſt Epiſcopus de redditibus ſuo victui ſuperfluis, tam ſanitatis, quàm infirmitatis tempore, nedum modica, ſed etiam magna in pia opera donare; & propterea donatarius mortuo Epiſcopo à Collectore ſpoliorum non eſt moleſtandus, *Nau. conſ. 4. de Donationib. nu. 1. par. 1. ed. 2.* Si verò donet in profanos vſus donatio-

natione non ficta, ſed vera & irreuocabili inter viuos, peccat mortaliter; at nihilominus valida eſt donatio ſaltem in foro conſcientiæ, præſertim ſi traditio facta eſt, ceſſentque omnes aliꝗ præſumptiones quod occultè facta fuerit reuocabiliter. *Lud. Molin. de Iuſt. & Iur. to. 1. diſp. 148. concluſ. 5. vbi concluſ. 2.* hoc idem affirmat ſiuè Epiſcopus donet de redditibus ſibi ſuperfluis, ſiuè de alijs portionibus Epiſcopatus ipſi deputatis. *Conſule Barboſ. de Pot. Epiſc. par. 3. alleg. final. nu. 33. 34. & 35.* vbi de his pluribus.

4 Donari poteſt aliquid Eccleſiæ ſub modo, vt cenſus aliquis etiam annuus retribuatur donanti *can. Eleutherius 18. q. 2. & cap. præterea li. 2. de Iurepat.*

5 Donatio facta Epiſcopatui, non poteſt per Epiſcopum remitti, vel relaxari. *Nauar. conſ. 6. de Iureiur. num. 12. par. 1. lib. 2. ed. 2.*

6 Donatio facta per Epiſcopum de omnibus fructibus collectis, & á ſolo ſeparatis ſpectantibus quomodolibet ad ſuũ Epiſcopatum; non comprꝗhendit illam partem, quæ de iure, vel conſuetudine debetur Eccleſiæ. *Nau. conſ. 3. de Donat. num. 2. & 3. vbi ſup.*

7 Donare ſine inſinuatione rem ſuam quilibet poteſt Eccleſiæ vel ob pias cauſas, quamuis excedat quantitatem quingentorum aureorum à iure ciuili taxatam in *l. penult. C. de donat. Hoſtien. Io. Andr.*

in c. vlt. de ſolut. & alii apud Azor. Inſtit. Moral. p. 2. lib. 9. cap. 10. q. 1. verſ. tertiũ priuilegium.

8 Ad titulum Donationis poteſt quis ordinari, ſi ita Epiſcopus iudicauerit aſſumẽdum pro neceſſitate, vel vtilitate Eccleſiarum, et ſi donatio eſt realiter vera, & non ficta. Quæ deinceps alienari non poſſit abſque Epiſcopi licentia; vel aliunde habeat vnde viuere poſſit. *Garzias de Benef. par. 2. cap. 5. num. 79.*

Dubium, vide Aetas num. 5. 6. Diſpenſatio num. 6. 27. Ieiunium num. 4. 5. Mutilatio num. 4. Percuſſio num. 2.

1 Conſulens de aliquo dubio ſuum ordinarium, vel etiam ſuum Confeſſarium, bona fide credens eos ad id habere ſufficientem ſcientiam, excuſatur, etiamſi non accedat ad doctiores, qui ibi reperiuntur: ſecus ſi ſciat eos eſſe adeo imperitos, vt ſuæ dubitationi neſciant ſatisfacere. *Nauar. conſ. 10. de Pœnit. nu. 3. & ſeq. p. 2. lib. 5. ed. 2.*

2 Si Prælatus aliquid præcipiat, quod ſubditus credit aduerſari legi diuinæ, ſi certus eſt; non tenetur obedire; at ſi eſt dubius, quia ſcilicet non pendet plus notabiliter ad vnam partem, quàm ad aliam, tenetur obedire; quia certus eſt, quod te-

netur

betur obedire, non autem eſt certus quod hoc ſit contra legem Dei. *Sylu. v. Conſcientia quaſt. vltima.* Secus quando ſubditus certus eſt, Prælatum præcipientem etiam dubitare an res pręcepta ſit licita; tunc enim non tenetur obedire, nec obediendo excuſatur etiamſi præceptum ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ imponatur. *Sanchez in Decal. tom. 2. lib. 6. c. 3. num. 21. & 27. ex Soto de ſecret. membr. 3. quaſt. 2. immediatè ante 4. concluſ. fauet Bannes 22. q. 40. ar. 1. dub. 6. concluſ. 3.*

3 Si Epiſcopus, ſiuè quiuis alius dubitet an irregularitatem contraxerit, tenetur de veritate diligenter inquirere, quantum pro loco & tempore commodè poteſt ante quam quidquam agat quod irregulari ſit prohibitum, ſiuè dubium oriatur ex dubio iuris, ſiuè ex dubio facti *cap. illud Dominus de Clerico Excommunic. Coninck. de ſacram. & cenſur. tom. 2. diſp. 18. dub. 2. concluſ. 1. numer. 20. vbi de communi teſtatur.*

4 Quando poſt diligentem inquiſitionẽ (*de qua nu. antec.*) adhuc manet dubium an tali facto ſit in iure ſtatuta irregularitas, qui id commiſit in vtroque foro debet iudicari non eſſe irregularis. *Suar. de cenſur. diſp. 40. ſect. 5. nu. 4. Auila de cenſur. par. 7. diſp. 2. dub. 5. verſ. Quo ſuppoſito. Coninck. ſup. nu. 21. ex c. is qui 15. de ſent. ex commun.* Idemque dicendum eſt in al ijs caſibus præter homicidium quando

dubium

dubium oritur ex dubio facti. *Suar. ſect. 6. circa fin. Coninck. num. 22. & ſeq. & Auila vbi ſup.*

5 In æquali dubio tenetur Iudex ſententiam ferre pro poſſeſſore; & ſi res apud nullum poſſeſſorem inueniatur, diuidenda eſt inter eos, de quibus dubitatur; & ſi dubium non eſt æquale, diuidenda eſt res iuxta dubij proportionem. Et ſi res fuerit indiuidua (vt ſeruus) ſorte alteri applicanda. vel vni res, alteri verò dimidium æſtimationis, *Sanchez de Matrim. lib. 2. diſput. 41. à num. 14. vſque ad 16. incluſiuè.*

6 In dubio, an ex conſilio, vel actione Clerici fuerit homicidium, ſiue aliud delictum ſequutum, præſumendum eſt abſque conſilio alium minimè facturum, niſi oppoſitæ coniecturæ aliud ſuadeant. *Decius in reg. conſilij 47. num. 9. de Reg. Iur. videatur ad idem Couar. Clem. ſi furioſus. 2. par. §. 2. num 1. verſ. in eo verò.*

7 Iudex aut Doctor exiſtentibus varijs opinionibus probabilibus non tenetur fauere poſſidenti: ſolùm enim in dubio eſt melior conditio poſſidentis: hic autem Doctor iam non eſt dubius. ſed probabiliter opinatur. *Sanchez ſup. num. 30.*

8 Dubitans de valore matrimonij bona fide vtriuſque coniugis initi, ſi ſcrupulus eſt ex leui, & temeraria credulitate ortus, poteſt ſcrupulo depoſito conſilio ſui Paſtoris petere, & reddere: ſi ex cauſa proba-

babili, poteſt reddere, ſed non petere; ſi pro certo ſciat impedimentum, reddere non debet, ſed potius excommunicationem pati *cap. inquiſitioni de ſent. excom.*

9 Dubio exiſtente in Iure matrimonij, tutius eſt contra ſtatuta hominum dimittere copulatos, quàm diſiungere coniunctos contra ſtatuta Dei. *c. licet ex quadam de teſtib.*

10 In Dubio de Baptiſmo, Confirmatione, Ordine, aut Conſecratione, putandum deeſſe, niſi dubitetur de mortui Baptiſmo *Sà in Aphor. Ver. Dubium nu. 6.*

11 Subditus morbo laborans, ſi dubitet *an ſit ſibi ieiunium ſeruandum*, an debeat ab eſu carnium abſtinere, officium Eccleſiaſticum perſoluere, miſſam audire, id faciat, quod iuſſerit ſuperior. *Azor. Inſtit. mor. par. 1. lib. 2. cap. 19. q. 9.*

12 Quando eſt dubium, vtrum diſpenſatio per Epiſcopum facta extendatur ad aliquam cauſam, interpretandum eſt, eam non extendi: at ſi eſt dubium, an ipſius poteſtas diſpenſandi extendatur, vt virtute illius poſſit diſpenſari in aliquo caſu, interpretandum eſt extendi. Ratio diſparitatis eſt, quod illa ſtrictam, hæc autem amplam interpretationem ſortiatur. *Sanchez ſup. lib. 8. diſp. 2. nu. 9. Ex Decio in c. at ſi Clerici de Adult.*

13 Dubitans de prima diſpenſatione, valide ſecundam obtinet, etiamſi primæ mentionem non faciat. *Bonac. tract. de legib.*

gib. diſp. 1. *q.* 2. *pun.* 8. *propoſ.* 1. *nu.* 2.

14 Dubitans an verum tacuerit, aut falſum expreſſerit Epiſcopo in obtinenda diſpenſatione voti, poteſt ea vti, *Bonacin. ſup. diſp.* 4. *q.* 2. *pun.* 7. §. 4. *propoſ.* 2. *num.* 36.

15 Quando vacat beneficium circa mediam noctem vltimi diei menſis Apoſtolici, & dubium eſt an ceptus ſit menſis ſequens, qui eſt Epiſcopi, collatio ipſius ad Epiſcopum pertinet; nam in caſu dubij præſumendum eſt pro Epiſcopo, ex quo ad eum ſpectat prouiſio omnium beneficiorum ſuę Diœceſis de iure communi ceſſantibus reſeruationibus *Garzias de Beneſ. par.* 5. *c.* 1. *num.* 528. & alij, quos refert & ſequitur. ibid.

Eccleſia, vide Aedificium num. 1. 2. 3. 6. *Alienatio num.* 1. 2. *cum ſeqq. Arbitrium num.* 8. 9. *Conſecratio num.* 12. 13. 14 *Delegatio num.* 2. *Diœceſis num.* 6. 10. *Interdictum num.* 8. 9. *Pauper num.* 5. *Reconciliatio num.* 1. 2. *cum ſeqq. Vnio num.* 2. *& ſeq.*

1 ECcleſiam ad certum tempus commendatam per Papam, non poteſt Epiſcopus conferre poſt elapſum tempus. *Barb. de pot. Epiſc. par.* 3. *alleg.* 59. *n.* 9.

2 Eccleſia exempta, quæ habet Capel-

las

las, vel Populum non exemptum, tenetur Epiſcopo ad canonicam portionem, de qua ſupra verbo *canonica portio*; ſecus ſi Populus pleno iure, hoc eſt ſi in ſpiritualibus, & temporalibus, eidem Eccleſiæ ſubiectus eſſet. *Innoc. Io. Andreas in c. in noſtro de ſepult. & alij apud Barboſ. vbi ſup. alleg. 80. num. 14. & 15.*

3 Eccleſiæ Cathedralis reparatio ſpectat ad Epiſcopum; si verò magna egeat reparatione, & fructus Epiſcopatus ſint tenues, ſupplet ipſius Eccleſiæ Capitulum. *Fuſcus de Viſitatione lib. 1. c. 10. num. 15.*

4 Epiſcopi, & Clerici, in neceſſitate poſſunt in Eccleſijs conuiuari. *can. Nulli diſt. 42.*

5 Eccleſia ex diuturnitate tẽporis præſumitur ædificata authoritate Epiſcopi: *Maſcard. de Probat. concluſ. 1310. num. 8.* maximè ſi in ea publicè miſſarum ſacrificia fieri ſoleant; vel ſi in ea altare ſit, & campanile & locus Eccleſiæ ſpeciem, & imaginem præſeferat. *Io. Azor. Inſt. Mor. par. 2. lib. 9. cap. 3. q. 9. cum Archid. in c. nemo de conſecr. diſt. 1. Lud. Roman. ſingulari, 320. & alij quos ibi citat.*

6 Epiſcopus hoſpitium ab Eccleſia procul non debet habere, *can. Epiſcopus vilem. diſt. 41.*

7 Epiſcopo ſubſunt omnes Eccleſiæ ſuę diœceſis. *Oldrad. conſ. 274. In cauſa, quæ vertitur* in princ. Habetque intentionem fundatam in illis circa ſpiritualia, non autem

tem

tem circa temporalia. *Zabarell. conſ. 118. in fine ex cap. cum venerabilis in fine, de exception.*

8 Epiſcopus præiudicare poteſt Eccleſiæ in querendis. *Abb. in cap. tua num. 9. de his, quæ fiunt à Pral. ſine conſ. cap. Felin. in c. in præſentia num. 57. de Probat.* vbi de magis communi teſtatur.

9 Eccleſiæ dirutæ materiam, vt lapides, ligna &c. probabile eſt poſſe de Epiſcopi licentia ex cauſa in vſus profanos conuerti *Sà in Aphor. verbo Eccleſia num. 2. Lud. Miranda. tom. 1. Manual. Prælat. q. 34. ar. 1. concluſ. 2. Genuen. in ſua Prax. Archiepiſc. Neap. tit. de prophan. Eccleſ. c. 54. nu. 4.* At vero ſacræ ſtatuæ, & imagines, quarum forma non eſt deſtructa, in alio Templo videntur locandæ.

10 Epiſcopus non poteſt redditus vnius Eccleſiæ pro fabrica deputatos, quatenus abũdantiores videntur, ad alterius pauperioris Eccleſiæ ſubſidium transferre. *Nau. conſ. 15. de reb. Eccleſ. alien. vel non edit. 2. vol. 1.*

11 Si Eccleſia diruta ſit ſine ſpe reædificationis, amittit priuilegia loco ſacro cõceſſa; at ſi in alium locum ſub eodem Patrono, authoritate Epiſcopi transferatur, vna etiam Indulgentiæ eius, & priuilegia omnia transferuntur, *gloſ. ad Reg. 7. de Reg. Iur. in 6. Suar. lib. 8. de legib. cap. 5. in fi.*

12 Quando fieri indecenter aliquid in Eccle-

Eccleſia, ſeu loco ſacro culpa eſt lethalis, Prælatus, & alij, quibus ex officio cura Eccleſiæ incumbit, lethaliter peccant, ſi id non prohibeant, ac impediant dummodò poſſint. *Lud. Mol. de contract. diſp. 344.* circa finem.

Economus, vide Oeconomus.

Edictum, vide Concurſus num. 4. 6. Examen num. 4. Probatio num. 1.

1 Epiſcopi ſuis edictis poſſunt apponere pœnam, vbi Ius non apponit, & augere, vbi apponit *Abb. in cap. licet num. 2. de offic. ordin.* Poſſunt prohibere factum damnatum à Iure ſua certa, & noua pœna. *Abb. in cap. à nobis de ſent. excommun.*

2 Epiſcopi poſſunt condere edicta contra laicos quoad concernentia ſalutem animarum, & prohibere ludos nocte Natiuitatis Domini. Ne accedant ad monaſteria monialium. Vt ſoluant decimas &c. *Ioan. Aloyſ. Ric. in Prax. Aurea for. Eccleſiaſt. reſolut. 206. num. 1.*

3 Epiſcopi contra clericos poſſunt edicta condere, ne accedant ad Tribunalia laicorum *cap. 1. & vlt. de poſtulat.* Ne agant negotia, ſeu procurationes laicorum,

rum, *cap. fin. de vit. & honeſt. cleric.* Ne deferant arma. Ne diſcedant à Diœceſi ſine licentia. Ne cohabitent cum mulieribus ſuſpectis. Ne exerceant aliquam artem ſordidam. Ne peregrinentur. Poteſt denique adiuuare ius canonicum, & imponere pœnam, vbi non eſt, iuxta *Ioan. Andr. Rebuff. & cæteros.* de quibus apud eundem *Io. Aloyſ. d. nu. 1. & verſ. nono poteſt, cum ſequentibus*, vbi de his plenius.

4 Ab edictis Epiſcoporum, ſi nimis breuem dilationem pro qualitate rei agēdæ neceſſariam, vel obſcuritatem, ſiue repugnantiam contineant, appellari poteſt, *Nauar. conſ. 11. de offic. ordin. nu. 1. par. 1. lib. 1. ed. 2.*

5 Non tenetur Epiſcopus proponere edictum publicum per decretum *Trident. cap. 18. ſeſſ. 24. de reformation.* vacante Eccleſia Parochiali, niſi in locis, in quibus Synodus Prouincialis id poſtea ſtatuit, *Nauar. conſ. 4. de praben. num. 2. par. 1. lib. 3. ed. 2.*

6 Edictum debet apponi ab Ordinario loci, vbi exiſtit beneficium Curatum, & ibi examen eſt peragendum, etiamſi ab Ordinario alterius Diœceſis ſit conferendum, *Gonzal. ſuper regul. 8. Cancell. gloſ. 10. num. 31. ex Sacra Congregat. Concil. & Flamin. Pariſ. de reſignat. lib. 5. c. 9. n. 102.*

7 Termino elapſo per edictum ad examen conſtituto, poteſt Epiſcopus re in-

 integra,

tegra, ideſt ante per actum examen admittere ad concurſum al terum ſuperuenientem, licet aduerſarij contradicant, qui comparuerunt in termino, *Garzias de benefic. par. 9. cap. 2. num. 106. ex Sac. Congreg. Concil. Aloyſ. Ric. in prax. for. eccleſ. reſol. 360. fauet Gonzal. gloſ. 9. §. 1. verſ. ſuperaddo num. 115. vbi ſupra.*

Edificium, vide Aedificium.

Electus, vide Regularis.

Electio, vide Concurſus num. 4. 10. Epiſcopus num. 7. 12. Examen nu. 3. Exemptus n. 2. Prædicatio nu. 6.

1 ELectus in Prælatum tenetur electioni ſub mortali conſentire, ſi illi à Superiore præcipitur, aut graue damnum animarum imminet, niſi aſſentiat; vel ſi per viam illicitam refugit, fingendo aliqua, &c. *Armill. in verb. electio num. 37.*

2 Epiſcopus ad animarum curam eligit ex ijs, qui peracto examine idonei iudicati fuerint, quem magis, conſiderata ætate, moribus, ſcientia, prudentia, &c. idoneum putabit, *Trident. ſeſſ. 24. de reformat.*

mat. cap 18. Is verò doctior, & magis idoneus habetur, qui ratione habita beneficij curati,ad quod aſſumitur, vtilior, & aptior eſt, quamuis abſolutè alius eo peritior,& melior inueniatur, *Azor. inſtit. moral. par. 2. lib.6. cap. 15. q. 1. ad finem, vbi q. 3.* ob eandem rationem concludit, præferendum eſſe nobiliorem, ac potentiorem ignobili doctiori, & ſanctiori, ſed minus potenti,vbi Eccleſia protectore indiget, qui eam à chriſtiani nominis hoſtibus defendat, & protegat.

3 Qui in Prælatum Eccleſiaſticum eligit, quem credit eſſe in peccato mortali, peccat mortaliter, *Caietan. in ſumma verbo electio. vide D. Thom. 2. 2. q. 185. art. 3.*

4 Epiſcopus electus, poſt conſenſum electioni præſtitum, confirmationem petere debet infra tres menſes: aliàs electio viribus vacuatur, *c. quam ſit de elect. in6.*

5 Poteſtas eligendi Epiſcopos lege diuina ad Summum Pōtificem ſemper pertinuit, & pertinet; necnon ad illos, quibus ipſe Pontifex permiſerit, *canon. omnes 22. diſt. can. cum longè diſt. 63.*

6 Vt coniugatus,non obſtante *cap. ſanè de conuerſ. coniug.* poſſit eligi in Epiſcopum,eſt neceſſaria profeſſio vxoris in Religione: & non ſufficit eſſe vetulam, & cum caſtitatisvoto in ſeculo manere, *Sanchez. libr. 7. de matrimon. diſput. 41. n. 1. 2. & 3.*

7 Electio promouendorum ad Epiſcopatus, eos omnes, ad quos quacunque ratione ſpectat, aut alioquin in hoc operam ſuam præſtant, obligat ſub mortali, vt de digniori, & vtiliori Eccleſia fiat, *Trident. ſeſſ. 24. de reformat. c. 1. D. Thom. Adrian. Sot. Summiſtæ omnes in verbo electio, & alij*, quos refert, & ſequitur *Azor. inſt. moral. par. 2. lib. 6. cap. 15. q. 1. verſ. altera opinio*.

8 Epiſcopus electus, ſi antequam ſit confirmatus, ſe ingerat in adminiſtrationẽ Epiſcopatus, ſit prorſus inhabilis, itaut ad eundem Epiſcopatum, vel ad alium eligi non poſſit. *Abb. in cap. qualiter de elect. num. 8. Azor. ſupra dicta par. 2. lib. 3. cap. 28. q 14. verſ. quæres præterea*.

9 Eligi non poteſt ad dignitatem Eccleſiaſticam, ſeu beneficium eccleſiaſticum excommunicatus minori excommunicatione, *cap. ſi celebrat de cler. excomm. miniſtr. & ibi Abb.* Redditurque nulla eiuſmodi electio, etiamſi electores ignorabant electum eſſe eiuſmodi excommunicatione irretitum *Gloſ. in d. cap. ſi celebrat. in verb. ſcienter*, quàm eſſe communiter receptam, teſtis eſt *Sayr. de cenſur. lib. 2. cap. 22. nu. 23.* Hæc tamen electio non eſt ipſo iure nulla, ſed per Iudicis ſẽtentiam eſt annullanda, ex magis communi, quam idem *Sayr. dicto num. 23.* refert, & ſequitur contra *Hoſtienſ.* & ſequaces oppoſitum ſentientes.

Elec-

Eleemoſyna, vide Laicus num. 2. Pauper num.4. 11. Prædicatio num. 13.

1 AD locorum ordinarios ſpectat licentiam concedere quæritandi per loca; & dum illam concedunt pro vſu alicuius loci pij, vel operis, debent ad illas colligendas eligere perſonas honeſtæ vitæ, ſpectatæ religionis, non participes dictarum eleemoſynarum, & quæ eo munere citra vllum ſcandalum, vllamque fraudem fungantur; ſed ſimpliciter eleemoſynarum collectores nuncupentur. *Franc. Leo in theſ. for. eccleſ. par. 1. cap.6.nu.30. verſ. quæſtorumque nomen ſub tit. de indulgentijs, Barboſ. de poteſt. epiſc. par. 3. allegat.109.nu.11.*

2 Regulares mendicantes poſſunt per Epiſcopũ ab immoderata exactione eleemoſynæ prohiberi: vel ne exigant eleemoſynas pro conuentu extra Diœceſim exiſtente: & ne exigant, niſi illi, quorum licentias ipſe Epiſcopus prius confirmauerit, *Genuenſ. in ſua prax. Cur. Archiepiſc. Neapol. cap. 59. num. 11. Paul. Piaſec. in ſua prax. epiſc. par. 2. cap. 3. tit. de viſit. regul. num. 47. circa finem.*

3 Licet Regulares ab Epiſcopo prohiberi non poſſint, quominus per ſe ipſos in Diœceſibus, vbi habent conuentus, elee-

moſynas quærant; ſi tamen extra loca, vbi Monaſteria exiſtunt, quæritare voluerint, tenentur ſuorum Superiorum licentiam illi oſtendere; Ita cenſuit Sacra Congregatio Concil. Trident. teſte *Barb. num.* 10. *vbi ſup.*

4 Eleemoſyna ex Epiſcopi licentia pauperi applicari, etiam de conſenſu dãtis, quamuis pauper, pro quo petita eſt, ſit ignarus licentiæ, nec ad inſtantiam eius ſit eleemoſyna petita, *Sanchez tom. 2. Decal. lib. 7. cap. 30. num. 9.*

5 Meretrix admitti poteſt ad elargiendas de turpi lucro eleemoſynas; ſed non ad oblationes ad altare; eſſet enim occaſionem ſcandali præbere populis, eo quod Sacerdotes illarum oblationes recipientes viderẽtur meritricis turpitudinem approbare, *Soto de iuſtit. lib. 9. q. 3. art. 3. ad primum*, vide infra *verbo Iuſpatronatus num. 6.*

6 Grauiter peccant ſeculares, qui, cum poſſint commodè, egentibus non ſubueniunt; ſed grauiùs Epiſcopi, & cæteri eccleſiaſtici, qui ſuperflua honeſtæ ſuſtentationi non dant pauperibus, qui nunquam deſunt, *Sà in Aphor. verb. eleemoſyna num. 3.*

7 Habentes ſuperflua vitæ, & ſtatui nõ tenentur pauperes inquirere, ſed ſufficit, vt animo parati ſint ad eorum neceſſitates eleemoſynis ſubleuandas, dum occurrerint. Secus dicendum eſt de Epiſcopis; ipſi

ipſi enim ſpeciali onere tenentur pauperes inquirere, vt ipſorum ſubleuent indigentiam *D. Thom. Vaſquez, & alij apud Bonacin. tract. de legib. diſput. 3. q. 4. pun. 6. prop. 2. num. 10.*

8 Tẽpore maximæ penuriæ poteſt Epiſcopus, vt exequutor omnium piarum diſpoſitionum, compellere ſubditos diuites ad eleemoſynas elargiendas, *Abb. Imol. & alij in cap. 1. de empt. & vend.* videatur *Caietan. ſup. 2. 2. q. 118. ad art. 3. & 4.*

9 Ordinarij locorum debent dimidiam partem eleemoſynarum pro Chriſti pauperum victu, & veſtitu in Ciuitatibus deſtinatarum, & deſtinãdarum aſſignare Monialibus pauperibus clauſuram ſeruantibus, quouſque eorum Monaſterijs ſit de commoda ſuſtentatione prouiſum; *ex conſtit. 8. Gregor. XIII. §. 3. & 6. regiſtr. in Bullar. vlt. edit. pag. 369. to. 2.* Ad eoſdem Ordinarios ſpectat deſignare perſonas, quæ colligant pro eiuſmodi Monialibus eleemoſynas; *ex conſtit. 8. Pij V. regiſtr. pag. 184. vbi ſupra.*

Epiſcopus, vide Cenſura num. 1. 2. cum ſeqq. Dignitas à num. 1. Prælatus num. 1. 7. Titularis Epiſcopus num. 1.

1 EPiſcopus propriè dicitur, qui eſt conſecratus, & non qui ſolùm

electus, præſentatus, confirmatus, inſtitutus, aut prouiſus; etiamſi iam adeptus ſit poſſeſsionem, *Felin. in cap. eam te de reſcript.* quem refert, & ſequitur *Nau. c. 25. ſum. nu. 67. verſ. octauo quod.*

2 Epiſcopi officio nihil eſt laborioſius, & periculoſius: ſed nihil beatius apud Deum, ſi bene agatur, *canon. ante omnia 40. diſtinct.*

3 Proprium Epiſcopi officium. Primum eſt reſidere, *vt ſupra verb. abſentia.* Secũdum eſt adminiſtrare Sacramentum confirmationis, & ordinis, Tertium eſt cõcionem ad populum habere per ſe ipſum, & non per alium, niſi legitimo teneatur impedimento, *Trid. ſeſſ. 24. cap. 4. de reformat.* Quartum eſt, vt ſingulis annis Synodum Diœceſanum, & quolibet triennio Concilium Prouinciale conuocet, ſi Archiepiſcopi munere fungatur, *Triden. ibidem.* Quintum eſt, vt ſingulis annis viſitet ſuum Epiſcopatum, ſaltem maiorem partem illius, ita vt biennio totum viſitauerit, *Trident. ibidem cap. 3.* Sextum eſt, vt curet teſtamenta adimpleri, & ad ea adimplenda compellat hæredes. Vide infra verb. *teſtamentum.* Septimum eſt, vt bonũ præbeat exemplum, *Trident. ſeſſ. 25. cap. 1. de reformat.* Ad hæc videantur, quæ ſuis locis dicta ſunt, & per *Reginald. in prax. fori pœnit. lib. 20. ſect. 4. à num. 69.* & per *Bonac. to. 2. in tract. de legib. diſp. 6. q. vnica punct. final. propoſ. 1. à nu. 5.* vbi de his fuſius.

Epi-

4 Epiſcopatus poteſt appeti abſque peccato ab illo, qui eo dignus eſt, dummodo principaliter appetatur, vt proſit, licet minus principaliter ob honorem, & fructus eius, *Nau. in miſcell. de oratione 36. & 37. & conſ. 7. n. 7. tit. de ſent. excom. p. 2. ed. 2.*

5 Indignus Epiſcopali dignitate, ſi ad eã ſe promoueri faciat, adeo & taliter delinquit, vt ſecundùm aliquos dignus ſit decapitari, *Gloſ. in l. qui cum vno, verb. temporarium ff. de re militar. relata per Felin. in cap. ſi quando de reſcript. n. 7.*

6 Epiſcopo non ſufficit æqualem cum ſubditis gerere vitam, ſed ſicut eſt honore ſuper illos, ſic & vita debet eſſe præſtantior, *can. nec ſufficere 8. q. 1.*

7 Epiſcopus eligatur legitimus, maturus, grauis, doctus, *Trident. ſeſſ. 7. cap. 1. de reformat.* In ſacro ordine conſtitutus per ſex menſes antea, Doctor, vel Licentiatus in Theologia, vel Iure canonico, *cap. 1. ſeſſ. 22. de reformat.* examine approbatus, *iuxta cap. 1. ſeſſ. 24. de reform.*

8 *Trident. ſeſſ. 13. cap. 1. de reform.* illud primum Epiſcopos admonendos cenſet, vt, ſe Paſtores, non percuſſores eſſe, meminerint, atque ita præeſſe ſibi ſubditis oportere, vt non in eis dominentur, ſed illos tanquam filios, & fratres diligant.

9 Epiſcopi ſunt aſtra Cœli, quorum vita inter peccata hominum quaſi inter noctis tenebras lucet, *D. Gregor. ad Epiſcopum Conſtantinopolitanum.* Sunt oculi

Dei, ideò à ſubditis non ſunt iudicandi, *canon. oues in 6. quaſt. 1.*

10 Epiſcopi modeſta ſuppellectile, menſa, ac frugali victu contenti eſſe debent, *Trident. ſeſſ. 25. cap. 1. de reformat.* Nec in menſa eius debent eſſe fabulæ, ſed lectio ſacræ Scripturæ, *canon. pro reuerentia diſt. 44.* Quot famulos, & equos habere, & alere poſſint, prudentis arbitrio relinquitur, habita ratione loci, temporis, & perſonæ, *Azor. inſtit. moral. par. 2. lib. 6. cap. 10. q. nona*, vbi pluribus ad hæc.

11 Epiſcopatum iniunctum à Superiore per præceptum non licet renuere, nec requiritur, vt is, cui iniungitur, ſciat ſe ſufficientem; ſed ſufficit, quod non conſtet ei de oppoſito, *Armill. verb. Epiſcopus n. 1. vide D. Thom. 2. 2. q. 185. art. 2.*

12 In aſſecutione Epiſcopatus, Canoniſta Theologo præfertur, ſi doctus, & prudens ſit, & vbi hæreſes non pullulant, *Azor. ſupra lib. 3. cap. 28. q. 10.*

13 Non ſunt in Epiſcopos ordinandi ſecularium negotiorum imperiti. Non enim ſolum ſpiritualia, ſed etiam carnalia ſubſidia ſubditis ſuis miniſtrare debent, *canon. Petrus 39. diſt.*

14 Epiſcopus non peccat mortaliter ſi prætendat alium Epiſcopatum pinguiorem, at renuntiare Epiſcopatum, in quo verbo, & exemplo multum proficit, abſq; cauſa non licet. *Emanuel Rodriq. par. 2. ſumm. cap. 10. num. 2. & 3.* & in nullo ca-

ſu poteſt illum relinquere, vel ad alium tranſire ſine conſenſu Summi Pontificis, *canon. non oportet 7. q. 1. cum ſeq. vſque ad fin. quæſtionis.*

15 Nec liceat ei deſerere corporaliter gregem ſuum propter perſecutionem, ſeu aliquod aliud perſonale periculum imminens; vbi ſubditorum ſalus exigit perſonæ Paſtoralis præſentiam, niſi poſſet eis ſufficienter per alium prouidere, *D. Thom. 2.2.q.185. art. 5. in corpore, & opuſcul. 18. c. 19.*

16 Epiſcopatum non eſſe ſacramentum, ſeu ordinem diſtinctum à Sacerdotio, alij aiunt, alij negant, *Filliuc. tom. 1. moral. quæſtion. tractat. 9. cap. 1. quæſt. 9. nu. 12. Nauar. cap. 22. ſummarum 18.*

17 Epiſcopi habeant ſuam iuriſdictionem immediatè à Papa, tanquam à Chriſti Vicario ab eo dependentem, *Soto in 4. diſtin. 20. q. 1. art. 2. col. 4. in fine, & col. 1. poſt med. vſque ad finem:* nec ſuccedunt Apoſtolis, quatenus Apoſtoli, ſed quatenus primi Epiſcopi fuere; *Suar. tom. 4. de pœnit. diſput. 25. ſect. 1. num. 12.*

18 Epiſcopum poſſe in ſua Diœceſi, quidquid Papa in Eccleſia, niſi prohibeatur, exponi debet de his tantùm, quæ ad ordinariam animarum gubernationẽ ſpectant, ac moraliter neceſſaria ſunt. *Vide Sanchez lib. 1. de matrimon. diſput. 61. num. 3. Suarez tom. 5. de cenſur. diſput. 7. ſect. 4. num. 5.*

19 Vt coniugatus poſſit fieri Epiſcopus, ſemper eſt neceſſaria profeſſio vxoris in religione; & non ſufficit eſſe vetulam, & cum caſtitatis voto in ſeculo manere, *Sanchez ſupra lib. 7. diſput. 4. num. 1. 2. & 3.*

20 Epiſcopus tenetur ſuſcipere tutelam minorũ, & miſerabilium perſonarum, non per ſe ipſum, ſed per Archipresbyterum; vel Archidiaconum, *iuxta Sylu. verbo tutela q. 3.* Alij (& quidem probabilius) putant non teneri, ſed poſſe ſuſcipere, ſi velit, modo non ob turpe lucrum, vel alium malum finem. Pro hac opinione conſule *Nauar. conſ. 1. ne cler. vel monach. num. 2. par. 1. lib. 3. ed. 2.*

21 Epiſcopalis noua ſedes poteſt erigi etiam inuito populo, vbi Ciuitas non eſt modica, nec ſubeſt timor, vt dignitas Epiſcopalis vileſcat, *Melchior Lotter. tom. 1. de re benefic. lib. 1. q. 11. nu. 29.*

22 Epiſcopatus datur per ſolam manuũ impoſitionem; etſi quidam putent, & eam, & quod traditur, & vnctionem, eſſe de eſſentia, *Sà in Aphoriſm. verb. ordonum 7. conſule Syluest. verbo ordo 2. nu. 4.*

23 Ciuitas nouiter decorata Epiſcopali dignitate, tenetur dare Epiſcopo palatiũ, ſeu illud ædificare. *Aloyſ. Ricc. in prax. for. eccleſ. reſol. 480.*

Etas, vide Aetas.

Euchariſtia.

1 Licet Epiſcopus non habeat poteſtatem concedendi licentiam, vt Euchariſtiæ Sacramentum in Capellis, & alijs Eccleſijs non parochialibus pro adoratione aſſeruetur; poteſt tamen illam concedere, vt ibi pro infirmis aſſeruetur, *Genuen. in Prax. Cur. Archiep. Neap. c. 92. ed. 1. & cap. 110. ed. 2.*

2 Euchariſtiam in Choro Monialium aſſeruari non licet; poteſt tamen Epiſcopus ex cauſa, (vt in feſto aliquo) permittere illic exponi apertè ad deuotionem illarum, *Sà verb. Euchariſtia num. 35.*

3 Epiſcopus poteſt dare Religioſo licentiam miniſtrandi Euchariſtiam, vel extremam vnctionem parochianis Parochorum Epiſcopo ipſi ſubiectorum, *Nauar. conſ. 14. de clandeſt. deſponſat. nu. 3. par. 2. lib. 4. ed. 2.*

4 Qui in Paſcha habet caſus Epiſcopo reſeruatos, neq poteſt Epiſcopum adire, poteſt abſolui à ceteris, ſi non eſt impeditus excommunicatione aliqua reſeruata, & Euchariſtiam ſumere, abſoluendus poſtea à reſeruatis, cum ei fuerit opportunum, *Sà ſupra num. 13.*

5 Euchariſtia aſſeruari poteſt, & ſolet in

in pixide, quæ non eſt conſecrata, *Azor. inſtit. mor. par. 1. lib. 10. cap. 27. q. 7.*

Examen, vide Approbatio nu. 2. 4. 5. Concurſus nu. 1. 6. 8. Electionum. 2.

1 AB Ordinarijs locorum examinari debent obtinentes beneficia curata ab inferioribus collatoribus: ſecus in beneficijs ſimplicibus ad prædictos collatores inferiores pertinentibus; *ita Sacra Congreg. Concil. ad ſeſſ. 7. cap. 13. cenſuiſſe fertur.*

2 Licet Epiſcopus ſuos ſubditos, non aliter quàm probatos, & examinatos ad alium Epiſcopum ordinandos dimittere habeat, *iuxta Trident. cap. 3. ſeſſ. 23. de reformat.* Nihil tamen obſtat quominus dimiſſi iterum examinari poſſint ab ordinatore, ſi ipſe examinare voluerit: *vide Trident. c. 11. ſeſſ. 7. de reform. & Barb. Piaſec. in prax. Epiſc. par. 1. cap. 1. nu. 12.*

3 Si vota examinatorum ſint paria, vel ſingularia, accedere poteſt Epiſcopus, vel Vicarius, quibus magis videbitur, *Trident. ſeſſ. 24. de reform. cap. 18.*

4 Examen agere, & edicta proponere in vacatione curatæ ſpectat tantum ad Epiſcopum ordinarium, in cuius Diœceſi curata eſt, & non ad alium inferiorem, etiamſi eiuſmodi inferior haberet ius congregandi

gandi Synodum, *ex Sacra Congreg. Concil. ad d. cap. 18. nu. 8.*

5 Epiſcopus examen ſibi à Papa commiſſum, cum clauſula *In quo conſcientiam tuam oneramus &c.* poteſt alteri committere, *Nauar. conſ. 6. de offic. deleg. n. 1. vol. 1. lib. 1. ed. 2.*

6 Non poteſt Epiſcopus ſtatuere, quod nullus admittatur ad cantandum reſponſoria pro defunctis, niſi examinatus fuerit circa cantum; nam ſufficit quilibet cantus, *Genuenſ. in prax. Archiep. Neap. c. 56. num. 5. ed. 1.*

7 Nouus Epiſcopus poteſt examinare Parochos, eiſque tanquam Apoſtolicæ ſedis delegatus dare coadiutorem, quando propter inhabilitatem, & illiteraturam non poſſunt muneri ſuo incumbere, *Trid. ſeſſ. 21. cap. 6. de reform. Io. Aloyſ. Ric. in prax. for. eccl. reſol. 494. num. 1. ſeq.*

8 Examinator promouendorum ad beneficia, qui, vt amico roganti gratificaretur, promouendum in actu examinis alacriorem reddendo iuuit (ſi adiutorium non fuit notabile) in pœnam, *Trident. ſeſſ. 24. cap. 18. §. caueantque de reformat.* non incidit, etiamſi poſtea munuſcula gratis oblata bona fide receperit, *Nauar. conſil. 53. de ſimon. num. 3. par. 2. lib. 5. ed. 2.*

9 Non oportet per Epiſcopum examinari eum, quem ſcit eſſe ſufficientem, *gloſ. in verb. ignota in cap. de Petro diſt. 47.* quod limita vt in *verbo concurſus num. 1.*

Epi-

10 Epiſcopus poteſt examinare quoſcũque Capellanos, Canonicos, & dignitates; volentes animarum curam exercere, & eiſdem inhibere, ne curam exerceant, vel Sacramenta miniſtrent abſque ſua approbatione, non obſtante quauis immemorabili in contrarium; ex Sacra Congregatione Concil. poſita, *contra Nau. in ipſius conſ. 8. de priuil. in fin. par. 2. lib. 5. ed. 2.* vbi ipſe *Nau.* oppoſitum ſentire videtur.

11 Epiſcopus non poteſt examinare promotos à ſuo anteceſſore, niſi poſt promotionem aliqua noua cauſa ſuperuenerit, *cap. accepimus de ætat. & qual. ord. cum ibi notat.*

Excommunicatio, vide Abſentia num. 3. Cenſura num. 7. Citatio num. 3. Collegium num. 5. Conſecratio num. 5. 15. Debitum coniugale num. 1. 4. Diœceſis num. 3. 7. Electio num. 9. Fructus num. 5. Homicidium num. 2. 9. Ignorantia num. 1. 2. 4. Monitio num. 1. cum ſeqq. Obedientia num. 2. Percuſſio nu. 1. 4. 7. 8. 9. Peregrinus num. 4. 5. Pœna num. 13. Regularis nu. 6. 10. Renunciatio nu. 5.

1 EPiſcopi, & alij maiores Prælati cõpræhenduntur ſub generali ſentẽtia excommunicationis, niſi expreſsè excipiantur, etſi ſecus reſpectu ſuſpenſionis, aut interdicti, *Sayr. lib. 4. de cenſuris cap 1. 2. num. 8. Auila de cenſur. 2. par. c. 3. diſp. 3. dub. 1.*

2 Si Epiſcopus fuerit, maiori excommunicatione notatus, & publicè denunciatus, eius Vicarius generalis iuriſdictionem ſuam exercere non poteſt, *Sanchez de matrimon. lib. 3. diſput. 30. Sayr. ſupra lib. 1. cap. 5. num. 37. & lib. 2. cap. 6. nu. 3. & 19.* Quod procedit etiam quoad cauſas antea cæptas, niſi Vicarius aliunde iuriſdictio.

dictionem habeat, *vt per Sanchez loco citato.*

3 Excommunicatio lata ab Epiſcopo excommunicato tolerato, valida eſt: valida item eſt beneficij collatio ab ipſo facta, etiamſi ille, cui fit collatio, ſciat collatorem eſſe excommunicatum toleratū. Poteſt inſuper valide alteri concedere facultatem adminiſtrandi ſacramentum pęnitentiæ, *Bonac.de conſ.diſp.2. q.2. pun.5. nu.4.5. & 6. tom 1.*

4 Excommunicationes pro rebus deperditis inueniendis à nemine prorſus, pręterquam ab Epiſcopo concedi poſſunt, *Trident. ſeſſ. 25.cap.3 de reformat.* Videatur Quaranta *in Summ.Bullar.verb.excommunicatio ad fin. reuel.* in princ. Poterit etiam ipſius Vicarius generalis illas concedere, *Sbroz.de Vicar. Epiſcop.lib.2 q.191. num.2.*

5 Excommunicatio per Epiſcopum lata contrà eos, qui res certæ perſonę abſtulerunt, non ligat eum, qui acum ſartori furatur, quamuis ſartor ob id paſſus ſit notabile damnum; aliud enim eſt furtum instrumenti tam parui momenti; & aliud damnum, quod eius ablatione fit *Nauar. c. 17. ſum. num.4. verſ. tertiò quod.*

6 Excommunicatio impoſita à Concil. Trident. contra vendentes, aut apud ſe retinentes libros ſine Epiſcopi licentia, illi eſt reſeruata, niſi tales libri eſſent hæreticorum, *Barboſ. de poteſt. Epiſc. par. 3. allegat. 90.*

gat. 90. num. 13. vide in verbo libri nu. 1.

7 Epiſcopi communicantes etiam cum excommunicato à ſe, incurrunt minorem excommunicationem; nec poſſunt dare licentiam communicandi alijs fidelibus, *Auila de cenſur. par. 2. diſp. 9. dub. 1.* videatur *Nau. conſ. 46. de ſent. excomm. num. 1. par. 2. ed. 2.*

8 Epiſcopus, vel alius Prælatus exercens iuriſdictionem in ipſius ſubditum in Curia commorantem, excommunicationem contrahit in nono canone bullæ cœnæ contentam, *Leon. Duard. in comm. ad d. Bull. cœn. lib. 2. q. 33. nu. 7.*

9 Epiſcopus omnem Principem excõmunicare poteſt, *can. ſi autem* 11. *q.* 3.

10 Excommunicatio contrahentium matrimonium in gradibus prohibitis non eſt reſeruata Papæ, ſed poteſt Epiſcopus abſoluere, *clem. 1. de conſanguin. & gloſ. penult. ipſius.*

11 Excommunicatio per Epiſcopum generaliter lata contra facientes aliquid, non cenſetur includere niſi illos, qui id faciendo peccant mortaliter. Eſt communis Doctorum ſententia, *per cap. nemo, & c. nullus 11. q. 3.*

12 Inſequentes hoſtiliter Epiſcopũ præ timore fugientem, incurrunt excommunicationem in Bulla cœnæ contentam: at, ſi aggrediantur ſolum locum, in quem Epiſcopus ad ſe defendendum confugit, non incurrunt, quia non dicuntur eum

inſe-

inſequi, *Nauar. conſ. 32. de ſent. excomm. num. 2. par. 2. lib. 5. ed. 2.*

13 Excommunicationes plures incurrit, qui pluries incidit in actum, cui annexa eſt excommunicatio; & ita ligatus ſi celebret, contrahit irregularitatem ex diuerſis cauſis, adeò vt non ſufficiat abſolutio, & diſpenſatio quoad vnam illarum *Nauar. conſ. 16. de cler. excommun. min. num. 1. & 2. par. 2. lib. 5. ed. 2.*

14 Excommunicatio non poteſt per Epiſcopum ſuſpendi; ſed oportet, vt abſolutio interueniat;& ſi ſecus quoad alias cenſuras ſcilicet ſuſpenſionis, & interdicti, *iuxta cap. ad hoc quoniam de appellat. cum ibi notatis ſignanter per Abbat. num. 3. & 4. verſ. tertio dicit.*

15 Epiſcopi licitè poſſunt ferre excommunicationem ob culpas futuras; v.g. excommunicando omnes, qui furantur in locis ſacris; poſſunt & ſub conditione ad cauſam pertinente; vt ſi excommunicent furem, ſi non reſtituat intra menſem, *Coninck de cenſuris diſput, 13. dub. 2. num. 15. & 16.*

16 Qui ſub excommunicationis pœna ipſo facto incurrenda iuſſus eſt ab Epiſcopo aliquid intra certum tempus ſoluere, licèt à peccato, & excommunicatione excuſetur, ſi per impotentiam id non poſſit ſoluere, eandem tamen pœnam excõmunicationis incurrit, ſi poſtea eodem præcepto pendente id non impleat, cum

pri-

primùm implere illud potuit; *Ludou. Molin. de iuſt. & iur. tract. 5. diſp. 45. nu. 4.*

17 Epiſcopi, & alij Iudices fori eccleſiaſtici poſſunt etiam quoad forum exterius communicare cum excommunicato in foro exteriori, abſoluto tamen ab habente poteſtatem in foro interiori; & parte non inſtante, ſeù non querelante poteſt Epiſcopus eiuſmodi abſolutionem acceptare, etiam pro foro exteriori, ſi velit, *Auila de cenſur. par. 2. c. 7. diſput. 3. dub. 12. verſ. ex dictis, Nauar. conſ. 23. de pœnit. & remiſſ. par. 1. lib. 5. ed. 1. Henriqu. in ſumm. lib. 3. de excomm. cap. 27. circa finem.*

18 Excommunicatio in dubio interpretatur ferendæ ſententiæ potius, quàm latæ, *Tiraquell. in l. ſi vnquam in verb. reuertatur num. 246. C. de reuoc. donat.* quem ſequutus *eſt Rota Roman. deciſ. 769. nu. 3. par. 1. in nouiſs.*

19 Excommunicatio per abſolutionem ſublata redit in duobus caſibus. Primus eſt in abſoluto in articulo mortis, qui conualeſcens, nec ſe præſentans ſuperiori, qui eum abſoluere poterat ſanum, reincidit in eandem excommunicationem, quod declara vt *ſup. verbo Abſolutio num. 16.* Secundus eſt in abſoluto à Summo Pontifice, vel Delegato, iniuncto ei hoc præcepto, vt præſentet ſe ordinario, vel alteri ad ſuſcipiendam ab eo pœnitentiam; quod ſi facere renuerit, in eandem reincidet

cen-

cenſuram, *cap. eos qui de ſent. excommun. in 6.*

20 Sacerdos non approbatus, qui ante aduentum Epiſcopi cæpit audire confeſſionem pœnitentis in articulo mortis exiſtentis, poteſt cæptam perficere, & abſolutionem impendere. At ſi pœnitentis peccata haberent annexam excommunicationem eidem Epiſcopo reſeruatam, abſoluere non debet, niſi priùs abſolutio à dicta excommunicatione obtineatur. *Sayr. ſup. lib. 2. cap. 20. num. 27. Sanchez in Decal. tom. 1. lib. 2. cap. 13. num. 15. Bonac. diſp. 1. q. 3. pun. 3. num. 3. verſ. Probabile tamen loc. cit.*

21 Poteſt quis abſolui ab excommunicatione contra eius voluntatem, ſi ſic ſaluti excommunicati, vel vtilitati, ſeù ordinationi eccleſiaſticę expedire videbitur *Abb. in cap. Apoſtolica num. 1. poſt med. de except. Sylu. verbo Abſolutio 3. num. 10. §. ſextum Auila ſup. d. cap. 7. diſp. 2. dub. 2. Valer. Regin. in Prax. pœnit. lib. 9. nu. 36. & 37. Eman. Rodriquez p. 1. ſumm. cap. 83. concluſ. 12. num. 13. conſule Bonac. de cenſur. diſp. 1. quaſt. 3. pun. 4. propoſ. 3. num. 3. tom. 1.*

22 Ad vitandum excommunicatum, non ſatis eſt conſtare quod Epiſcopus illum damnauerit de crimine, cui conſtat eſſe annexam excommunicationem; ſed requiritur vlteriùs vt expreſsè per eum ſit denuntiatus excommunicatus. *Nauar.*

Miſcell.

Miſcell.47. nu.1 & 2. de oratione, & conſ. 12. num.2. de Hæretic. ed. 2. Reginald. lib. 1. num.118. Sanchez cap.9.num.4. vbi ſup. contrà Henriq. lib. 13. de Excommun.c. 5. num.4. & lib. 9. de Miſſa cap.15.num. 4. & Suar. de Cenſur. diſp. 9. ſect. 2. num. 10. ac cæteros aſſerentes ſatis eſſe in hac re conſtare per ſententiam de delicto, cui eſt excommunicatio annexa.

Exemptus, vide Abbas num. 2. 6. 7. 12. Degradatio num. 10. Monaſterium nu.2, Regularis num.1. 6. 7. 9. Religio num.18.

1 EXemptus dicitur, qui non ſubeſt iuriſdictioni Ordinarij: ſolus ergo Papa, vel Legatus de latere poteſt cognoſcere de cauſis contra exemptum, vt notatur *in cap. tranſlationem de offic. deleg. per Angel. verb. exemptus in princ.* & per cæteros Summiſtas *hoc eodem verb.*

2 Epiſcopus exemptus eligens aliquem Metropolitanum pro Concilio Prouinciali, iuxta formam *Concil.Trident.ſeſſ.24.cap. 2. de reform.* ligat etiam ſucceſſores, ſimulque Prælatos exemptos nullius Diœceſis pro viſitationibus. *Io. Aloyſ. Ricc. in prax. for. eccleſ. reſolut. 495.* in notabilibus in materia Epiſcoporum, ex Sac. Congregat. *ad d. cap. 2.*

3 Exempti requiſiti ab Epiſcopo, tenẽtur

tur oſtendere priuilegia ſuæ exemptionis in loco tamen congruo, & ſecuro, *c. cum perſonæ de priuil. in 6.*

4 Exemptus, ſi delinquat extra locum exemptum, poteſt conueniri coram Ordinario, dum tamen delinquat in Diœceſi Ordinarij, & niſi aliud dicatur in priuilegio exemptionis, v. g. ne ratione delicti, &c. poſſit conueniri, *c. 1. de priuil. in 6. & Trid. ſeſſ. 7. c. 14. de reformat. matrim. vbi canon iſte innouatur.*

5 Exemptus Regularis de Superioris licentia poteſt Epiſcopo ſe ſubdere, vt ab eo abſolutionem, vel diſpenſationem, qua indiget, obtineat. *Sanchez tom. 1. decal. lib. 4. c. 49. nu. 32. & ſeq.*

6 Exempti tàm in cauſis matrimonialibus, quàm in ijs omnibus, quæ ſunt ordinis Epiſcopalis, ſubijciuntur Epiſcopo; à quo poſſunt inſuper capi, ſi fugæ ſit periculum, & remitti ad Iudicem competentem, *Barb. de poteſt. epiſc. par. 3. alleg. 105. num. 64. 65. & 72.*

7 Epiſcopus non poteſt reuocare exemptiones à ſe conceſſas illis caſibus, in quibus valet ſubditos a ſua iuriſdictione eximere, *Barb. ibid. alleg. 89. num. 10.*

8 Epiſcopus poteſt punire exemptum ſuæ Diœceſis, ſi non euitare facit excommunicatum ab Epiſcopo, etiam in loco exempto. *Feder. de Sen. conſ. 2. col. 1. verſ. ad primam.* Poteſt inſuper contra eum procedere, ſi abutatur ſuo priuilegio, & abu-

abuſus ſit notorius, *Lotter. infra nu. 270. & 271.*

9 Non poteſt Epiſcopus ſibi ſubiectos à ſe eximere: Id enim nulli alij competit, quàm Papæ. *canon. frater. 16. quæſt. 1. cum gloſ. in cap. 1. in verbo exemptionis de priuileg. in ſexto, Lotter. tom. 1. de re benefic. lib. 1. q. 23 num. 34.*

10 Caſus reſeruati Epiſcopo ligant exẽptum, niſi ſit ita exemptus, vt nec ratione delicti, vel contractus ei ſubijciatur, *Nauarr. conſ. 4. de priuileg. num. 1. par. 2. lib. 5. ed. 2.*

11 Exempti ſubiacent Epiſcopis quoad ea, quæ pertinent ad beneficia, quæ obtinent ſubiecta illis, *Felin. in cap. dilectus 2. a num. 9. de reſcript.*

12 Exempti tenentur ab Epiſcopo recipere chriſma, oleum ſanctum, conſecrationes, & ordines, præterquàm ſi non eſſet Catholicus, vel gratiæ Apoſtolicæ particeps, *c. veniens §. chriſma de præſcrip.* Vel aliter in ipſius exemptionis priuilegio diſponeretur, *Io. Andr. in c. 1. num. 7. de priuileg. in ſexto.*

13 Epiſcopus alienus volens conferre ordines in loco exempto, non ſolùm debet habere licentiam Superioris loci exẽpti, ſed etiam illius Epiſcopi, intra cuius fines locus exemptus eſt conſtitutus, *Ioan. Aloyſ Ricc. vbi ſupra.*

14 Epiſcopus habens in loco exempto in certis caſibus iuriſdictionem, poteſt ibi

conſtituere Officialem, & ſuam iuriſdi-ctionem exercere, ſecus ſi ſolùm habet iuriſ-dictionem in perſonas, *Rota Romana deciſ. 796. num. 1. & 2. par. 1. in nouiſsimis.*

Exorciſmus.

1 EXorciſmus arreptitiorũ cum cæteris ſolemnitatibus, & per deputatos exerceri ſolitus, poteſt ab Epiſcopo circa aliqua ſeruanda limitari; item ne quis exorcizandi poteſtate inordinatè, ac immodeſtè vtatur, *Nauar. conſ. 6. de offic. Iudic. ordin. num. 5. par. 1. lib. 1. ed. 2.*

Exequiæ.

1 EPiſcopus viuens, prædeceſſoris ſui proximè defuncti, ſingulis annis in die obitus anniuerſarium celebrare debet, vel ſaltem Miſſæ à Dignitate, vel Canonico celebratæ intereſſe, & in fine ipſe debet abſoluere. *Cerem. Epiſc. lib. 2. cap. 36.*

2 Infra octauam Defunctorum, arbitrio Epiſcopi die non impedito Canonicus, ſeù Dignitas Eccleſiæ Cathedralis celebrat miſſam pro animabus omnium Epiſcoporum, & Canonicorum Cathedralis defunctorũ. *Ceremon. vbi ſup. cap. 37.*

Expo-

Expoſitus, vide Filius nu.4.

Facultas, vide Abſolutio num. 1. & ſeqq. Licentia per tot.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

1 EPiſcopi facultatem habent in ſuis Diœceſibus nonnullos ritus, & ceremonias inſtituendi, quæ non ſint contra vniuerſalem Eccleſiæ conſuetudinem, traditionem, aut legem, *Suar. tom. 3. diſp. 15. ſect. 3. §. dico ergo ſecundo.*

2 Si Prelatus ordinis det facultaté Regulari confitendi Sacerdoti, cuicunque voluerit, poteſt is eligere etiam ab Epiſcopo non approbatum. Sin verò Parochus diœceſano ſuo talem eligendi licentiam conferat, non poterit is confiteri Sacerdoti, niſi ab Epiſcopo approbatus ſit; colligitur ex *Nauar. in c. placuit num. 43. 49. cum ſeq. diſt 6. de pœnit. vide Sà in aphor. verb. confeſſor. num. 6.*

3 Credendum eſt in foro externo Epiſcopo dicéti, ſe habere facultatem à Papa ad faciendum aliquid, quod in nullius præiudicium eſt, vt eſt facultás in quibuſdam caſibus Papalibus diſpenſandi, abſoluendi, concedendi indulgentias, &c. In foro tamen interiori cuicunque viro timorato, ac confeſſori dicenti, ſe habere fa-

cultatem ad abſoluendum, vel diſpenſandum, credendum eſt, *Sanchez de matrim. lib. 8. diſp. 17. à n. 17. vſque ad 22.*

4 Obtinens particularem facultatem ab Epiſcopo, puta abſoluendi, vel adminiſtrandi Sacramenta, poteſt ea facultate vti, etiamſi poſtea Epiſcopus fuerit denuntiatus excommunicatus, *Auila de cenſuris par. 2. c. 6. diſp. 6. dub. 4. Bonacin. de cenſuris diſput. 2. q. 2. punct. 5. propoſit. 2. num. 13. to. 5. Ex Conſtitut. 27. Gregorij XV. edit. de anno 1622. incip. Romanus Pontifex regiſtr. in Bullar. vlt. edit tom. 4. pag. 131.* reuocantur omnes facultates viuæ vocis oraculo cuiuis Collegio, Capitulo, Congregationi, Ordini, ſiuè eorum & earum reſpectiuè Superioribus qualitercunquè, & ex quauis cauſa à ſede Apoſtolica conceſſæ, exceptis Oraculis factis S. R. E. Cardinalibus, & eorum manu firmatis.

FALSITAS.

1 FAlſans litteras ſui Epiſcopi grauiter peccat; itemque qui falſis vtitur litteris in iudicio, ac per illas abſolutionem obtinet, ne priuaretur beneficio aliàs legitimè obtento; non tamen ob id tenetur petere reualidationem tituli. *Nauar. conſ. 7. de corpore vitiat. num. 4. 5. & 7. par. 1. lib. 1. ed. 2.*

2 Clericus, qui falſum teſtimonium dixerit,

xerit, punitur depoſitione, & detruſione in Monaſterium, vt ibi pœnitentiam tanti ſceleris agat *c. ſi Epiſcopus 50. diſt. Abb. in cap. 1. de crim. falſi, Couar. in c. quamuis pactum 1. part. relect. §. 7. nu. 6. de pactis lib. 6.*

3 Clerici falſitas non ordinaria, ſed extraordinaria pœna Iudicis arbitrio punitur. Primò ſi nemini noceat, *Couar. ſupra verſ. pœna verò ſtatuta, Menoch. de arbitr. iudic. lib. 2. centur. 4. caſu 306. num. 22.* Secundò ſi commiſſa fuerit circa accidentalia, *Menoch. ibidem caſu 307. & alij, quos ibi citat*, Tertiò, quando falſitas ſine dolo commiſſa fuerit, & in dubio dolus in clerico non præſumitur, *Socin. ſen. conſ. 227. col. 1. lib. 2. Aymon. conſ. 71. num. 14. Menoch. ſupra caſu, 309.* Quartò, quando in crimine hoc non mediante accuſatore, ſed per inquiſitionem proceditur, *Salzed. ad Bern. Diaz cap. 96. verſ. quarto pœna, & c.* Quintò, quando falſitas eſt commiſſa in re modici valoris, *Grauetta, conſ. 40. num 12. Menoch. ſupra caſu 306. in fine.* Sextò, quando Clericus falſum teſtimonium protulit non interpoſito iuramento, ſecundùm quoſdam relatos per *Salzed. loc. cit. verſ. quinto minimè.* Verior tamen videtur ſententia oppoſita, quæ habet, debere puniri pœna falſi, quam eſſe communiter receptam, ſi huiuſmodi falſitas ſit nocibilis, refert & ſequitur *Iul. Clar. lib. 5. recept. ſent. §. falſum verſ tu ſcis.*

4 Si laicus deponat falſum teſtimonium coram Iudice Eccleſiaſtico, poterit ab eo, necnon à ſeculari Iudice puniri, inter quos locus eſt præuentioni. At, ſi clericus coram Iudice laico idem crimen commiſerit, non poterit ab eo puniri: poterit tamen Iudex laicus in ciuili cauſa cognoſcere de falſitate, quam coram eo Clericus commiſit, non ad effectum puniendi ipſum, ſed tantùm expediendi cauſam coram eo vertentem, *Couar. practicarum quæſtionum cap.* 18. *num.* 8. *circa finem Iul. Clar. in pract. crimin.* §. *final. quæſt.* 38. *verſ. ſed hic quæro*, & alij communiter.

5 Laicus, qui ſubornare tentauit teſtes in cauſa pendente coram Iudice Eccleſiaſtico, poteſt per Epiſcopum puniri *S. Cong. Immunitatis in Regien.* 18. *Martij* 1631. *teſte Barboſa in ſuis Collect. Bullar. verbo laicus.*

Familia.

1 FAmilia Epiſcopi gaudet priuilegio fori eccleſiaſtici, ſi ſit aſcriptitia, & ſine ſalario; at ſecus ſi ſint famuli temporales, & ſalario conducti, quia non gaudent, *Franciſc. Marc. in deciſ. Delphin* 324. quem refert, & ſequitur *Iaon. Aloyſ. Ricc. collectanearum par.* 6. *collect.* 2377. *verſ. limita tamen.*

2 Epiſcopus familiam armatam de iure com-

communi, & ex vniuerſali conſuetudine tenere poteſt, *Card. Tuſcus littera F. concluſ. 153. num. 12. Fuſcus de viſit. lib. 2. c. 32. num. 16.* Et quod poſſit tot ſatellites retinere, quot ſibi placuerit, refert *Barboſa in ſuis Collect. Bullarij in verbo Satellites ex S. Congreg. Epiſc. & Regul. in Ciuitatis Caſtelli 14. April. 1615. in reſp. ad tertium.*

3 Familiaris Epiſcopi poteſt admitti ad concursũ eccleſiæ Parochialis vacantis per obitum, non autem per reſignationem, *Rot. in vna Fanenſ. Parocchialis coram Corduba die 28. Iunij 1596. Genuenſ. in praxi Archiepiſc. Neapol. c. 66. tum ibi notatis num. 19. ed. 1.*

4 Famuli Epiſcoporum, quamuis gaudeant priuilegio fori eccleſiaſtici, non tamen dicuntur propriè eccleſiaſtici: & ideò trahentes eos ad forum ſecularem non incidunt in canon. 15. Bullæ cœnæ, ſed fortè in canon. 17. eiuſdem Bullæ, *Leon. Duar. in commentar. ad d. Bull. & canonem 15. q. 8. concl. 1. num. 3.*

5 Epiſcopis interdictum eſt bonis eccleſiæ locupletare conſanguineos, & familiares ſuos, *Concil. Trident. ſeſſ. 25. cap. 1. de reformat.*

Familiaris Triennalis.

1 EPiſcopus familiarem ſuum ordinare poteſt, ſi per triennium fuerit ſecum commoratus, & beneficium ſtatim cum ordinibus quacunque fraude ceſſante illi conferat. *Trident*, *ſeſſ. 23. cap. 9. de reformat.* Quod decretum locum habet etiam in prima tonſura, & alijs minoribus ordinibus, vt ſcilicet teneatur Epiſcopus etiam conferre beneficium: ex Sacra Congregatione. *ad dict. capit. 9. & Nauar. conſ.* 11. *de temp. ordin. ed. 2.* An verò familiaritas, & beneficij collatio requiratur copulatiuè: Reſpon. affirmatiuè. *Rot. in deciſ. 731, num. 2. in nouiſſimis p. 1.*

2 Familiaris, de quo hic agitur, dicitur, qui cum Epiſcopo commoratur, & præſens eius obſequijs aſſiſtit; non tamen is, qui abeſt, etſi ſumptibus Epiſcopi viuat, *Salzedo in addit. ad Diaz cap. 26. verſ. tertius caſus.* Triennium verò debet eſſe continuum, *Aloyſ. Ricc. in prax. for. eccleſ. reſolut. 267. nu. 4.* At ſufficit, quod inceperit, antequam Dominus eſſet effectus Epiſcopus. *Ric. ibidem reſolut. 268. in fin. Garz. de benefic. par. 2, cap. 5. num. 83.*

3 Non eſt fides adhibenda verbis narratiuis Epiſcopi affeuerantis, quem eſſe continuum familiarem triennalem, *Ricc. d. reſol. 267. vol. 4. n. 2. ex Pariſ. conſ.* 136. *n.* 31.

Epi.

4 Epiſcopi titulares ratione familiaritatis neminem ordinare poſſunt, *Trident. ſeſſ. 14. cap. 2. de reform*

5 Magiſter actorum Curiæ Epiſcopalis poterit vt familiaris ab Epiſcopo ordinari, *Gratian. in deciſ. Rota Marchia* 233. *Ioan. Aloyſ. Ricc. collectan. par.* 3, *collect.* 569. *verſ. quarto, &c.* vbi pluribus.

6 Licet poſſit Epiſcopus ordinare familiarem ſuum triennalem, alias ſibi non ſubditum, & dare illi dimiſſorias ad ordinandum à quocunque; non tamen poteſt cum eo illegitimo diſpenſare, *Nauar. conſ.* 13. *num.* 1 *vbi ſupra.* Neque ſuper illis interſtitijs, de quibus *Trident. dicta ſeſſ* 23. *c.* 11. 13. *&* 14. vt non ſeruatis illis poſſit ordinari. *Nauar. ibidem conſ.* 12, *num.* 1. *&* 2 *Sayr. in deciſ.* 28. *de temp. ordin.*

Feſtum, vide Ordinarius num. 2. Præſcriptio num. 4.

1 FEſtum ab Epiſcopo indictum non obligat, ſi populus ex cauſa rationabili non acceptat, *Armill. verb. feſtum num.* 5. *Sa. verbo feſtum nu.* 2.

2 Non poteſt Epiſcopus prohibere, ne in feſto fiant ea, quæ alioqui licita cauſa neceſſitatis, aut pietatis fiunt, quod ſi ſub pœna excommunicationis prohibeat, nulla eſt excommunicatio, *Nauar. cap.* 13. *ſumma nu.* 15. *Sà ſupra num.* 3.

3 Non licet Epiſcopo inſtituere feſtum Sancti non canonizati; at, ſi de ſanctitate perſonæ per traditionem, aut vniuerſalem eccleſiæ conſenſum conſtet, licebit; hæc enim canonizationi æquipollent, *Suar. to. 1. in 3. par. q. 25. à 6. diſput. 55. ſect. 2. verſ. ſed quæret aliquis, Sanchez in decal. to. 1. lib. 2. cap. 43. num. 9. & 11. Fagundez in quinque præc. eccleſiæ par. 1. lib. 1. c. 3. n. 5.* vbi hoc idem ampliat ad ſanctum beatificatum tantùm; beatificatio enim eſt quædam canonizatio minori apparatu celebrata.

4 Si in aliquo loco ſint multi dies feſti ex conſuetudine, impedientes commodam illorum obſeruantiam, Epiſcopus debet ex officio aliquot ex illis abrogare, *Sayr in clau. Reg. lib. 7. cap. 3. nu. 15.*

5 Feſtum, quod Epiſcopus in ſua Diœceſi ſeruandum præcipit, Religioſi omnes, etiam exempti ſeruare tenentur, *Fuſcus lib. 2. de viſit. cap. 15. num. 63. ex Trident. ſeſſ. 25. cap. 12. §. dies autem de regularib.*

6 Poteſt Epiſcopus regulares cogere, vt in offertorio miſſarum conuentualium, quæ Dominicis diebus in Monaſterijs celebrantur, declarent fidelibus, quæ feſtiuitates in illa hebdomada occurrant, *Barboſ. de pot. Epiſc. par. 2. alleg. 24. num. 21.*

7 Epiſcopus ordinaria auctoritate tenetur curare, vt feſtorum celebratio omni veneratione obſeruetur. *Theſaur. for. eccleſ. par. 2. cap. 16. num. 16.* Poteſt inſuper prohibere, ne diebus feſtis choreæ, &

tri-

tripudia, quæ manifeſtum virorum, & fœminarum peccatum continent, fiant. *Azor.inſtit.moral.par.2. lib.3. cap. 53.q.4.*

8 Epiſcopi arbitrio poſſunt puniri laici feſta non obſeruantes, *ex conſtit. 5. Pij V. §. 7. verſ. in alijs autem*, regiſtrata in Bullario vlt. edit. tom. 2. pag. 180.

9 Epiſcopus curare debet, vt ſaltem diebus feſtiuis fidei rudimenta in ſingulis Parochijs pueri doceri debeant, *Trident. ſeſſ. 24. cap 4. de refor.*

10 Per Epiſcopū poſſunt prohiberi nundinæ, & mercatus diebus feſtis, non obſtante conſuetudine in contrarium, *Genuenſ. in prax. Archiepiſcop. Neapol. cap. 62. cum ibi notatis num. 5. ed. 1. Io. Aloyſ. Ricc. in ſua prax. for. eccl. reſolut. 481 à nu. 3. vbi fuſius.*

11 Epiſcopus poteſt ex cauſa diſpenſare in diebus feſtis à Papa introductis; at, ſi ſine cauſa diſpenſet, peccabit mortaliter, tàm ipſe, quàm ea diſpenſatione vtentes, *Stephan. Fagundez ſupra cap. 14. num. 27.* Poteſt dies feſtos conſtitutione Synodali, aut conſuetudine populi, vel Ciuitatis introductas in totum, vel in partem abrogare; at ſi abſque cauſa, mortaliter peccat; non tamen ij, qui hac facultate abutuntur, *Azor. inſtit. moral. par. 2. lib. 1. cap. 28.q.5. verſ. annotandum quoque.*

12 Hæretico Domino iubenti, vt eius hæreticalibus feſtis claudantur officinæ, poſſunt, &, ratione ſcandali vitandi, te-

nentur parere ſubditi catholici; modò per hanc, & alias ſimiles actiones, quæ de ſe non ſunt malæ, non intendant fauere eorundem hæreticorum errori, *Nauar. conſil. 12. de hæretic. nu. 12. par. 2. lib. 5. ed. 2.*

13 Epiſcopo licitum eſt ſubditis ſibi hominibus facultatem in die feſto laborandi concedere eo pacto, vt aliquid erogent in alios vſus pios; non enim id eſt vendere eiuſmodi facultatem, ſed cultum quod ſubditi diebus feſtis tribuere debent, in aliud opus pium commutare, *Azor. ſupra cap. fin q. 11.*

Fidei profeſſio, vide Canonicus nu. 5.

1 PRouiſi de quibuſcunque beneficijs Curatis tenentur à die adeptæ poſſeſſionis publicam fidei profeſſionem facere in Epiſcopi manibus, vel (eo impedito) Vicarij intra duos menſes. Prouiſi de Canonicatibus, & dignitatibus in Eccleſijs Cathedralibus, non ſolùm coram Epiſcopo, ſeu eius officiali, ſed etiam in Capitulo idem facere tenentur ſub pœnis, de quibus *Trid. ſeſſ. 24. c. 12. de reform. Sayr. in deciſ. 1. de conſtitutionibus.* Quod declara vt ſupra, *verbo Canonicus nu. 5.*

2 Ad eandem fidei profeſſionem modo quo ſupra faciendam tenentur Doctores, Magiſtri, Regentes, & alij quicunque, ac cuiuſcunque artis, & facultatis profeſ-

ſores

ſores, ſiue clerici, ſiuè laici ſint, vel cuiuſcunque ordinis Regulares, qui docere, vel promoueri voluerint; *ex Bulla Pij Quarti edita anno 1564. incip. in ſacroſancta*, regiſtrata in Bullar. vlt. edit. par. 2.nu. 88. pag. 26. Quam Bullam Sacra Congregatio Concil. *ad ſeſſ. 25. cap. 2. de reform.* cenſuiſſe fertur, locum habere etiam in docentibus principia Grammaticæ, Arithmeticæ, Muſicæ, & aliarum artium, licet publicam ſcholam non facerent. At, quoad pœnas in eadem Bulla contentas, cenſuit in locis, in quibus non ſunt Gymnaſia publica, dictam Bullam non videri eas Ordinarijs impoſuiſſe, ſi patiantur aliquem quoquo modo docere litteras, priuſquàm fidei profeſſionem faciat.

3 Poteſt Ordinarius, quo tempore ſolet, prædicandi licentiam ex decreto Concilij Tridentini *ſeſſ. 24. cap. 4. de reformat.* concedere Regularibus, ab eiſdem exigere fidei profeſſionem, ſi ita ipſi Ordinario videbitur expedire. ex eadem Congregatione *ad d. cap. 4.* ad idem vide *Barboſ. de pot. Epiſc. par. 3. alleg. 76. num. 33.*

4 Fidei profeſſionem, qui intra duos menſes, (vt tenetur) non fecit, poſt illos, quamprimùm poteſt, facere tenetur. Quæ etſi ei non prodeſt ad quærendos fructus amiſſos temporis præteriti, proderit ad quærendos temporis futuri, *Nauar. conſil. 11. num. 1. & 3. de iureiur. tom. 1. ed. 2.*

5 Beneficiatus fidem profiteri recuſans

non ideo præſumitur hæreticus, nec vt talis priuandus: neque peccat, ſi per ignorantiam eam omiſerit, *Nauar. ſupra conſ. 8. num. 2. & 6. conſ. 12. per totum.*

6. Sede Epiſcopali vacante coram Vicario Capitulari, non autem coram Capitulo fidei profeſſio eſt facienda; *Barboſ. ſupra alleg. 61. num. 18.*

7. Promouendi ad Epiſcopatum tenentur facere profeſſionem de fide iuxta formam, quæ traditur in Pontificali Romano pag. 79. iuſſu Clem. VIII. edito.

8. Fructus amiſſos ob non profeſſionem fidei non poteſt Epiſcopus condonare, ſed Papa. Ex d. Sacra Congregat. Concil. *ad c. 12. ſeſſ. 24. de Refor.* Regulariter in vſus pauperum, vel fabricam Eccleſiæ impendi debent *Fuſcus de viſit. & alij apud Garziam de benef. par. 3. c. 3. n. 36. & ſeq.* poſſeſſio verò, & iura beneficij, remanent apud beneficiatum non enim ob talem profeſſionis fidei omiſſionem illis priuatur *Steph. Quaranta in ſum. Bull. in verba Beneficij. poſſeſſio in addit. verſ. Refertur.*

Filius, vide Illegitimus.

1. SAcerdos habens ex matrimonio filios, non poteſt abſque diſpenſatione in Epiſcopum promoueri, *Maiol. de irregularitate lib. 1. cap. 12. num. 2. & 3. per text. & gloſſ. in cap. Catinenſis. diſt. 61. & can. de Syracuſana. diſt. 28. & Abb. in cap.*

cap. 1. *de teſtam. nu.* 2. *verſ. ſed oppono.*

2 Filius ex damnato concubitu natus, poteſt abſque diſpenſatione Papæ ad Epiſcopatum acciri, ſi pater tempore conceptus poterat eius matrem legitimè habere in vxorem, & poſtea duxit, *gloſſ. in cap. innotuit in verbo coniugata, de electione, Summ. confeſſ. lib.* 3. *tit.* 19. *q.* 10. *Sylu. verb. illegitimus q.* 3. *Suarez tom.* 5. *de cenſur. diſput.* 50. *ſect.* 5. *num.* 10. *verſ. ex hoc cõſequenter.* vbi pluribus contra Maiol.

3 Filius, qui eſt in poteſtate patris, ſi manus violentas in clericum iniecerit poteſt ab Epiſcopo Diœceſano abſolui, ſi pater ob ſuum præiudicium non conſentiat eum ire ad Papam pro abſolutione, *c. mulieres* cum ibi notatis *de ſent. excom. Nau. cap.* 27. *ſum. num.* 89.

4 Expoſitus non poteſt ad ſacros ordines promoueri abſque diſpenſatione Epiſcopi, ſi ignoretur an ex legitimo matrimonio fuerit natus, *Maiol. ſupra cap.* 11. *n* 1. Quod ſi abſque eiuſmodi diſpenſatione ordinatus fuerit, probabile eſt non eſſe ordinum vſu prohibendum ex iis, quæ docet, *Couar. in clem. ſi furioſus de homicid. par.* 1. *in princ. nu.* 9. *Salzedo in Pract. crim. Diaz. cap.* 14. *lit. C. verſ. opinio tamen & al. ſ.*

5 Filius tenetur ſub culpa lethali conſilium patris circa matrimonium petere, non tamen illud ſequi, niſi quando probabiliter noſſet filius grauiſſima inde ſcandala, & odia ſubortura; quo caſu ſic contrahendo, leth-

lethaliter peccat, *Sanchez de matrim. lib. 4. diſput. 13. num. 10. & 11.* & à Prælato impediri poteſt, ne illud contrahat, *Bonacin. de ſacram. q. 4. punct. 17. propoſ. 3. num. 25. 26. & 27. tom. 1.*

6 Non debet Epiſcopus tolerare, vt abſque apoſtolica diſpenſatione filij illegitimi clericorum quoquo modo miniſtrent in eccleſijs, vbi eorum parentes beneficium eccleſiaſticum habuerunt: & ita neque miſſam ibi eos celebrare, aut epiſtolam canere, neque Sacriſtæ, aut Cantoris officio fungi permittere debet, *Nauar. & alij apud Ioan. Aloyſ. Ric. in prax. aurea reſolut. 269. nu. 1. & 2.*

7 Filium poſſe ab Epiſcopo ordinari abſque patrimonio, ſi habeat patrem diuitem nonnulli affirmant, inter quos *Surdus de alimentis tit. 7. quæſt. 37. num. 2.* At contraria ſententia verior eſt, ſuppoſito quod pater nihil illi aſſignet pro victu, & portione, *Barboſ. de poteſt. Epiſcop. par. 2. allegat. 19. num. 60.*

Fiſcus.

1 Fiſco Epiſcopi applicantur patrimonialia bona clericorum hæreticorum: ſecus in Hiſpania, & Francia, *Barboſ. de poteſt. Epiſcop. par. 3. allegat. 107. n. 17.*

2 Ex eo, quod Epiſcopi habeant fiſcum, poſſunt indicere pœnam pecuniariam, cam-

eamque ſibi, vel Cameræ ſuæ applicare. Honeſtius tamen facient, ſi, pro euitanda ſuſpicione auaritiæ, applicent ad pios vſus niſi euidenter indigeant. *Genuenſ. in prax. Curiæ Archiepiſcopal. Neapol. capit. 69. numero primo*, vbi de communi teſtatur.

3 Fiſcalis Curiæ Epiſcopalis de quocunque crimine poteſt clericum accuſare, *Diaz pract. crimin. cap. 6. verſ. denunciatio num. 3. ed. 2.*

4 Quando poſt criminis condemnationem fiſcus bona ſibi tradenda curat, reus in foro conſcientiæ compellitur ad ea reddenda, ita vt nihil ſibi retinere queat, nihil poſſit alteri dare; & quicunque alius ea poſſidet, debet in foro conſcientiæ fiſco reddere, *Azor. inſtit. moral. par. 1. lib. 1. cap. 8. q. 4.*

5 Etiamſi lex dicat, vt quis teneatur ſtatim bona dare fiſco, non tenetur ante condemnationem, *Azor. ſupra. q. 3.*

6 Iudices Eccleſiaſtici non debent permittere de aliquo crimine occulto accuſari clericum apud eos per fiſcales, niſi videant an dicti fiſcales ſufficienti probatione, aut legitimis indicijs muniti cauſam ipſam aggrediantur, *Diaz ſupra num. 4. vbi Salzedo in addit. littera C.* ad idem adducit Concil. Prouinc. Toletanum, quo cauetur, fiſcalem temere accuſantem, non ſolùm expenſarum ſolutione, ſed alia pœna Iudicis arbitrio omnino fore puniendum.

Fru-

Fructus, vide Penſio num. 3. 5.

1 EPiſcopus debet applicare fructus non reſidentium, de quibus in Trident. *ſeſſ. 23. cap. 1. de reformat.* Fabricæ Eccleſiæ Parochialis, etiamſi non indigeat, nec pauperes intra limites reperiantur, quæ tamen poteſt in dies indigere, ſaltem quoad ornamenta, *Garzias de benefic. par. 3. cap. 2. num. 31.* ex Sacra Congreg. eiuſdem Concil. Trid.

2 Epiſcopus cum Capitulo ob cauſam neceſſitatis, vel magnæ vtilitatis, fructus ex beneficio pinguiore ſubtrahere, & ad Eccleſiæ fabricam, Religioſorum ſuſtentationem, vel ſolutionem debitorum Eccleſiæ applicare poteſt, dummodo beneficium redditibus ſuperfluis abundet, *Abb. in c. paſtoralis num. 3. de his, quæ fiunt à Prælat. &c.* vide *D. Thom. 2. 2. quæſt. 100. art. 4.* in fine.

3 Filiusfamilias, qui de ſuo non habet, poteſt dici pauper, etiam ſi habeat patrem diuitem; & propterea non eſt frater per ſuperiorem moleſtandus, dum de fructibus ſuperfluis ſui beneficij pauperibus debitis illi ſubuenit, *Nauar. conſ. 2. de vita, & honeſt. cleric. num. 4. par. 1. lib. 3. ed. 2.*

4 Fructus Epiſcopatus vacantis à die vacationis ſucceſſori debentur de iure, *cap.*

cap. quia ſæpe de elect. in 6. Quod intellige procedere, niſi Papa illos Cameræ, vel alteri ſpecialiter reſeruauerit.

5 Fructus alios à diſtributionibus ex beneficio in excommunicatione occulta perceptos, beneficiarius abſolutus poteſt ſibi retinere, *Nauar. conſ. 54. de ſent. excomm. num. 2. par. 2. lib. 5. ed. 2.*

6 Fructus, qui ſuperſunt de introitibus eccleſiaſticis, licet Epiſcopi, cæterique beneficiarij teneantur erogare pauperibus; ſatisfaciunt tamen expendendo illos in quibuſcunque pijs operibus, etiamſi egentibus non tribuant. Sunt autem opera pia, ea omnia, & ſola, quæ ad diuinum cultum, pietatem, & miſericordiam pertinent, *Nauar. de redditibus eccleſ. q. 1. mon. 20. num. 2. iuncto mon. 30. num. 1.*

7 Non debet Epiſcopus impedire, ne laicus fundator retineat fructus eccleſiæ patronalis vacantis, ſi pactum in fundatione illius interuenerit, iuxta notata in extranagant. *Suſcepti regiminis* verbo *vel perſonis, de electione, & elect. poteſtat. Ioan. XXII.*

8 Epiſcopus poteſt aliquos Canonicos in ſui ſeruitium adhibere, qui interim fruātur fructibus, etiamſi in eorum Eccleſia extet ſtatutum iuratū, quo fructus nō reſidētibus denegantur: nā in ſeruiendo Epiſcopo, Eccleſiæ inſeruire dicūtur, *Put. dec. 204. incip. in vna Placentina lib. 3. Gonzal. ad regul. 8. Cācellar. gloſ. 6. n. 257. Garzias ſupra n. 382.*

G 4

GABELLA.

1 GAbellas ab eccleſiaſticis exigentes quocunque prętextu, etiam iuſſu Dominorum, ſunt excommunicati; niſi ex conceſſione Papæ fiat, vel ignorantia inuincibili excuſentur, *Nauar. conſil. 1. de conſtitut. num. 55. & 56. par. 1. libr. 1. ed. 2.*

2 Epiſcopus tenetur inquirere contra grauantes clericos onere gabellarum, & collectarum, etiam ipſis clericis tacentibus, & non ſe querelantibus: & conſentiens, vt bona ipſorum, vel Eccleſiæ ponantur in extimo, grauiter puniendus, *Carol. de Graſſis in tract. de effectib. clerical. effect. 30. nu. 121. & 142.*

3 Epiſcopus loci, in quo clerici grauantur onere collectarum, poteſt requirere cæteros Epiſcopos vicinos, vt publicent excommunicatos grauantes ipſos clericos, *Carol. de Graſſ. ſupra num. 15.*

4 Epiſcopus loci, in quo clerici ſpontè ſoluunt collectas, & gabellas, ſeu alia munera laicis præſtant, poteſt talia prohibere, quatenus tangunt ius publicum, & non priuatum ipſorum clericorum ſoluentium, vel præſtantium talia munera, *Carol. de Graſſ. ibidem num. 102.*

5 Poteſt Epiſcopus in eccleſijs ſibi pleno iure ſubiectis, cum Capituli conſenſu ex cauſa tributum, ſeu penſionem impone-

re, *Sylu. verb. gabella 2. q. 1. verſ. quarto quod nu. 3. Sà in aphor. verbo gabella nu. 2.*

6 Gabellam minutatim exigens iniuſtè ab eccleſiaſticis, tum demum incidit in excommunicationem, & obligationem reſtituendi, ſi animo (ſaltim virtualiter,) per minimam partem illam, intendebat deuenire, & deuenerit ad quantitatem notabilem, *Nauar. conſ. 6. & 8. par. 1. lib. 3. ed. 2.*

Gratia vide Reſcriptum num. 4. 5.

1 GRatia facta in forma pauperum ſecundùm *clement.* 1. *in* §. *ſecus de conceſſ. preben.* non ligat manus Ordinarij ante purificationem conditionis, *Io. Aloyſ. Ric. in prax. aurea reſol.* 196. *num.* 2.

2 Gratia de non reſidendo a S. D. N. obtẽta, de percipiendo fructus ratione ſtudij, non valet, niſi & Ordinarij conſenſus accedat, ita declaraſſe Pium Quartum in quadam ſua conſtitutione publicata de anno 1564. die 24. Nouembris Sacra Congr. Concil. *ad cap. 1. ſeſſ. 23. de reform. nu. 18.* affirmaſſe fertur.

3 Non debet Epiſcopus admittere gratiam, quam criminoſus per ſubreptionem, vel obreptionem ab ipſo extorſit, *Trident. ſeſſ. 13. de reform. cap. 5.*

4 Gratia per Pontificem Epiſcopo conceſſa de conferendis aliquibus beneficijs nul-

nulla perſona expreſſa, non expirat re integra morte concedentis, *cap. ſi cui de praben. in ſexto.*

5 Si Papa conceſſerit Epiſcopo, vt diſpenſet v. g. cum Titio, non expirat gratia, etiam quod ante mortem concedentis Epiſcopus non diſpenſauerit; ſimiliter dicendum eſt de eo, cum quo diſpenſatum eſt, vt faciat aliquid, ſi no faciat ante mortem diſpenſantis: poteſt enim facere poſt, *Armill. verbo Gratia num. 5. ex eodem cap. ſi cui.*

6 Gratia per Epiſcopum facta abſolutè ſine alia limitatione, per mortem ipſius non expirat. At, ſi conceſſerit per verba concernentia actum, vt ſi concedat vſque ad ſuum beneplacitum, vel donec aliter ordinauerit, gratia eo mortuo expirat, *cap. ſi gratioſè de reſcript. in ſex to, Armill. verbo voluntas num. 1 fauet Sanchez. lib. 8. de matrim. diſp 28. num. 52.*

7 Si Epiſcopo conceſſa fuerit gratia diſpenſandi cum aliquo, mortuo Epiſcopo manet in Capitulo, *Sà in aphor. verb. diſpenſatio num. 6.*

8 Gratias Ordinarij non omnis ſubreptio facit nullas, ſicut gratias Papæ: quod intellige quoad pluralitatem beneficiorum, *clem. 2. de offic. ordin.*

9 Gratiam non vitiat taciturnitas eius, quo expreſſo æquè ſuperior gratiam feciſſet, *cap. dudum de praben. in ſexto.* Neque expreſſio facta per ignorantiam, vel ſim-

plica.

plicitatem, niſi quatenus fuit cauſa conceſſionis, *cap. ſuper litteris de reſcript.* & ibi per Doctores.

10 Expreſſio etiam falſi, quod Superiorem reddit ad gratiam concedendam difficiliorem, non vitiat, vt cum quis impetrat beneficium, quod eſt vere ſimplex, dicat quod eſt curatum, *Rota deciſ. 67. de reſcript. in antiqui, Felin. d. cap. ſuper litteris num. 2.*

11 Gratia vnius delicti, vel impedimenti, (vt homicidij) non requirit mentionem de gratia alterius, quando ſunt diuerſa, vt adulterij, *Nauar. conſil. 8. de conſanguinit. & affinit. num. 6. par. 2. libr. 4. ed. 2.*

Habitus clericalis, vide Clericus num. 9. Priuilegium num. 6. Religio nu. 5. Veſtis per totum.

1 Probabile eſt poſſe Epiſcopum declarare incidiſſe in pœnam *can. ſi quis ſuadente 17. q. 4.* eum qui percutit aliquem, qui nullum habet ordinem, ſed tantùm defert habitum, & tonſuram Clericalem, & eſt Clericus deſtinatione. Probabilius eſt non poſſe. *Carol. de Graſſ. de effectibus Cler. effectu. 9. num. 14. ex Menoch. in tract. de præſum. lib. 6. præſumpt. 76. num. 27. Maſcard. de Probation. concluſ. 302. & alij.* ſecus verò ſi alicui eccleſiæ is deſeruiret, vt ſunt pueri deſeruientes in Choro, deferentes habitum

bitum pariter, & tonſuram. *Petrus Duen. de Regulis vtriuſque Iur. regula 99. ampliat. 20. ex Archid. in d.can. ſiquis ſuadente nu.6. Felin. in cap. cum adeo num. 2. de Reſcript. Iaſon in l. diuortio §. interdum ff. ſol. Matrimon. & alij relati per eundem ibidem.*

2 Non eſt à iure definitum quiſnam ſit propriè habitus Clericalis, ideò Epiſcopus à communi vſu illum præſcribere habet, videlicet vt ille clericalis habitus cenſeatur, qui communi clericorum vſu in ea regione receptus eſt; & ex cuius aſpectu à quocunque Clerici iudicentur *gloſ. in c. ſi quis virorum verb. Veſte 30. diſt. & in c. penul. in verbo. deauratis de vita, & ho. Cler. & in Clem. 1. in verbo Secularis in fine de elect. Couar. Pract. quæſt. c.31. nu.7. verſ. Quartò illud &c. Sanchez de Matrim, lib.7. diſp. 46. num. 6.* & alij apud eoſdem ibid. qui omnes vno ore aſſerunt, præcitatas gloſſas eſſe communiter receptas.

3 Clericus coniugatus, qui tempore commiſſi delicti in habitu, & tonſura incedebat, gaudet priuilegio fori, etiamſi ante delictum ſemel, aut aliquando, vel poſt illius perpetrationem illum dimiſerit, nec tonſura vtatur. *Couar. ſup. nu. 8. Azor. Inſtit. Moral. par.1. lib.13. cap. vlt. quæſt. fin. Sanchez ſup. num. 8. & 10. ex Iul. Clar. Farinac.* & alijs. Ad idem conſule *Suar. de cenſur. diſp. 22. ſect. 1. num.11.*

4 Clerico non coniugato ſufficit ſolus habitus etiam ſine tonſura ad effectum non

amit-

amittendi priuilegium fori, & nè poſſit à Iudice laico puniri pro delictis ab eo commiſſis: ſecus ſi ſit coniugatus: in eo enim vtrumque copulatiuè deſideratur, vt ſcilicet habitum, & tonſuram ferat, ſi tali priuilegio vti velit *c. 1. de Cler. coniug. in 6. Iul. Clar. §. fin. Pract. crim. quæſt. 36. verſ. Quaro nunc* (ibi) *hæc autem & c. Cucchus Inſt. Maior. lib. 3. tit. 9. nu. 70. Carolus de Graſſis de Effectibus Cleric. in Prælud. n. 268. & alij.*

5 Penſionarium debere ab Epiſcopo haberi pro Clerico beneficiato ad effectũ priuilegij fori, ſi non incedat in habitu, alij affirmant, alij negant. *Conſule Garz. de Benefic. par. 1. cap. 5. num. 70. cum ſeqq.* vbi de hac re pluribus.

Hæreditas, hæres, vide Teſtamentum n. 15.

1 Poteſt Epiſcopus hæredes laicos cõpellere ad ſolutionem relictorum ad pias cauſas per defunctos factorum, *Trident. cap. 8. ſeſſ. 22. de reform.* Eiſdemque poteſt interdicere res ipſis relictas à teſtatore, donec fecerint, quod ipſis iuſſum eſt à teſtatore, *cap. ſi hæredes de teſtam. vbi Couar. nu. 5.*

2 Ad effectum, vt data negligentia hæredis, ad Epiſcopum deuoluatur exequendi poteſtas, monitio neceſſaria eſt, *c. nos quidem de teſtam.*

3 Poteſt Epiſcopus repudiare hæreditatem, ſeu legatum delatum Eccleſiæ, nondum enim eccleſiæ acquiſitum eſt dominium ante acceptationem legati, *Armill. verbo Alienatio num. 17.*

4 Hæres grauatus inſtituere Capellaniam cum dote, puta duorum millium aureorum; ſi poſtmodum bona hæreditaria caſu fortuito, ita notabiliter pereat, quòd vix illa diſpoſitio poſſit impleri; tunc pro rata iacturæ erit exonerandus hæres ab Epiſcopo, *Lud. Lopez tom. 1 instruct. conſc. cap. 14. verſ. memini me legiſſe.*

5 Non poteſt Epiſcopus compellere hæredem ad perſoluendum vota perſonalia, quæ defunctus non adimpleuit. Poteſt tamen etiam per excommunicationem illum compellere, poſtquam ſpontè adiuit hæreditatem, ad perſoluendum teſtatoris vota realia, & mixta quoad partem realem, ſi pars realis, & perſonalis expreſſa ſint, vt ire ad ſanctum Iacobum, & ibi equum offerre, nihil obſtante, quod teſtator id hæredi non iniunxerit: non tamen vltra vires hæreditatis compelli debet, etiamſi inuentarium non confecerit, *Sylu. verbo votum 2. quæſt. 11. Sanchez in decalog. tom. 1. lib. 4. cap. 15. num. 28. 29. & 30.*

6 Hæres certus de voto reali emiſſo à defuncto, ſed dubius de adimpletione voti, tenetur votum adimplere; quia debitum eſt certum, ſolutio autem dubia, & proin-

proinde pro debito eſt poſſeſſio, *Sanchez ſupra num. 46. circa finem.*

Hæreſis, vide Abſolutio num. 1.15. *Carcer num.* 10. 11. *Confeſſio, num.* 7. *Feſtum num.* 12. *Inquiſitio num.* 1. 2. 3. *Oblatio, nu.* 5.

1 EPiſcopus pari modo, quo Inquiſitor cauſas ad officium inquiſitionis ſpectantes cognoſcere poteſt; eſt enim Epiſcopus inquiſitor ordinarius, *cap. per hoc, & cap. vt inquiſitionis de haret. in ſexto* Poſſuntque communiter, vel diuiſim procedere; & eſt inter ipſos locus præuentioni in proceſſu formando, *clement. 1. §. propter quod, & ibi gloſſ. verbo contra eos de hæretic.*

2 Epiſcopi & quicunque alij Prælati Superiores, aut inferiores legentes libros hæreticorum hæreſim continentes, incidunt in excommunicationem cœnæ Domini, ſi ſpeciale hos libros legendi priuilegium non habent: nam Bulla generaliter loquitur. *Sanchez in Decal. tom. 1. lib. 2. cap. 10. num. 45. & 46. ex motu proprio Iulij tertij incip. cum meditatio. & Pauli Quarti & Pij Quarti. Fauet Azor. par.* 1. *Inſt. Moral. lib. 8. cap. 16. quæſt. 13.*

3 Qui audiunt alios legentes huiuſmodi libros hęreticorum hæreſim continentes, etiãsi ipſi mãdent, vel conſulant lectioné,

L 2 non

non comprehenduntur ſub excommunicatione Bullæ Cœnæ; quia Bulla loquitur de legente, non de audiente. *Sanchez ſup. num. 48. Duardus in Bulla cœnæ lib. 2. can. 1. quæſt. 48. num. 5. & alij apud Filliuc. qq. Moral. tract. 16. cap. 2. quæſt. 8. nu. 45.* Neque comprehenduntur ij, qui dictos libros memoriter recitant. *Sanchez nu. 47. Duard. q. 49. vbi ſupra, fauet Bonacin. to. 3. de cenſur. in pract. diſp. 1. q. 2. punct. 4. nu. 11.* At compreheduntur ij, qui oculis percurrunt, quæ in eiuſmodi libris vetitis continentur, etiamſi lingua nihil exprimant *Graſſ. 1. par. deciſ. lib. 4. cap. 18. nu. 45. Sanchez num. 41. Bonac. num. 12. vbi ſupra.*

4 Hæreticus non poteſt ab Epiſcopo abſolui in foro conſcientiæ, virtute *Trident. ſeſſ. 24. de Reformat. cap. 6. Nauar. cap. 27. ſumma num. 275.* & Sacra Congregatio *ad d. cap. 6. nu. 7.*

5 Epiſcopus non ſtatim, quod eſt hæreticus, eſt ſuo munere priuatus; expectãda enim eſt ſententia, *Azor. par. 2. inſt. moral. lib. 4. cap. 7. q. 1.* Vnde ſi de facto conferat ordines, tenet collatio, & ordinatus recipit characterem, *D. Thom. in 4. diſt. 25. q. 1. art. 2. Suarez de Sacram. tom. 3. diſp. 36. ſect. 3.*

6 Si in inquirendis, præhendendis, cuſtodiendis, ſeu puniendis hæreticis Epiſcopus iubeat vnum, & Inquiſitor contrarium, tunc Iudex ſecularis debet ſuperſe-

ſedere,

ſedere, *Nauar. cap. 27. ſumma n. 135.*

7 Denunciare ſancto officio non debeo eum, quem ob leuem ſuſpicionem, aut ſigna, quæ facilè fallere poſſunt, hæreticum puto, etiam ſi adſit Inquiſitorum edictum, *Nauar. conſ. 3. de Hæretic. num. 1. par. 2. lib. 5. ed. 2.*

8 Nullus inferior Papa inquirere poteſt, & aliquem proceſſum facere contra Epiſcopos ſuper crimine hæreſeos ſine expreſſo mandato Papæ, *Trident. ſeſſ. 24. de Reformat. cap. 5.*

9 Epiſcopo non licet tradere hæreticum duro carceri, torquere, & ſententiam diffinitiuam contra eum ferre, re cum Inquiſitore non communicata; idem etiam dicitur de Inquiſitore, *Nauar. conſ. 1. nu. 3. vbi ſupra.*

10 Iudex laicus, qui hæreticum, vel de hęreſi ſuſpectum capere, vel captum Epiſcopo eum inquirenti tradere diſſimulat, vel carcerarius, qui ſcienter aufugere permittit, incidit in excommunicationem, de qua *in cap. inquiſitionis §. prohibemus de hæreticis in 6. ex Nauar. conſ. 14. num. 1. & ſeq.* vbi ſuprà.

11 Epiſcopi poſſunt ex ſua ordinaria poteſtate pœnitentes redeuntes ad fidem recipere, & eccleſiæ reconciliare, illiſque pœnitentiam iniungere, *Proſper. Farinac. de Hæreſi q. 186. §. 1. nu. 12.*

12 Itali inſcijs ſuis Ordinarijs, vel locorum Inquiſitoribus non debent domiciliũ

transferre in regiones hæreticorum, in quibus fidei cultus liberè non permittitur. Quod ſi ſecus quis facere præſumpſerit, poteſt aduerſus eum per locorum Ordinarios, & Inquiſitores, vti de hæreſi ſuſpectum, procedi. Ex conſtit. 42. Clem. VIII. incip. *Cum ſicut non ſine magno*, regiſtrata in Bullar. vltim. edit. pag. 57. tom. 3. Quam conſtitutionẽ Vrbanus Papa VIII. in ſua conſtitutione 28. incip. Romani Pōtificis regiſtrata tom. 4. eiuſdem Bullarij pag 133. §. 2. innouat, illamque omnino obſeruari præcipit; additque inſuper in §. 3. nè vllus Hæreticus in locis Italiæ & Inſularum adiacentium ſub quouis prætextu domicilium contrahere, ſeù habitare, vel morari valeat; & eos, qui contra eiuſmodi conſtitutiònis tenorem, illis fauorem, ſeù auxilium præſtiterint, vti fautores Hæreticorum eſſe puniendos.

13 Pertinax Hæreticus non ſolum quis habendus eſt, ſi contrà Eccleſiam Catholicam ſentiat; ſed etiam ſi falsò putans aliquid ab eadem Eccleſia eſſe definitum contrarium teneat; negat enim Eccleſiam eſſe regulam infallibilem, quod eſt vuum de præcipuis articulis fidei. *Henriq. lib. 13 de excom. cap. 17. num. 3. Sayr. de cenſur. lib. 3. cap. 4. nu. 14. Sanchez ſup. lib. 2. c. 1 num. 30.* & alij apud eundem ibi.

Homi-

Homicidium.

1 SI Ciuitas occideret Epiſcopum electum, & confirmatum, nondum tamen conſecratum, non incurrit pœnam, quam incurreret occidendo Epiſcopum; nam electus, & confirmatus non dicitur Epiſcopus, *Felin. in cap. meminimus de accuſat. in princ. Ant. de Butr. conſ. 19. nu. 3. circa fin. verſ. in verbo enim.*

2 Epiſcopum occidens ad ſui defenſionem non eſt excommunicatus, *Leon. Duar. in commentar. ad Bullam in cœna Domini lib. 1. cap. 2. quæſt. 2. concluſ. 2. num. 14.* Quod intelligendum eſt, ſi occidat cum moderamine inculpatæ tutelæ, vt per eundem *ibi nu. 15.*

3 Probabile eſt poſſe Epiſcopum diſpenſare in minoribus ordinibus, & ad beneficia, non curata cum homicida etiam voluntario iuxta notata in *cap. ad audientiam de homicidio*. Probabilius eſt, non poſſe niſi ad beneficium ſimplex, in caſu *cap. 2. iuncta gloſ. fin. de cleric. pugnant. in duell.* quando ſcilicet per alterum homicidium commiſit, ne clericus depoſitus in opprobrium ordinis clericalis mendicare cogatur, *Felin. d. cap. ad audientiam nu. 4. Nauar. cap. 27. ſumma num. 240. verſ. quarto noto, & conſ. 45. de homicid. nu. 1. par. 2. edit. 2.* quibus in locis ex doctrina *Decij in cap. at ſi clerici §. 1. num. 16. de indi-*

iudicijs, tenet poſſe Epiſcopum etiam diſpenſare cum homicida voluntario ad retinendum beneficium curatum iam obtentum, licet non ad obtinendum.

4 Item probabile eſt, poſſe Epiſcopum diſpenſare in homicidio facto cauſa defenſionis cum exceſſu moderationis; de quo *Suarez to. 5. de cenſur. diſput. 46. ſect. 1. nu. 13.* circa finem; & in homicidio indirectè voluntario, vt ſi quis mulierem grauidam incautè percuſſit, & abortum procreauit, *Emanuel. Rodriquez par. 1. ſumma cap. 180. quaſt. 1. ed. 2. Auila de cenſuris par. 7. diſp. 6. ſect. 5. dub. 4.*

5 Item non videtur improbabile, poſſe diſpenſare cum eo, qui vertit infirmum animo accelerandi mortem, vt liberet eũ anguſtijs mortis; nam per homicidam voluntarium indiſpenſabile intelligi videtur, quod animo crudeli, vel inimico fit, *Auila ſupra dub. 5. in fine contra Henriquez.*

6 Prælati Eccleſiaſtici, eorumque Officiales irregularitatem non incurrunt ſecuta morte rei, ſi reum velut incorrigibilem ſeculari poteſtati tradant, poſteaquam officio ſuo in proprio tribunali functi fuerunt, *Medin. in ſumma lib. 1. cap. 11. §. 10. Henriq. lib. 14. cap. 12. num. 5. in commentar. littera O.*

7 Poteſt Epiſcopus diſpenſare cum Sacerdote, qui occultum homicidium commiſit, vt celebret, ſi neceſſitas abſoluta id poſtulet ad vitandum infamiam, &c.

nec

nec ſit facilis recurſus ad Papam, *Auila ſupra illa par. 7. diſp. 6. ſect. 5. dub. 3. concluſ. 1. ante verſ. ſecunda concluſio.* In hoc caſu Epiſcopus non tollit abſolutè, ſed ſuſpendit eius effectum, donec à Papa diſpenſatio impetrari poſſit.

8 Attento ſtilo Curiæ Romanæ, & verbis *Trident. ſeſſ. 24. cap. 6. de reform.* Epiſcopus non diſpenſat ſuper irregularitate ex iuſto homicidio voluntariè facto in bello iuſto cum armis, vel in pace condemnando iuſtè aliquem ad mortem, vel condemnationem iuſtam exequendo, vel defendendo proximum, vel quouis alio modo iuſto: nam *Trident.* ibi non concedit facultatem diſpenſandi in alia irregularitate, quàm in illis, quæ ex delicto eorum occulto proueniunt, *Nauar. conſ. 37. de homicid. num. 1. & 2. par. 2. lib. 5. ed. 2. Ludou. Molin. tom. 4. de iuſtit. tract. 3. diſp. 79. num. 8. Nicol. Garz. de benefic. par. 7. c. 11. num. 4.*

9 Occidens clericum inuentum cum vxore, vel conſanguinea in primo gradu coniuncta in actu carnali, ſi in continenti illum occidat, non eſt per Epiſcopum cenſendus excommunicatus; ſecus ſi ſe abſcondit ad hoc, vt clericum ad eam accedentem depræhenſum, vel poſtea remiſſo dolore occidat eum, *Nauar. conſ. 26. de ſent. excom. par. 2. lib. 5. ed. 2.*

10 Exiſtens in Eccleſia occidens iaculo, ſagitta, ſeu, &c. exiſtentem extra Eccle-

[illegible] *Abb. Couar.*
[illegible] *n.* 15. &
[illegible] *disp.* 3.
[illegible] videtur non
[illegible] conſue-
[illegible] ciuſdem
[illegible]

[illegible]

[illegible] do non
[illegible] hora.
[illegible] *Turre-*
[illegible] At in
[illegible] quam
[illegible] *religione*
[illegible] *moral.*
[illegible]

[illegible] domeſticas
[illegible] horis
[illegible] cum eo re-
[illegible] aliud
[illegible] 2.
[illegible] *celeb.*
[illegible] 7. vi-
[illegible]
[illegible]

[illegible] ordines
[illegible] perpe-
[illegible] obligatio
[illegible] illius
[illegible] *c.* 16.
n. 11.

num. 15. §. alij dicunt, videatur *Nauar. cap. 25. ſumma num. 108.* vbi videtur aliter ſentire,

4 Epiſcopi non obligantur ad horas canonicas in choro, niſi fortè certis diebus feſtis ex conſuetudine, & publica ædificatione, *Filliuc. cap. 4. quæſt. 8. num. 136. vbi ſupra, Bonacin. de horis canonicis diſput. 1. quæſtio. 3. part. 5. propoſit. 2. nu. 9.*

6 Capellaniæ non obligant ad horas canonicas, ſi prorſus ſine vlla Epiſcopi authoritate erigantur, & conſtituantur; non enim beneficij eccleſiaſtici rationem habent, *Azor. inſtitut. moral. par. 1. lib. 10. cap. 3. quæſt. 5.*

6 Beneficiarius, qui iuſta de cauſa, de licentia Epiſcopi eſt abſens ab Eccleſia, ei tamen per alterum inſeruit, non eſt liber à recitatione horarum, ex eo, quod clericus ſubſtitutus nomine ipſius eas recitet, *Azor ſupra cap. 4. q. 11. ex Ioan. Andr. Turrecremat. & cæteris in cap. Eleutherius diſtinct. 91. q. 6.*

2 Clericus, qui fructus nullos ſui beneficij abſque culpa recipit, non eſt per Epiſcopum ad horas recitandas compellendus, *Sà in aphoriſm. num. 1.* hoc eodem verbo.

Hoſpitale, vide Seminarium nu. 7.

1 EPiſcopi tanquam Apoſtolicæ ſedis delegati ius habent viſitandi hoſpitalia laicorum, non obſtante quauis exemptione, & immunitate, *Tridentin. cap. 8. ſeſſ. 22. de reform.*

2 Rationes hoſpitalis à laico etiam ſine authoritate Epiſcopi erecti deputatis quidem reddi debent, ſed Epiſcopo præſente, *Trid. ibid. cap. 9.* poteſt item Epiſcopus videre, an omnia procedant ſecundùm mentem fundatoris, ſeu teſtatoris *Abb. in cap. inter dilectos nu. 12. de donat.*

3 Hoſpitale non gaudet immunitate, ſi non fuerit Epiſcopi auctoritate conſtructum. *Sà in aphor. verb. hoſpitale nu. 1.*

4 Hoſpitale præſumitur authoritate Epiſcopi fundatum, ſi locus ab antiquo ſit in forma Eccleſiæ, vbi Sacerdotes celebrant, *Menoch. de præſumptionibus lib. 6. q. 79. num. 3. vide Felin. in cap. illud num. 5. uerſ. & pro iſtis de præſumpt.*

5 Hoſpitalia, quæ ſub immediata Regum ſunt protectione, Epiſcopi viſitare non poſſunt, *Tridentin. ſeſſ. 22. de reform. cap. 8.*

6 Epiſcopus curare maximè debet, vt hoſpitalitatis opus diligenter adminiſtretur, prout diſponit *Trid. ſeſſ. 25. de refor. c. 8.*

Po-

7 Poteſt Epiſcopus in qualibet parte anni monere, & compellere cenſuris Rectores laicos hoſpitalium ad diſpenſandum redditus hoſpitalis in dotes puellarũ, & ad alios pios vſus deſtinatos, maximè inſtantibus pauperibus, vel puellis, quæ petunt dotem, *Genuenſ. in ſua pract. Cur. Archiep. Neap. cap. 111. ed. 1.*

IEIVNIVM.

Vide Pauper n. 2.

1 POteſt Epiſcopus ex cauſa in ieiunijs per Eccleſiam indictis diſpenſare; & talia ieiunia in aliquod aliud bonum commutare. Cauſa autem ſatis ſufficiens eſt debilitas perſonæ, ſiuè proueniat ex defectu naturæ, ſiuè ex exercitio exteriori, *Abb. in rubr. de obſeruat. ieiun. n. 9.* Item magna in ieiunando difficultas, *Sà in aphor. verbo ieiunium num. 10.*

2 Ieiunia, ad quæ quis ſe obligauit ex voto, poteſt Epiſcopus commutare etiam ſine cauſa exiſtente in vouente, dummodo id, in quo fit commutatio, ſit melius, & Deo acceptius, *Abb. ibid. nu. 10. ex cap. 1. de voto.*

4 Quando accidit ieiunium in feſto principali alicuius loci, poteſt Epiſcopus propter venerationem feſti ieiunium trãſferre in diem pręcedentem, *Sylu. verb. ieiuniũ q. 7. n. 19. Abb. vbi ſupra illo nu. 10.*

Dubi-

4 Dubitans,an habeat iuſtam cauſam non ieiunandi, diſpenſationem ab Epiſcopo petere debet, vt ſit à ieiunio immunis, *Nauar. conſ. 7. de celebr. miſſ.nu.6. par. 1. lib.3.ed.2.* Quo caſu non debet Epiſcopus eſſe nimium ſcrupuloſus, & ambiguus remittendo id conſcientiæ ſubditi petentis: ſed ad ipſum ſpectat tunc diſpenſare: quãdo enim eſt cauſa dubia, tunc ipſe diſpenſando efficit iuſtam, *Caietan. 2. 2. q.147. artic.4. Nauar.c.21. ſumma nu.22. Filliuc. moral.quæſt. tract. 27. cap. 6.nu.129. p.2.*

5 Dubitans poſt factam diligentiam ſufficientem, an habeat ætatem requiſitã ad ieiunium,eſt à ieiunio immunis abſque aliqua Epiſcopi diſpenſatione, *Sanchez de matrim.lib.2, diſp.41.nu.38.*

9 Ieiunium, & feſtorum obſeruantiam poſſunt Epiſcopi populo collaudante indicere, *Nauar. conſ. 1. de conſtit. num. 31. par.1.lib. 1 ed.2.*

7 Quando à Prælatis eccleſiaſticis, vel à Papa in maximis calamitatibus, vel ob conſequendum iubileum ieiunia publica indicuntur; pueri, & adoleſcentes,qui 21. annum non compleuerunt, tenentur ieiunare, ſi gratijs, & indulgentijs in Iubileo conceſſis potiri velint, *D. Thom.2.2.q.147. art. 4. ad ſecundum, Azor. par. 1. inſtitut. moral. lib. 7, cap.17. q.2.& 3.*

Ignorantia. vide Conſtitutio num. 5. 8. *Illiteratus n.* 1. *Pœna nu.* 11.

1 IGnorantia excuſat ab excommunicatione, ſiuè lata ſit a conſtitutione Epiſcopali, ſiuè Pontificia, quamuis actus ſit iure naturali, & diuino prohibitus, *Syluest. verb. ignorantia num.* 16. *Nauar. c.*27. *ſumma num.*16. *D. Anton. & cæteri*, quos refert, & ſequitur *Toled. lib.* 1. *ſumma cap.* 8. *num.* 6. Quorum ſententiam probabiliorem eſſe affirmat.

2 Clericus, ſi ſciens ſe eſſe excommunicatum, celebret, quamuis ignoret inuincibiliter pœnam irregularitatis, incurrit in eam. *Abb. & Felin. in cap. à nobis de ſent. excommunic.* Non enim eiuſmodi pœna imponitur contra contumaces, ſicut excommunicatio, ſed contra committentes hæc, vel ſimilia delicta. Ideò hanc eſſe communem Doctorum ſententiam refert & ſequitur *Sayr. lib.* 7. *de cenſuris cap.* 9. *num.*28. vide tamen *Sanchez de matrim. lib.* 9. *diſput.*132. *nu.*17. vbi æquiorem putat oppoſitam,

3 Vbi lex ſuperioris ſufficienter promulgata eſt, ita vt ſcientes liget, obligat etiam inuincibiliter ignorantes. *Sot. de iuſt.* & *iur. lib.* 1. *q.* 1. *art.* 4. *concluſ.* 3. & alij apud *Sanchez ſupra nu.* 3.

Igno-

4 Ignorantia iuris, vel facti excuſans à mortali, excuſat ab excommunicatione, irregularitate, ſuſpenſione, & interdicto, & alijs pœnis, ſiuè ſtatuatur Epiſcopi, ſiuè Pontificis conſtitutionibus. *Bannes Pe. à Nauar.* & alij, quos refert, & ſequitur *Sãchez ſupra num. 29. & ſeq.* fauet *Auila de cenſuris par. 2. cap. 5. diſput. 5. dub. 10. concluſ. 1.*

5 Nulla iuris, aut facti ignorantia excuſat hominem habentem vſum rationis à pœna iuris, quæ incurritur non propter peccatum, ſed propter aliquam iuſtã cauſam ſtatuitur, prout eſt irregularitas ex bigamia, interdictũ, indignitas ad Sacerdotium, &c. *Caſtro lib. 2. de lege pœnali c. 14.* paulo poſt princ. *& §. prima principalis concluſio*, & alij apud *Sanchez ſupra numero 15.*

6 Ignorantia non excuſat à tranſgreſſione legis eum, qui iuſtè credit eam in Curia publicatam fuiſſe. *Nauar. conſ. 1. de conſtit. num. 1. par. 1. lib. 1. ed. 2.*

Illegitimus, vide Familiaris triennalis num. 6. Filius num. 2. 4. 6.

1 CVm illegitimè natis diſpenſat Epiſcopus in minoribus ordinibus tantùm, & beneficio ſine cura, *c. 1. de filijs presbyter. in ſexto, & ibi gloſſ. in verbo*

per

per ſedem, Archidiacon. Hoſtienſ. & alij apud *Sayr. de cenſuris lib.6. c.11.n.8.* Non tamen illis poſſet conferre beneficium in eccleſia, in qua illorum genitor miniſtrauit, *Trident. ſeſſ. 25. de reformat. cap. 15.* Hæc autem diſpenſandi facultas conceditur Epiſcopo reſpectu cuiuſcunque illegitimi, hoc eſt, ſiuè illegitimus ſit genitus ex ſoluto, & ſoluta, ſiuè ex coniugato,& coniugata, ſiuè ex Presbytero,ſeu Religioſo, & ſoluta; *ex d. gloſ. in verbo defectum, Suarez tom.5. de cenſur. diſput. 50. ſect.5. num. 2. & Sayr. vbi ſupra.*

2 Illegitimum ad beneficium ſimplex, cui eſt annexa acceſſoriè parochialis, poteſt Epiſcopus promouere. *Gonzal. ad regul. 8. Cancellar. gloſ. 5. §. 7. nu.18.* Non tamen ad perſonatus, & dignitates,etiam ſine cura. *Melch. Lott. tom.1. de re benefic. lib. 2. q. 48. n.151. vbi nu.153.* idem cenſet de canonicatu Eccleſiæ Cathedralis.

3 Illegitimi ad Epiſcopatum ſunt inhabiles, niſi à Papa ſpeciali priuilegio diſpẽſentur, *cap. cum Vuintonienſis Eccleſia de electione, Trident. ſeſſ. 7. cap. 1. & cap. 1. §. omnes verò ſeſſ. 24. de reform.*

4 Legitimatus à Principe non ideò eſt legitimatus quantùm ad Eccleſiam, *Sà in aphor. verbo filius num.11. per gloſ. diſt.101 can. peruenit verbo tale.*

5 Poteſt Epiſcopus illegitimum diſpenſare ad Rectorias non cadentes in nomen dignitatis,& canonias, prioratuſque rurales

iudicijs, tenet poſſe Epiſcopum etiam diſpenſare cum homicida voluntario ad retinendum beneficium curatum iam obtentum, licet non ad obtinendum.

4 Item probabile eſt, poſſe Epiſcopum diſpenſare in homicidio facto cauſa defenſionis cum exceſſu moderationis; de quo *Suarez to. 5. de cenſur. diſput.46.ſect. 1. nu. 13.* circa finem; & in homicidio indirectè voluntario, vt ſi quis mulierem grauidam incautè percuſſit, & abortum procreauit, *Emanuel. Rodriquez par. 1. ſumma cap. 180. quæſt.1. ed.2. Auila de cenſuris par. 7. diſp. 6. ſect. 5. dub. 4.*

5 Item non videtur improbabile, poſſe diſpenſare cum eo, qui vertit infirmum animo accelerandi mortem, vt liberet eũ anguſtijs mortis; nam per homicidam voluntarium indiſpenſabile intelligi videtur, quod animo crudeli, vel inimico fit, *Auila ſupra dub. 5. in fine contra Henriquez.*

6 Prælati Eccleſiaſtici, eorumque Officiales irregularitatem non incurrunt ſecuta morte rei, ſi reum velut incorrigibilem ſeculari poteſtati tradant; poſteaquam officio ſuo in proprio tribunali functi fuerunt, *Medin. in ſumma lib. 1. cap. 11. §. 10. Henriq. lib. 14.cap. 12. num. 5. in commentar. littera O.*

7 Poteſt Epiſcopus diſpenſare cum Sacerdote, qui occultum homicidium commiſit, vt celebret, ſi neceſſitas abſoluta id poſtulet ad vitandum infamiam, &c.

nec

nec ſit facilis recurſus ad Papam, *Auila ſupra illa par. 7. diſp. 6. ſect. 5. dub. 3. concluſ. 1. ante verſ. ſecunda concluſio.* In hoc caſu Epiſcopus non tollit abſolutè, ſed ſuſpendit eius effectum, donec à Papa diſpenſatio impetrari poſſit.

8 Attento ſtilo Curiæ Romanæ, & verbis *Trident. ſeſſ. 24. cap. 6. de reform.* Epiſcopus non diſpenſat ſuper irregularitate ex iuſto homicidio voluntariè facto in bello iuſto cum armis, vel in pace condemnando iuſtè aliquem ad mortem, vel condemnationem iuſtam exequendo, vel defendendo proximum, vel quouis alio modo iuſto: nam *Trident.* ibi non concedit facultatem diſpenſandi in alia irregularitate, quàm in illis, quæ ex delicto eorum occulto proueniunt, *Nauar. conſ. 37. de homicid. num. 1. & 2. par. 2. lib. 5. ed. 2. Ludou. Molin. tom. 4. de iuſtit. tract. 3. diſp. 79. num. 8. Nicol. Garz. de benefic. par. 7. c. 11. num. 4.*

9 Occidens clericum inuentum cum vxore, vel conſanguinea in primo gradu coniuncta in actu carnali, ſi in continenti illum occidat, non eſt per Epiſcopum cenſendus excommunicatus; ſecus ſi ſe abſcondit ad hoc, vt clericum ad eam accedentem depræhenſum, vel poſtea remiſſo dolore occidat eum, *Nauar. conſ. 26. de ſent. excom. par. 2. lib. 5. ed. 2.*

10 Exiſtens in Eccleſia occidens iaculo, ſagitta, ſeu, &c. exiſtentem extra Eccle-

ſiam, nõ gaudet immunitate, *Abb. Couar. lib. 2. variar. reſolut. cap. 10. num. 15. & alij apud Bonacin. tom. 2. de legibus diſp. 3. q. 7. §. 4. nu.* 8. æquè probabile videtur non priuari immunitate, ſi non obſtat conſuetudo in contrarium, iuxta opin. eiuſdem *Bonac. ibide m.*

Horæ Canonicæ.

1 Epiſcopus propriè loquendo non diſpenſat ſuper recitatione horarum canonicarum, *Archidiacon. & Turrecremat. in can. Eleutherius diſtin. 91.* At in caſu occurrente poteſt dare licentiam per modum potiùs interpretationis, quàm diſpenſationis, *Suarez tom. 2. de religione lib. 4. cap. 28. num. 41. Filliuc. to. 2. moral. quæſt. cap. 9. queſt. 23. 10. nu. 304.*

2 Clericus etiam religioſus domeſticus Epiſcopi poteſt ſe illi in perſoluendis horis canonicis coaptare, & eaſdem cum eo recitare; nec ad dicendum aliquod aliud tenebitur, *Sylu. verbo hora canonica nu. 2. verſ. quartum, ex clement. dignum de celeb. miſſ. Sà in aphoriſm. eodem verbo nu. 7.* videatur extrauag. Pij V. incip. *Quod à nobis*, quæ videtur obſtare.

3 Epiſcopus non poteſt dare ordines minores cum obligatione aliquid perpetuò recitandi; at vbi fuerit talis obligatio conſuetudine introducta, poterit ad illius obſeruationem cogere, *Suarez ſupra c. 16. nu. 15.*

num. 15. ¶. *alij dicunt*, videatur *Nauar. cap. 25. ſumma num. 108.* vbi videtur aliter ſentire,

4 Epiſcopi non obligantur ad horas canonicas in choro, niſi forte certis diebus feſtis ex conſuetudine, & publica ædificatione, *Filliuc. cap. 4. quaſt. 8. num. 136. vbi ſupra, Bonacin. de horis canonicis diſput. 1. quaſtio. 3. part. 5. propoſit. 2. nu. 9.*

6 Capellaniæ non obligant ad horas canonicas, ſi prorſus ſine vlla Epiſcopi authoritate erigantur, & conſtituantur; non enim beneficij eccleſiaſtici rationem habent, *Azor. inſtitut. moral. par. 1. lib. 10. cap. 3. quaſt. 5.*

6 Beneficiarius, qui iuſta de cauſa, de licentia Epiſcopi eſt abſens ab Eccleſia, ei tamen per alterum inſeruit, non eſt liber à recitatione horarum, ex eo, quod clericus ſubſtitutus nomine ipſius eas recitet, *Azor ſupra cap. 4. q. 11. ex Ioan. Andr. Turrecremat. & cæteris in cap. Eleutherius diſtinct. 91. q. 6.*

2 Clericus, qui fructus nullos ſui beneficij abſque culpa recipit, non eſt per Epiſcopum ad horas recitandas compellendus, *Sà in aphoriſm. num. 1.* hoc eodem verbo.

Hoſpitale, vide Seminarium nu. 7.

1 EPiſcopi tanquam Apoſtolicæ ſedis delegati ius habent viſitandi hoſpitalia laicorum, non obſtante quauis exemptione, & immunitate, *Tridentin. cap. 8. ſeſſ. 22. de reform.*

2 Rationes hoſpitalis à laico etiam ſine authoritate Epiſcopi erecti deputatis quidem reddi debent, ſed Epiſcopo præſente, *Trid. ibid. cap. 9.* poteſt item Epiſcopus videre, an omnia procedant ſecundùm mentem fundatoris, ſeu teſtatoris *Abb. in cap. inter dilectos nu. 12. de donat.*

3 Hoſpitale non gaudet immunitate, ſi non fuerit Epiſcopi auctoritate conſtructum. *Sà in aphor. verb. hoſpitale nu. 1.*

4 Hoſpitale præſumitur authoritate Epiſcopi fundatum, ſi locus ab antiquo ſit in forma Eccleſiæ, vbi Sacerdotes celebrant, *Menoch. de præſumptionibus lib. 6. q. 79. num. 3. vide Felin. in cap. illud num. 5. verſ. & pro iſtis de præſumpt.*

5 Hoſpitalia, quæ ſub immediata Regum ſunt protectione, Epiſcopi viſitare non poſſunt, *Tridentin. ſeſſ. 22. de reform. cap. 8.*

6 Epiſcopus curare maximè debet, vt hoſpitalitatis opus diligenter adminiſtretur, prout diſponit *Trid. ſeſſ. 25. de refor. c. 8.*

Po-

7 Poteſt Epiſcopus in qualibet parte anni monere, & compellere cenſuris Rectores laicos hoſpitalium ad diſpenſandum redditus hoſpitalis in dotes puellarũ, & ad alios pios vſus deſtinatos, maximè inſtantibus pauperibus, vel puellis, quæ petunt dotem, *Genuenſ. in ſua pract. Cur. Archiep. Neap. cap. 111. ed. 1.*

IEIVNIVM.

Vide Pauper n. 2.

1 POteſt Epiſcopus ex cauſa in ieiunijs per Eccleſiam indictis diſpenſare; & talia ieiunia in aliquod aliud bonum commutare. Cauſa autem ſatis ſufficiens eſt debilitas perſonæ, ſiuè proueniat ex defectu naturæ, ſiuè ex exercitio exteriori, *Abb. in rubr. de obſeruat. ieiun. n. 9.* Item magna in ieiunando difficultas, *Sà in aphor. verbo ieiunium num. 10.*

2 Ieiunia, ad quæ quis ſe obligauit ex voto, poteſt Epiſcopus commutare etiam ſine cauſa exiſtente in vouente, dummodo id, in quo ſit commutatio, ſit melius, & Deo acceptius, *Abb. ibid. nu. 10. ex cap. 1. de voto.*

4 Quando accidit ieiunium in feſto principali alicuius loci, poteſt Epiſcopus propter venerationem feſti ieiunium tráſferre in diem prçcedentem, *Sylu. verb. ieiunij q. 7. n. 19. Abb. vbi ſupra illo nu. 10.*

Dubi-

4 Dubitans,an habeat iuſtam cauſam non ieiunandi, diſpenſationem ab Epiſcopo petere debet, vt ſit à ieiunio immunis, *Nauar. conſ. 7. de celebr. miſſ.nu.6. par. 1. lib.3.ed.2.* Quo caſu non debet Epiſcopus eſſe nimium ſcrupuloſus, & ambiguus remittendo id conſcientiæ ſubditi petentis: ſed ad ipſum ſpectat tunc diſpenſare: quãdo enim eſt cauſa dubia, tunc ipſe diſpenſando efficit iuſtam, *Caietan. 2. 2. q. 147. artic.4. Nauar.c.21. ſumma nu.22. Filliuc. moral.quæſt. tract. 27. cap. 6.nu.129. p.2.*

5 Dubitans poſt factam diligentiam ſufficientem, an habeat ætatem requiſitã ad ieiunium,eſt à ieiunio immunis abſque aliqua Epiſcopi diſpenſatione, *Sanchez de matrim.lib.2, diſp.41.nu.38.*

9 Ieiunium, & feſtorum obſeruantiam poſſunt Epiſcopi populo collaudante indicere, *Nauar. conſ. 1. de conſtit. num. 31. par.1.lib. 1 ed.2.*

7 Quando à Prælatis eccleſiaſticis, vel à Papa in maximis calamitatibus, vel ob conſequendum iubileum ieiunia publica indicuntur; pueri, & adoleſcentes,qui 21. annum non compleuerunt, tenentur ieiunare, ſi gratijs, & indulgentijs in Iubileo conceſſis potiri velint, *D. Thom.2.2.q.147. art. 4. ad ſecundum, Azor. par. 1. inſtitut. moral. lib. 7, cap.17. q.2.& 3.*

Igno-

Ignorantia. vide Conſtitutio num.5. 8. Illiteratus n.1. Pœna nu. 11.

1 IGnorantia excuſat ab excommunicatione, ſiuè lata ſit a conſtitutione Epiſcopali, ſiuè Pontificia, quamuis actus ſit iure naturali, & diuino prohibitus, *Syluest. verb. ignorantia num. 16. Nauar. c.27. ſumma num.16. D. Anton. & cæteri*, quos refert, & ſequitur *Toled. lib. 1. ſumma cap. 8. num. 6.* Quorum ſententiam probabiliorem eſſe affirmat.

2 Clericus, ſi ſciens ſe eſſe excommunicatum, celebret, quamuis ignoret inuincibiliter pœnam irregularitatis, incurrit in eam. *Abb. & Felin. in cap. à nobis de ſent. excommunic.* Non enim eiuſmodi pœna imponitur contra contumaces, ſicut excommunicatio, ſed contra committentes hæc, vel ſimilia delicta. Ideò hanc eſſe communem Doctorum ſententiam refert & ſequitur *Sayr. lib. 7. de cenſuris cap. 9. num.28.* vide tamen *Sanchez de matrim. lib.9. diſput.132. nu.17.* vbi æquiorem putat oppoſitam,

3 Vbi lex ſuperioris ſufficienter promulgata eſt, ita vt ſcientes liget, obligat etiam inuincibiliter ignorantes. *Sot. de iuſt. & iur. lib. 1. q. 1. art. 4. concluſ. 3.* & alij apud *Sanchez ſupra nu.3.*

Igno-

4 Ignorantia iuris, vel facti excuſans à mortali, excuſat ab excommunicatione, irregularitate, ſuſpenſione, & interdicto, & alijs pœnis, ſiuè ſtatuatur Epiſcopi, ſiuè Pontificis conſtitutionibus. *Bannes Pe. à Nauar.* & alij, quos refert, & ſequitur *Sãchez ſupra num. 29. & ſeq.* fauet *Auila de cenſuris par. 2. cap. 5. diſput. 5. dub. 10. concluſ. 1.*

5 Nulla iuris, aut facti ignorantia excuſat hominem habentem vſum rationis à pœna iuris, quæ incurritur non propter peccatum, ſed propter aliquam iuſtã cauſam ſtatuitur, prout eſt irregularitas ex bigamia, interdictũ, indignitas, ad Sacerdotium, &c. *Caſtro lib. 2. de lege pœnali c. 14.* paulo poſt princ. *& §. prima principalis concluſio*, & alij, apud *Sanchez ſupra numero 15.*

6 Ignorantia non excuſat à tranſgreſſione legis eum, qui iuſtè credit eam in Curia publicatam fuiſſe. *Nauar. conſ. 1. de conſtit. num. 1. par. 1. lib. 1. ed. 2.*

Illegitimus, vide Familiaris triennalis num. 6. Filius num. 2. 4. 6.

1 CVm illegitimè natis diſpenſat Epiſcopus in minoribus ordinibus tantùm, & beneficio ſine cura, *c. 1. de filijs presbyter. in ſexto, & ibi gloſſ. in verbo per*

per ſedem, Archidiacon. Hoſtienſ. & alij apud *Sayr. de cenſuris lib.6. c.11.n.8.* Non tamen illis poſſet conferre beneficium in eccleſia, in qua illorum genitor miniſtrauit, *Trident. ſeſſ. 25. de reformat. cap. 15.* Hæc autem diſpenſandi facultas conceditur Epiſcopo reſpectu cuiuſcunque illegitimi, hoc eſt, ſiuè illegitimus ſit genitus ex ſoluto, & ſoluta, ſiuè ex coniugato, & coniugata, ſiuè ex Presbytero, ſeu Religioſo, & ſoluta; *ex d. gloſ. in verbo defectum, Suárez tom. 5. de cenſur. diſput. 50. ſect. 5. num. 2. & Sayr. vbi ſupra.*

2 Illegitimum ad beneficium ſimplex, cui eſt annexa acceſſoriè parochialis, poteſt Epiſcopus promouere. *Gonzal. ad regul. 8. Cancellar. gloſ. 5. §. 7. nu. 18.* Non tamen ad perſonatus, & dignirates, etiam ſine cura. *Melch. Lott. tom. 1. de re benefic. lib. 2. q. 48. n. 151. vbi nu. 153.* idem cenſet de canonicatu Eccleſiæ Cathedralis.

3 Illegitimi ad Epiſcopatum ſunt inhabiles, niſi à Papa ſpeciali priuilegio diſpēſentur, *cap. cum Vuintonienſis Eccleſia de electione, Trident. ſeſſ. 7. cap. 1. & cap. 1. §. omnes verò ſeſſ. 24. de reform.*

4 Legitimatus à Principe non ideò eſt legitimatus quantùm ad Eccleſiam, *Sà in aphor. verbo filius num. 11. per gloſ. diſt. 101 can. peruenit verbo tale.*

5 Poteſt Epiſcopus illegitimum diſpenſare ad Rectorias non cadentes in nomen dignitatis, & canonias, prioratuſque rurales

les non habentes Collegium, nec curam animarum, nec poteſtatem exercendi cenſuram in aliquos, nec prærogatiuam inter alios Rectores non attenta denominatione, quæ ſonet in vocabulum dignitatis, poſtquam effectum non habeut. *Lott. ſupra nu. 152. ex Federic. de Senis conſ. 132. Ancharan.* & alijs, quos ibi refert, & ſequitur.

6 Illegitimus prima tonſura initiatus, & canonicatum adeptus, antequam Epiſcopus commiſſionem à Papa ad diſpenſandum cum illo obtentam exequeretur, eſt malè ordinatus, & malè prouiſus. *Nauar. conſ. 3. de filijs presbyter. nu. 1. par. 1 lib. 1. ed. 2.*

7 Illegitimus ſine diſpenſatione, & cum falſis dimiſſorijs promotus, poſtea à Pontifice abſolutus à dictis exceſſibus, & infamia cum ſuſpenſione ad certum tempus, poteſt eo tranſacto ſine alia diſpenſatione celebrare, *Nauar. conſ. 6. de cler. excom. num. 1. par. 2. lib. 5. ed. 2.*

8 Illegitimus legitimatus à ſuo Epiſcopo ad minores ordines, & ad beneficium ſimplex, beneficia talia, & ordines in omni alia Diœceſi obtinere poteſt. *Sylu. verb. legitimus q. 7. verſ. primũ, Abb. Maiol. de irregularitate*, & alij, quos refert, & ſequitur *Sayr. nu. 12.* vbi ſupra.

9 Illegitimè natus, licet non poſſit ſine diſpenſatione obtinere beneficium, *cap. 1. de filijs presbyter. lib. 6.* Penſionem tamen

refer-

reſeruatam ſuper fructibus alicuius benefi-cij, ſi aliàs ſit clericus, & ſuper clericatu diſpenſatus, rectè obtinere poteſt. *Gomeſius in regula de annali quæſt. 21. verſ. ſi verò non dantur in titulum.* Poteſt inſuper ſuccedere patri in capellania, quæ abſque Epiſcopi authoritate fundari ſolet. *Barboſ. de poteſt. Epiſc. par. 3. alleg. 65. nu. 13.*

10 Non dicitur illegitimè natus, qui naſcitur ex matre, quæ alijs præter virum ſui copiam facit. *Angel. verbo Adulterium nu. 5. Duenas in Regul. 344. in prima Ampliat. Menoch. de arb. Iud. caſu 89. nu. 20. & ſeq.* Nec qui naſcitur decimo menſe à die conceptionis. *Franc. Cremen. ſingular. 126. Socin. in l. Gallus numer. 6. ff. de lib. & poſt.*

11 Illegitimorum diſpenſatio eſt ſtricti iuris, ideò illegitimus diſpenſatus quoad ordines, non cenſetur diſpenſatus quoad beneficium; nec diſpenſatus ad dignitates Eccleſiaſticas, cenſetur diſpenſatus ad Epiſcopatũ, *Sylu. ſup. illa q. 7. verſ. quartum*; nec diſpenſatus ad Epiſcopatum cenſetur habilitatus ad Archiepiſcopatum. *Maiol. de irregularit. lib. 1. cap. 9. num. 6. ex Felin. in cap. veniens de accuſat.*

Ad hęc omnia, & ſimilia conſule *Sayr. vbi ſupra à num. 16.* vſque ad finem capituli, vbi fuſius.

Illi-

Illiteratus, vide Arbitrium nu. 3. Papa num.2.

1 EPiſcopus ita ignorans, quod neſciat decem præcepta, articulos fidei,& in generali virtutes,& vitia, & ſacramenta, ſi interrogatus in ſua ordinatione,an ſciat nouum,& vetus teſtamentum, & reſpondeat, quod ſcit, mortaliter peccat, quia pernicioſè mentitur;ſecus ſi ſciat duo teſtamenta quantum ad ea, ſine quibus officium ſuum conuenienter exercere non poteſt,licet in alijs ſit indoctus. *Sylu. verbo Epiſcopus quaſt. 4. nu. 5. Armill.* eodem verbo *num.25.*

2 Illiteratus in Epiſcopum promotus ab Epiſcopatu eſt remouendus. *cap.quamnis de atat. & qualit. & ord.praſic. Barboſ. de pot.epiſc.par. 2. alleg. 1.nu.24.*

3 Epiſcopus illitterato tonſuram conferens ab eius collatione per annum ſuſpenditur. *cap. vltim. de temp. ordin.Sayr. de cenſur. lib. 4. cap. 12. num. 18.* Dicitur autem illltteratus ad hunc effectum, qui prima grammaticæ rudimenta non didicit *Rota diuerſ. deciſ. 16. par. 2. Aloyſ. Ric.par. 7. collectanearum collect. 2892.*

4 Illiteratum poteſt Epiſcopus ad ordines promouere, ſi aliquod principium grammatices habeat, & ſpem addiſcendi in futurum oſtendat. *Rebuff. de pacificis poſſeſ.*

poſſeſſionibus num. 215. ex Cardinal. in can. illiteratos 36. diſtinct. & Alexand. in additio. ad Bartol. in l. 1. C. de dignit. lib. 12.

5 Illitteratis, ſed honeſtæ vitæ Rectoribus poteſt Epiſcopus, tanquam Apoſtolicæ ſedis delegatus, coadiutores dare, & aſſignare eis partem fructuum pro ſufficienti victu, *Trident. ſeſſ. 21. de reformat. cap. 6.*

Imago, vide Oblatio num. 4. Miraculum num. 3. 4.

1 NEmini licet vllo in loco, vel Eccleſia, etiam quomodolibet exépta vllam inſolitam ponere, vel ponendam curare imaginem, niſi ab Epiſcopo approbata fuerit, *Trident. ſeſſ. 25. de inuoc. vener. & relig. Sanctorum & ſacr. imagin.* Ad eundem Epiſcopum ſpectat imagines de nouo ponendas priùs benedicere. *Fuſcus de viſit. lib. 1. cap. 9. nu. 3.*

2 Illud in primis caueat Epiſcopus, ne quid pingatur, aut ſculpatur, quod ſcripturarum veritati, aut traditionibus, vel hiſtorijs eccleſiaſticis aduerſetur. Ne item, cuius lectio prohibetur, eius imago proponatur. Videatur *Io. Azor. par. 1. inſtit. moral. lib. 9. cap. 7. q. 3. ad finem.*

3 Epiſcopi non poſſunt dare licentiam, vt imagines viri Sancti non canonizati, nec beatificati in altari publico venerationis

tionis cauſa collocentur eo modo, quo ſtatuuntur imagines aliorum Sanctorum. At ad latus ponere ad ornatum ipſius altaris licitum eſt. *Sanchez tom. 1. decal. lib. 2. cap. 43. nu. 6. Fagundez in quinque prac. Eccleſ. prac. 1. cap. 4. num. 14. & 15.*

4 Imago Sancti depicta in pariete domus priuatæ perſonæ deſtrui non poteſt de ordine Epiſcopi, ſi populus illa non abutitur, nec eſt periculum idololatriæ At Dominus domus poteſt illam delere, & frangere, dummodo non in contemptum, *Simaanc. de cathol. inſtit. tit. 33. de imaginibus*, *Genuenſ. in prax. Archiep. Neap. c. 72. tit. de oblationib. num. 2. ed. 1.*

5 Sacras imagines deijciens, ſeu proſternens, aut qualibet alia ratione conſpurcans, ſputis fœdans, aut lacerans, grauiſſimè Iudicis arbitrio puniendus eſt, *cap. ſi canonici §. fin vbi gloſ. verbo vltrix de offic. ord. in ſexto*; &, ſi id fecerit credens eſſe ſimulacra, hæreticus iudicandus eſt. *Fuſc. de viſit. lib. 1. cap. 9. num. 8.* Conſule *Azor. ſupra q. 4.* vbi de his pluribus, ſubdens, id eſſe crimen mixti fori,

6 Imago Chriſti ſub ſola forma agni non eſt in cruce pingenda, ſed in forma humana. *cap. ſextam ſanctam ſynodum, & ibi gloſ. in verbo pro veteri de conſecr. diſt. 3.* At depingere Chriſtum in ſpecie humana, & ſub eo agnum, non eſt prohibitum, *Sylu. in verbo imago num. 3. verſ. tertium* ex eadem *gloſſ.* Item crucis ſignum in ſilice,

ce, aut marmore humi poſitis ſculpere non licet, *l. vnica C. neminilice. ſign. Sal.* At huiuſmodi lex non videtur vſu recepta; quod bene notat *Sà in aphor.* hoc eodem verbo *num.1.*

7 Oblationes ſacræ imagini factæ, poſſunt alienari de licentia Epiſcopi abſque aſſenſu Sedis Apoſtolicæ: nam huiuſmodi oblationes non veniunt nomine bonorum precioſiorũ, niſi fortè ſint vota aurea, vel argentea magni valoris. *Aloyſ. Ricc. in prax. for. Eccleſ. reſol. 88. nu. 6. Bonac. de reſtit. & contract. diſp. 3. q. 8. punct. 4. nu. 18.*

Immunitas, vide Homicidium, num. 10. *Hoſpitale nu.* 1.3.

1 Cauſæ immunitatis eccleſiaſticæ ad Iudicem Eccleſiaſticum pertinent, *cap. conqueſtus de foro competenti*, cum ibi notatis.

2 Immunitas eccleſiaſtica competit Eccleſiæ authoritate Epiſcopi fundatæ, & conſecratæ, aut ſolummodò benedictæ, etiamſi nondum in ea fuerint celebrata diuina officia, vel polluta ſit, aut interdicta, *Suarez tom. 1. de religione tract. 2. lib. 3. cap. 8. num. 6. & 9.* Imo etiam ſi diruta ſit, modò non ſit diruta authoritate Epiſcopi ſine ſpe reædificandi, *Farinac. de carcer. & carcerat. quæſt. 28. nu. 70.* quem refert.

refert, & ſequitur *Bonacin. tract. de legib. diſp. 3. q. 7. §. 2. num. 4.*

3 Nomine Eccleſiæ in hac materia non ſolùm venit interius eccleſiæ corpus, ſed etiam tota eccleſiæ fabrica; vt tectum, partes parietum exteriores, campanile, ſacriſtia eccleſiæ coniuncta, &c. *Bonacin. ibidem num. 5.*

4 Eodem immunitatis priuilegio gaudent Monaſteria cum toto clauſtro, & viridario, hoſpitalia authoritate Epiſcopi fundata. *Sylu. verbo immunitas. 1. quæſt. 1* Oratoria authoritate Epiſcopi conſtructa, & perpetuò cultui diuino dicata. Palatium Epiſcopi intra quadraginta paſſus eccleſiæ ſuæ conſtructum, *Farinac. n. 38. & Bonacin. nu. 8.* vbi ſupra.

5 Non gaudent immunitate enormia in Eccleſia, aut cæmeterio patrantes, nec publici latrones, agrorum depopulatores, aliæque facinoroſæ perſonæ comprehenſæ in conſtitut. Greg. XIV. infra citan. At iudex laicus non poteſt ab illa ſine Epiſcopi facultate eos extrahere, etiam in caſu aliàs permiſſo, niſi quando Epiſcopus talem licentiam dare recuſauerit. Imò etiam & tunc eos ſic extractos nonniſi ad carceres eccleſiaſticos conducere debet, donec per ipſum Epiſcopum, aut ab eo deputatum fuerit cognitum ſuper criminibus per extractos commiſſis, an talia ſint, vt gaudeant, vel non gaudeant immunitate eccleſiaſtica, ex conſtitut. 7. Greg.

Gregor. XIV. data anno 1591. 9 kal. Iun. incip. *Cum aliàs*, regiſtrata in Bullar. vlt. edit. par. 2. pag. 694.

6 Iudex ſecularis, ſi abſque legitima Prælati Eccleſiaſtici licentia reum inuitum extra caſus iure, vel conſuetudine exceptos, ac permiſſos à loco eccleſiaſticæ immunitatis extrahat, vel alia ratione immunitatem violet, ſacrilegium committit *can. ſacrilegium 17. q. 4. D. Thom. 2.2. q. 99. art. 2. ad tertium*; ipſoque facto incurrit eaſdem pœnas, & cenſuras, quæ contra libertatis, & immunitatis eccleſiaſticæ violatores per ſacros canones, cæteraſque Pontificias conſtitutiones ſunt promulgatæ, *ex eadem conſtitut. Gregor. XIV. §. 8.*

7 Poteſt Prælatus quandoque Iudici ſeculari eiuſmodi reum tradere, exacto priùs iuramento, vel ſimili cautione immunitatis à pœna mortis, ſeu alia corporali *cap. reum 17. quaſt. 4. Syluest. verbo immunitas 3. q. 4.*

8 Iudex Eccleſiaſticus poteſt clericos à præfatis locis ſacris extrahere cauſa diſciplinæ, etiam in illis caſibus, in quibus laici extrahi non poſſunt à Iudice ſeculari; non enim hac immunitate gaudent. *Sylu. verbo immunitas 3. q. 3. verſ. tertium, Couar. 2. variar. reſolut. cap. 20. nu. 16.* etſi aliqui in hac re non conueniant, de quibus apud *Bonac. §. 3. nu. 7.* vbi ſupra.

9 Effectus immunitatis primus eſt, vt reus capi nequeat in eccleſia. Secundus,

vt exiſtenti in loco ſacro non impediatur, ne habeat alimenta, & alia ad vitæ humanæ neceſſaria. Tertius, vt exiſtenti in loco ſacro nulla vis, aut iniuria inferatur. Quartus eſt, quandiu reus in eccleſia exiſtit, non poſſit à laica poteſtate damnari ad mortem, vel aliam pœnam corporalē. *c. inter alia de immunit. eccleſ. & ibi gloſſ. in verbo ad pœnam*, exceptis duobus caſibus, de quibus *in d. capit. & ſupra num. 5.* Quintus eſt, vt per vim ab eccleſia extractus, eidem reſtituatur. *ex Bonacin. §. 5. num. 1. loc. ſupra cit.* vbi de his fuſius.

Impedimentum, vide Gratia nu. 11. *Matrimonium num.* 5. 6. 7. 11. 15. 23.

1 OMne Canonicum impedimentum, cuius diſpenſatio ad Epiſcopum pertinet, cenſetur ſublatum, ſi Epiſcopus illud ſciens ordinauerit. *Abb. in cap. veniens de filijs presbyter. Maiol. lib. 3. de irregular. c. 24. nu. 14.* vide tamen per eundem *Abb. in cap. diuerſis fallacijs de cleric. coniugat. num. 3.* vbi id abſolutè non admittit.

2 Ob crimen occultum clericus ſecularis poteſt ab Epiſcopo impediri ab ordinum ſuſceptione, non ſecus, quàm clericus regularis à ſuo ſuperiore. Ita Sacra Congregatio *Concil. Trident. ad cap. 1. de reformat.*

reformat. ſeſſ. 14. (vbi de hac re agitur) cenſuiſſe fertur. Eſt contra *Nauar.* qui *conſil.42. de temp. ordin. nu.2. par.1. lib.1. ed.2* .tenuit *d. cap. 1*. intelligendum eſſe ſolùm de religioſis.

3 Cum plura adſunt impedimenta, poteſt ab vno peti diſpēſatio, abſque eo quod de alio fiat mentio; poteſtque poſtea ſuper alio ſeparatim impetrari alia diſpenſatio, etiamſi vna à Papa, & altera ab Epiſcopo eſſet petenda. *Nauar. conſ.8. de cognat. ſpirituali nu.2. 5. 9. par. 2. lib.4. ed. 2.*

4 Iuſtum impedimentum non adeundi ſuperiorem pro abſolutione a reſeruatis dicitur habere is, qui ire non poteſt, licet mittere valeat. *Sanchez in decal. tom. 1. lib.2. cap.13. nu. 14. ex c. quamuis de ſent. excommunicat.* (ibi) *ſiuè quolibet impedimento canonico retrahatur, quo minus Roman. Pontif. poſſit adiri.* Concordat *Nauar. cap.27. ſumma nu. 90. verſ. ad quintum.*

5 Qui per vim, vel fraudem impediuit dignum à conſecutione beneficij, vel officij, quo dignus erat, tenetur ad reſtitutionem quanti iudicio prudentis illi ea ſpes valebat: etiamſi re integra is, qui falsò collatorem informauit, ſua dicta reuocet, ecus re integra. *Leſſ. de iuſt. lib.2. cap.12. dub. 18. nu. 124. Azor. inſtit. moral. par.3. lib.4. cap.9. q. 5.*

Inceſtus, vide Debitum coniugale n.2.

1 Clericus crimen inceſtus committens deponitur ab ordinibus perpetuò. *Abb. & Doctores in cap. at ſi clerici de iudicijs*. Eſt autem inceſtus conſanguineorum, vel affinium abuſus. *can. lex illa 36.q.1.* conſule omninò *Couar. lib.4. decretal. 2. par. c.6. §. 8.n.1.* vbi optimè explicat, quomodo eiuſmodi definitio intelligenda ſit.

2 Diſpenſare poteſt Epiſcopus ſuper inceſtu, etiam maiore adulterio, quia hoc expreſſo iure ei conceditur, hoc eſt per *can. virginem*, & *can. ſi quis ſacro*, & *can. ſi qua virgo 27.q.1*. videatur *Abb. ſupra d. cap. at ſi clerici §. de adulterijs nu. 4. & 10.* vbi fuſius.

3 Coniux contrahens inceſtuoſam affinitatem, aut cognationem, vt debiti petitione in foro conſcientiæ priuetur, non deſideratur Iudicis ſententia, aut condemnans, aut ſaltem crimen declarans. *Sanchez lib.9. de matrimon. diſput. 30. num 2.* Intra quem gradum committatur inceſtus per acceſſum ad conſanguineam, docet ibi idem *Sanchez lib. 7. diſp.67. à n.10.*

4 Diſpenſationem petens ſuper infamia incurſa propter raptum, non tenetur mentionem facere de inceſtu commiſſo cum

raptu

raptu. *Nauar. conſil. 3. de raptor. n. 7. p. 2. lib. 5. ed. 2.*

Incorrigibilis.

1 Clericus etiam depoſitus non poteſt puniri per Iudicem ſecularem, niſi Eccleſiaſticus Iudex eum declaret incorrigibilem; nam Clericus depoſitus adhuc eſt de foro Eccleſiæ. *Abb. in c. Ioan. & in c. ex parte de Cleric. coniug. Petrus Foller. in Pract. Crimin. can. verbo Audiantur excuſatores nu. 41. Capic. deciſ. 112. nu. 6. & alij, quos refert & ſequitur Carol. de Graſſis in tract. de effectibus Clericatus effectu primo nu. 809.*

2 Licet requiratur ſententia declaratoria incorrigibilitatis adhoc, vt Clericus incorrigibilis per Iudicem laicum puniri poſſit, tamen ſi verè incorrigibilis exiſtat, degradatio actualis non eſt neceſſaria *Iul. Clarus in Pract. Crim. §. fin. quaſt. 36. verſ. Succeſſiue quæro*, & multi alij de quibus apud eundem *Car. de Graſſ. vbi ſupra numero 810.*

3 Clericus per Epiſcopum incorrigibilis declaratur. Primo ſi clericus reuertitur ad ſimile, vel peius delictum, de quo fuit damnatus, & ſui præſentiam non facit itaut per Epiſcopalem Curiam capi poſſit. *Sylu. hoc eodem verbo nu. 1.* & alij communiter. Secundo quando committit vnicum delictum ſi ſit ſeuum, & enorme

nam in talibus delictis non eſt neceſſaria reiteratio delictorum ad hoc, vt delinquẽs dicatur incorrigibilis. *Boerius deciſ. 69.* quem refert & ſequitur *Iul. Clar. vbi ſup. verſ. Quaro modò*. Tertio quando Clericus non incedit in habitu, ſi trina monitio præceſſerit. *Boſſius in titulo de foro compet. nu. 131. Salzedo in addit. ad Pract.* Diaz. *cap. 141. littera A.* Ad hæc omnia conſule *Carol. de Graſſ. ſupracit. à nu. 798.* vbi de his pluribus.

Indulgentia, vide Eccleſia nu. 11. *Parochus n. 5.*

1 INdulgentias concedendi poteſtas penes Epiſcopum eſt iure communi, & ordinario; at penes Papam eſt iure diuino à Deo proximè accepta. *Azor. inſtit. moral. par. 2. lib. 3. cap. 54. q. 2. Barboſ. de poteſt. epiſc. par. 3. alleg 88. n. 8.*

2 Inferior Epiſcopo non poteſt iure proprio concedere indulgentias, neque Capitulum ſede vacante *Filliuc. tom. 1. quaſtion. moral. tract. 8. cap. 4. q. 6. Dico ſecundo:* At ex ſpeciali conceſſione, vel alia legitima cauſa poſſunt. *cap. accedentibus*, vbi *gloſ. & alij de exceſſ. Pralat.* videatur *Azor. ſupra cap. 37. quaſt. 9.* vbi probabilius putat, poſſe Capitulum illas concedere.

3 Epiſcopus reſpectu ſuorum ſubdito-

rum

rum indulgentias temporales concedendi poteſtatem, non ſolùm ſuo Vicario; verùm etiam clerico demandare poteſt, Laico nullo modo. *Filliuc. ſupra quæſt. 8. num. 98. & 102.*

4 Epiſcopus non conſecratus, aut ordinatus, dummodò ſit electus, & confirmatus, indulgentias temporales concedere poteſt, videlicet 40. dierum, & in dedicatione Eccleſiæ vnius anni: poteſtas enim hæc non ordinis, ſed iuriſdictionis eſt *Suarez tom. 4. diſp. 55. ſect. 3. §. vltimo dub. poteſt, Barboſ. ſupra nu. 6. 10. & 14.*

5 Epiſcopus excommunicatus denuntiatus, non poteſt indulgentias concedere; caret enim vſu iuriſdictionis; ſecus ſi non ſit denuntiatus, vel ſi in peccatō mortali exiſtat, quia his caſibus non tollitur iuriſdictio, nec grauiter peccat Epiſcopus illam exercendo; actus enim iuriſdictionales, per ſe loquendo, etiam cum peccato mortali licitè exerceri poſſunt. *Bonacin. de indulgentijs diſput. 6. punct. 3. propoſ. 2. num. 8. & 9. tom. 1.*

6 Archiepiſcopus per totam ſuam Prouinciam, & Archiepiſcopatum poteſt concedere indulgentias ſibi taxatas *in cap. cum ex eo de pœnitent. & remiſſ. cap. noſtro eodem titulo, Stephan. Quaranta verbo Archiepiſ. authoritas ver. 31.*

7 Epiſcopus etiam extra ſuam Diœceſim poteſt ſubditis ſuis indulgentias concedere, quia eſt actus voluntariæ iuriſdi-

ctionis Videatur *Suarez ſupra diſp. 49. ſect. 3. nu. 9. & infra verbo iuriſdictio.*

8 Si Epiſcopus concedendo indulgentias excedat numerum dierum à iure ſibi taxatum, quoad exceſſum indulgentia corruit; valet verò quoad facultatem ſibi conceſſam à iure, *Azor. ſupra cap. 55. q. 6. Reginal. in prax. for. pœnit. lib. 7. nu. 120.*

9 Epiſcopus, qui generaliter indulgentiam concedit, poteſt eandem ſibi lucrari adimpletis ijs, quæ mandantur; non enim debet eſſe inferioris conditionis, quàm cæteri ſubditi. *D. Thom. 4. diſt. 1. art. 5. q. 4. Filliuc. ſupra cap. 6. q. 2. nu. 131.*

10 Epiſcopi viuis tantùm, non etiam defunctis indulgentias concedere poſſunt. *Suarez ſupra illa diſputat. 55. ſect. 2. nu. 9.* Solùm enim permiſſum eſt eis ſubditis ſuis illas concedere. *cap. quod autem de pœnitent. & remiſſ.*

11 Ad obtinendam indulgentiam conceſſam viſitantibus quinque Altaria intrà aliquam eccleſiam exiſtentia, ſufficit in ea ad illa ſe orando conuertere ex eodem loco *Bonacin. de Sacram. diſp. 6. q. 1 punc. 5. nu. 25. ex Sà in Aphor. verbo. Indulgentia num. 6. Graff. de Indulg. c. 5. nu. 14. & alijs.*

Inha-

Inhabilitas, vide Penſio. num. 6.

1 INhabilis conficiens, & miniſtrans Sacramenta, poteſt ab Epiſcopo(nō obſtante exemptione,& quocunque priuilegio) corrigi, & puniri. *Nauar. conſ. 8. de priuil. nu. 2. par. 2. lib. 5. ed. 2.*

2 Inhabilitare non poteſt inferior Papa ſuo ſtatuto aliquem ad id,ad quod iure communi eſt habilis. *Nauar. conſ. 26 de regul. num. 4. par. 1. lib. 3. ed. 2.*

3 Inhabilis quis iudicandus eſt ad beneficia, ſi talis reperiatur tempore præſentationis: nec prodeſt habilitas, ſi ſuperueniat. *Barboſ. de poteſt. epiſc. par. 3. alleg. 72. num. 104.* Nam in beneficijs attenditur capacitas clerici tempore præſentatiōnis *Aloyſ. Ricc. in prax. for. eccl. reſol. 265. num. 3.*

4 Perſonæ inhabilitas non dicitur ſanata per diſpenſationem generalem, niſi de inhabilitate ſit dictum in ſpecie, *Feder. de Senis conſil. 298. num. 2.*

Iniuria.

1 QVando laici litigantes coram Iudice Eccleſiaſtico ſe ipſos contumelijs,& iniurijs afficiunt, vel ſi immoderatè, & exceſſiuè loquantur, vel

aliud delictum perpetrant, puniri ab eo extraordinariè poſſunt ratione contemptus, ac perturbationis. *Segura in direct. Iudic. eccleſ. 2. par. cap. 6. num. 11. Salzed. in addit. ad Diaz cap. 96. verbo non poteſt puniri, verſ. pari ratione.*

2 Iniuria facta Epiſcoporum conſanguineis propter ipſos Epiſcopos, cenſetur facta Epiſcopis. *Felin. in cap. Eccleſia ſancta Maria de conſtit. num. 92. verſ. ſed ad iſtud de vulnerante.*

Inquiſitio, vide Hæreſis. nu. 1. 6. 8.

1 Contra Epiſcopos hæreticos, neque priuati, neque etiam generales inquiſitores procedere poſſunt, niſi eis expreſsè à Sede Apoſtolica concedatur, *cap. Inquiſitores de hæretic. in ſexto, Emericus lib. 3. director. q. 27.*

2 At quando vnus Inquiſitorum hæreticus reperitur, Epiſcopus, aut alius Inquiſitor poteſt aduerſus eum procedere, eumque comprahendere. *Ludou. Molin. to. 5. de iuſtit & iur. tract. 5. diſp. 28. nu. 21.*

3 Epiſcopus ſine Inquiſitore, & Inquiſitor ſine Epiſcopo procedere de iure communi poteſt aduerſus hæreticos, eos inquirendo, in ius vocando, & alia efficere. *Ludou. Molin. ibidem num. 21.*

4 Epiſcopi, & Inquiſitores ius habent inqui-

inquirendi in eos, qui Religioſorum inſtitutum, & regulam, quam ſunt profeſſi, deferentes, publicè matrimonium contrahunt. *Azor. inſtit. moral. par. 1. lib. 8. c. 21. q. 10.* idemque dicendum eſt de clericis ſacris ordinibus initiatis ſe matrimonio copulantibus. *Azor. ibidem q. 11.* & de ijs, qui è chriſtianis ad iudæos tranſeunt, nec non de eorum fautoribus. *cap. contra chriſtianos de hæretic. in ſexto.*

5 Epiſcopi abutentes officio Inquiſitorum in cauſis fidei, ſuſpenſi ſunt ab officio per triennium *clement. 1. §. verùm. de hæretic.* conſule *Nauar. cap. 27. ſumma n. 100. & Sayr. de cenſuris lib. 4. cap. 12. n. 50.* vbi docent, quì in hac parte dicantur eiuſmodi officio abuti.

Inſtitutio.

1 DVm Princeps ſecularis ex priuilegio ſedis Apoſtolicæ Epiſcopos nominat, Romanus Pontifex, non alius, illos inſtituit, *Azor par. 2. inſtit. moral. lib. 3. cap. 29. q. 1. in fine.*

2 Inſtituendi facultas poteſt ab Epiſcopo ſpecialiter delegari, etiam ante vacationem, *Io. Andr. & Dominic. in cap. ſi confirmationem de elect. in 6.*

3 Culpa Epiſcopi, malè inſtituentis, patronis non nocet. *Rota in vna Romana iurispatron. 14. Octobr. 1589. coram Robuſterio, Seraphin. deciſ. 1238.*

4 Inſtitutio ab Ordinario facta ſpreto patrono, infra tempus datum ad præſentandum, nulla eſt ipſo iure. *Abb. in cap. Bertholdus de re iudic. nu. 13. & ibi Felin. nu. 8.* At ſi patronus infra tempus datum ad præſentandum non contradicit, prouiſio ab Ordinario facta tenet, *Card. in clement. 1. de ſupplend. negligent. Prælat. Abb. num. 7. Felin. num. 10. d. cap. Bertholdus, Rebuff. in prax. 3. par. ſignaturæ in verbo necnon iuriſp. num. 52.* & alij apud *Garz. de benefic. par. 5. cap. 9. à num. 231.*

Interdictum, *vide* Cœmeterium *num. 2. Suſpenſio num. 16.*

1 VNiuerſitas faciens, vt capiatur, percutiatur, in exilium mittatur ſuus Epiſcopus, ipſo facto interdicitur, *clement. 1. de pœnis, Nauar. cap. 27. ſummæ num. 169.*

2 Epiſcopus poteſt interdictum à ſe poſitum, in totum, vel ex parte ſuſpendere: ſecus ſi à Papa tanquam ab homine. *Auila de cenſuris par. 5. diſp. 6. dub. 4. Armill. verbo interdictum nu. 3.*

3 Epiſcopus non poteſt dare licentiam celebrandi in eccleſia interdicta. *Armil. ibidem num. 35. ex Hoſtienſ. in cap. ad hæc quoniam de appellat.* Neque vt durante interdicto quis poſſit (etiam ianuis clau-

ſis)

ſis) ſacro intereſſe. *Nauar. conſ. 18. de pœnitent. & remiſſion. num. 16. par. 2. lib. 5. ed. 2.*

4 Interdictum iuris, quod non eſt ad certum tempus, nec eſt reſeruatum, poteſt Epiſcopus ceſſante cauſa relaxare, & quiuis Prælatus quantùm ad ſubditos. *Sà in aphor. verbo interdictum nu. 9. Toled. lib. 1. ſummæ cap. 54. num. 1.* Si verò eſt terminatum ad certum tempus, ante illud tempus relaxare illud non poteſt. *Armill. ſupra num. 38.*

5 Epiſcopo tempore interdicti, etſi videatur licere in ſua Diœceſi itinerando benedicere obuiantibus; ſolemniter tamen cum baculo, & apparatu Pontificali, & verſ. *Adiutorium noſtrum, &c.* benedicere populo non poteſt. *Sylu. verbo interdictum 5. quæſt. 4. verſ. quintum, Nauar. c. 27. ſummæ nu. 177.* Neque poteſt benedicere Abbatem, neque conſecrare calices, altaria, virgines, neque corporalia, ſeu alia ornamenta ad dicendum miſſam, neque vela Monialium. *Nauar. ibidem.* Actus tamen iuriſdictionales, quales ſunt excommunicare, ſuſpendere, interdicere, abſoluere, & alios ſimiles, exercere poteſt. *Nauar. ſupra num. 161.* & communis Doctorum ſententia, quam refert, & ſequitur *Sayr. de cenſur. lib. 5. cap. 6. num. 12.*

6 Quando Epiſcopus imponit interdictum locale, tenetur illud ſeruare, &, ſi non ſeruat, puta dando ibi ordines, incur-

rit

rit irregularitatem, ſecus ſi eſt perſonale. *Auila ſupra diſp. 1. dub. 5.*

7 Interdictum perſonale generale non compræhendit Epiſcopos. *cap. quia periculoſum de ſent. excommun. in ſex to, Auil. ſupra dub. 6.*

8 Epiſcopus, cui interdictus eſt ingreſſus Eccleſiæ, in nulla Eccleſia celebrare, vel diuina audire poteſt. *Anton. à Butr. cap. 2. nu. 3. de offic. & poteſt. Iudic. deleg. in ſexto*; nec in loco ſacro ſepeliri, *c. is cui de ſent. excommunic. in ſexto.* At extra Eccleſiam, vel in Oratorio priuato, & celebrare, & diuina audire poteſt, imò intra Eccleſiam exercere iuriſdictionem in foro exteriori, *Auila ſupra dicta par. 5. diſp. 4. ſect. 3. dub. 5. verſ. præterea.* Orare dum non celebrantur diuina officia, & dum celebrantur per eam tranſire, *Nauar. ſup. num. 170.* videantur ad hæc *Anton. à Butr. ſupra, Alterius de cenſuris tom. 2. de interdicto diſput. 7. cap 2. verſ. animaduertendum. Suarez tom. 5. de cenſuris diſputat. 35. ſect. 4. Sayr. lib. 5. de cenſuris cap. 9. nu. 16. 21. 22.* vbi de his pluribus.

9 Interdicitur Epiſcopis ingreſſus Eccleſiæ. Primò ſi præſumant in confidentiam beneficia eccleſiaſtica recipere, *vt in extrauag. 109. Pij Quarti.* Secundo, ſi extra caſus neceſſarios ingrediantur Monialium Monaſteria, *vt in extrauag. Gregor. XIII. incip. Dubijs, quæ emergunt.* Tertiò, ſi Epiſcopi doctorandi facultatem haben-

tes

tes aliquem promoueri patiantur non præmiſſa fidei profeſſione, *vt in extrauagant. Pij Quarti*. Quartò, ſi Metropolitani nō denunciant Summo Pontifici abſentiam ſuorum ſuffraganeorum, & ſuffraganei antiquiores abſentiam ſuorum Metropolitanorum, vt decernit *Trident. Synodus ſeſſ. 6. cap. 1. §. creſcente de reformat.* Quintò, ſi ſibi vſurpent ſine iuſto titulo bona eccleſiarum vacantium, *vt in cap. præſenti de offic. ordin. in ſexto & in extrauagant. vnica Ne ſede vacante.* Sextò, ſi præſumant bona Eccleſiarum &c. præterquàm in caſibus à iure permiſsis alienare, *vt in extrauagant. Ambitioſè de reb. eccleſ. non alien.* Septimò, ſi occaſione viſitationis accipiunt procurationem in pecunia & non in victualibus, *vt in cap. exigit de cenſibus in ſexto*. Octauò, ſi gloſſas annotationes &c. abſque authoritate Papæ ſuper decretis Concil. Trident. edere audeant, vt cauetur in *conſt. 73. incip. Benedict us Deus, Pij Quarti edita anno 1564. regiſtrat. in Bullar. vltim. editionis tom. 2. pagin. 104.* Nonò, ſi Epiſcopatum de manu laicæ perſonæ cum effectu ſuſcipiant, *vt in can. ſi quis deinceps 16. q. 7.* Decimò, ſi excommunicent ſine monitione canonica & præſentibus teſtibus. *cap. ſacro de ſent. excomm.*

10 Preceptum Epiſcopi factum alicui, ne celebret vſque ad certum tempus, non facit illum interdictum. *Sà ſupra nu. 5.*

Inter-

11 Interdictus ab Epiſcopo non poteſt eo præſente (etiam in mortis articulo) eo irrequiſito à ſimplici Sacerdote abſolui. *Nauar. conſ. 23. de pœnit. & remiſſ. nu. 4. par. 2. lib. 5. ed. 2.*

Interſtitia. vide Arbitrium nu. 1. 4. Familiaris triennalis num. 6.

1 NOn poſſunt conferri ordines ſacri, niſi ſeruatis interſtitijs; hoc eſt, niſi interſit anni ſpatium de vno ordine, ad alium, niſi neceſſitas, aut Eccleſiæ vtilitatis iudicio Epiſcopi aliud expoſcat. *Trident. cap. 11. ſeſſ. 23. de reform.* Videatur *Ioan. Aloyſ. Ricc. in prax. for. eccleſiaſt. reſolut.* 483.

2 Annus, de quo hic, computandus eſt de Pentecoſte ad Pentecoſten, ab vna Quadrageſima ad aliam &c. Eſt enim eccleſiaſticus, non ſolaris. *Hieronym. à Sorbo in compend. mendicant. verbo ordines ſacri verſ. circa id.*

3 Epiſcopus diſpenſat in interſtitijs nō ſolùm cum clericis ſecularibus, ſed etiam cum religioſis. *Hieronym. à Sorbo ſupra verſ. quoad ſecundum.* At cum non diœceſanis diſpenſare non poteſt, niſi hoc in dimiſſorijs expreſsè concedatur. *Barboſ. de poteſt. epiſc. par. 2. alleg. 18. nu. 9.*

4 Epiſcopus ordinans ſubditum non ſeruatis

ſeruatis interſtitijs, nullam pœnam incurrit, *Nauar. conſil. 4. num. 1. de temp. ord. edit. 2.* Ordinatus vero, etſi nullam incurrat cenſuram, grauiter tamen peccat, ſi faciat abſque licentia Epiſcopi. *Suarez de cenſuris diſput. 31. ſect. 1. nu. 43.* vide *Barboſ. ſupra num. 12.*

5 Epiſcopus cenſetur cum ordinando ſuper temporum interſtitijs diſpenſare, ſi illum ad ordines aſſumat, ſciens non elapſum anni circulum. *Abb. in cap. veniens. num. 2. & 3. de filijs presbyter. Menoch. de præſumption. lib. 2. q. 20. nu. 7.*

Irregularitas, vide Aduocatus nu. 8. Bellum num. 6. 7. Confeſſor n. 10 Delictum num. 4. Homicidium num. 6. 8. Mandatum num. 3. 4. 5. Mutilatio num. 1. 3. 4.

1 Epiſcopus poteſt diſpenſare in omnibus irregularitatibus, & ſuſpenſionibus ex delicto occulto prouenientibus, excepta ea, quæ oritur ex homicidio voluntario, & deductis ad forum contentioſum, *Trident. ſeſſ. 24. de reformat. c. 6.*

2 Hinc infertur, irregularem, quia celebrauit in excommunicatione, poſſe ab Epiſcopo diſpenſari, quando excommunicatio eſt occulta, licet celebratio ſit manifeſta. *Barboſ. de poteſt. Epiſc. par. 2. alleg. 39. num. 27.*

nu. 27. Irregularemquè occultum ob reiterationem baptiſmi, ſeù ob duos ſacros ordines, vel accolitum cum ſubdiaconatu eodem die ſuſceptos, ſeù ob adminiſtrationem in ordinibus malè ſuſceptis, ſeù ob exercitationem ordinum, quos non habebat, poſſe ab Epiſcopo pariter diſpēſari. *Barboſ. ibidem nu.* 36. 37. 41. & 43.

3 Si delictum ſit alicubi publicum, ibi verò, vbi abſolutio ab Epiſcopo petita ſit occultum, non poteſt abſolui virtute dicti *cap.* 6. *ſeſſ.* 24. Quia quod alicubi publicum eſt, ſimpliciter eſt publicum, & non occultum. *Suarez tom.* 4. *diſput.* 30. *ſect.* 2. §. *circa delegationem,*

4 Epiſcopus ex vi dictæ facultatis Tridentini *ſeſſ.* 24. *cap.* 6. diſpenſandi ſuper omni irregularitate proueniente ex delicto occulto, non poteſt diſpenſare cum milite, Iudice, accuſatore, & alijs irregularitatibus abſque delicto contractis. *Nauar. cap.* 27. *ſumma nu.* 194. *in fine, Auila de cenſuris par.* 7. *diſput.* 6. *ſect.* 5. *dub.* 1. *concl.* 3. *verſ. ex dictis.*

5 In dubio, an quis ſit irregularis, ſufficit Epiſcopi iudicium, *Sà in aphor. verbo irregularitas num.* 3.

6 Epiſcopi determinationi relinquitur, an quis ex corporis vitio, ſeu defectu ſit irregularis *Nauar. ſupra num.* 200. *verſ. ſexto dico.*

7 Epiſcopus ſuſpenſus à Pontificalibus ſit irregularis exercendo munera Pontificum,

cum, vt conferendo ordines, confirmando, Eccleſias conſecrando &c. Non autem celebrando cum ornamentis Pontificum tantùm, vt cum baculo, mitra,& id generis *Sayr. lib. 5. de cenſur. cap. 16. n. 27. & ſeq. Auila de cenſuris par. 7. diſput. 9. ſect. 2. dub. 6.*

8 Epiſcopus abſque metu irregularitatis poteſt concedere licentiam Iudici laico exhumandi corpus occiſi ab Eccleſia ad finem capiendi informationem delicti in genere. Item pulſandi campanam Eccleſiæ ad cõuocandum populum pro perſequendis malefactoribus. Item quod neceſſitatis tempore turris eccleſiæ, vel campanile incaſtelletur à laicis pro ſuſtentatione ſtatus publici; ij enim actus ex ſua natura nõ ſunt directi ad mortem *Genuen. in prax. Archiep. Neap. c. 42. num. 10. & 14.*

9 In irregularitate proueniente ex bigamia ſimilitudinaria cum virgine, poteſt Epiſcopus diſpenſare; at in proueniente ex vera, & interpretatiua, ſolus Papa diſpenſat, *Nauar. c. 27. ſumma nu. 197. in fin.*

10 Epiſcopus, vel alius eccleſiaſticus excommunicatus, ſuſpenſus, vel interdictus, qui facit coram ſe celebrare, præſtans authoritatem celebrationi, manet irregularis. *Nauar. cap. 27. ſumm. num. 244. Auila de cenſuris par. 7. diſp. 9. ſect. 2. dub. 6.*

11 Epiſcopus conferens ordines etiam minores tempore generalis interdicti à iure, vel ab homine, ſiue ab ipſomet lati, fit

irre-

irregularis, *Couar. in cap. alma par. 2. §. 3. num. 4.*

12 Epiſcopus conſecratus per ſaltum præter miſſo Diaconatu, ſeu alio ordine inferiori, ſi confert alicui illum ordinem, quem non habet, irregularis efficitur; quo caſu nec ordinatio tenet. *Suarez tom. 5. de cenſ. diſp. 42. ſect. 4. num. 9.* vbi de communi teſtatur.

13 Epiſcopus, & quiuis alius, qui iuſtè, vel iniuſtè, voluntariè concurrit ad deformationem alicuius in particulari, & practicè, dicto, conſilio, opere &c. directè, vel indirectè ſequuto effectu, manet irregularis. *toto titulo de homicid.*

14 Diſpenſatus ſuper irregularitate incurſa ex celebratione in excommunicatione incurſa duabus de cauſis, non eſt diſpenſatus ſuper irregularitate incurſa ob celebrationem in alijs excommunicationibus, in quas alijs de cauſis incidit. *Nauar. conſ. 16. de cleric. excomm. nu. 1. & 2. par. 2. lib. 5. ed. 2.*

15 Non eſt per Epiſcopum cenſendus irregularis is, qui alium percuſſit in faciem, etſi perpetuò macula maneat *Naua. conſ. 2. de homic. num. 1. par. 2. lib. 5. ed. 2.*

16 Nec degradatus etiam actualiter illam incurrit vtendo ordine, quo fuit priuatus; non enim in iure inuenitur expreſſum. Conſule *Aſtenſ. par. 2. lib. 7. tit. 10. quæſt. 5.*

17 Ordinatus presbyter ante 25. annum

non

non ſit irregularis, eo quod cum Epiſcopo ordinante concelebret in ſuſpenſione; non enim illa prima miſſa habetur in conſideratione ab eccleſia, tanquam prima miſſa ab ordinato celebrata, nec illa celebratio eſt actus diſtinctus ab ordinatione, *Henriq. de irregul. cap. 3 §. 6*,

18 Ordinatus contra prohibitionem Epiſcopi ordinantis, qui publicè mandauit, ac iuſſit, ne quis in albo non deſcriptus, ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ ordinetur, efficitur irregularis, *cap. 1. & 2. cum vtrobique notatis, de eo, qui furtiuè ordin. ſuſcepit*.

16 Conſulens homicidium non eſt irregularis ſecuto homicidio, ſi fecit, quod moraliter potuit, & debuit ad tollendum illud conſilium: nam conſilium illud non eſt cauſa merè naturalis, & phyſica neceſſitate influens: ſed eſt cauſa moralis, quæ per rationem auferri, & per liberam voluntatem impediri poteſt; ita *Suarez to. 5. de cenſuris diſputat. 44. num. 13.* vbi de communi teſtatur.

20 Irregularitas tollitur. Primò per diſpenſationem præcedente cauſa, *Auila ſupra diſputat. 10. dub. 1.* Secundò per ingreſſum religionis approbatæ quoad irregularitatem ob defectum natalium. Tertiò, per tractum temporis, vt eſt illa, quæ poſita eſt ob merum aliquem defectum conditionis requiſitæ. v. g. ob defectum ætatis, ſcientiæ, libertatis; his enim acquiſitis,

ſitis, tollitur per ſe, *Coninck de cenſur. diſput. 18. dub. 14. nu. 109.*

Iudæus, vide Diſpenſatio nu. 16. libri nu. 2.

1 IVdæi ab Epiſcopis, vel Inquiſitoribus hæreticæ prauitatis puniri poſſunt. Primò ſi negauerint, quæ circa fidem communia ſunt cum Chriſtianis, veluti vnum Deum, & æternum, Omnipotentem, Creatorem omnium &c. Secundò ſi Dæmones inuocauerint, aut eis immolauerint. Tertiò ſi quem Chriſtianum hæc docuerint, vel ad ea perduxerint. Quartò, ſi hæreticas blaſphemias dixerint. Quintò, ſi Chriſtianum à fide deuiauerint. Sextò ſi Infideles ad fidem Chriſti tranſire impediuerint. Septimò, ſi hæreticum ſcienter receptauerint, vel ei auxilium dederint. Octauò, ſi libros hæreticos, vel talmudicos, aut alios iudaicos quomodolibet damnatos tenuerint. Nonò, ſi hoſtiam ſalutarem, aut crucem, & ſimilia, vel Chriſtianos deriſerint. Decimò, ſi nutrices Chriſtianas retinuerint, vel eaſdem die, qua Euchariſtiæ Sacramentum ſumpſerint, lac in latrinas effundere coegerint. *Ex Conſtitut. 70. Greg. XIII. incip.* Antiqua Iudæorum improbitas, *regiſtrata in Bullar. vlt. edit. to. 2. pag. 452.* circa quam conſule *Azor. inſtit. Moral. par. 1. lib. 8. c. 22. q. 12.*

Iudæi,

2 Iudæi, licet in delictis eccleſiaſticis ſubſint foro Eccleſiaſtico; in delictis tamen ſecularibus ſubſunt foro ſeculari. *Abb. in cap. poſtulaſti de Iudæis & Sarac. num. 4. circa fin. Calder. conſ. 11 de iudic. & foro compet. Surdus deciſ. 133 num. 22.* In delictis verò mixti fori, locus eſt præuentioni inter Iudicem Eccleſiaſticum, & ſecularem, ſicut in cauſis chriſtianorum *Calder. vbi ſuprà, & in conſ. 2. de Iudæis, & Sarac.*

3 Iudæi ab Ordinarijs locorum ſunt compellendi accedere ad concionem, ſeù lectionem ipſis ex ſacra veteri lege faciendam iuxta *Conſtit. 92. Gregor. XIII. incip. S. Mater Eccleſ. regiſtrata in Bullar. vltim. edit. tom. 2. pag. 479.*

4 Ab ijſdem locorum Ordinarijs compelluntur ſoluere decimas prædiales, *c. de terris de Decimis, Moneta in ſuo tract. de Decimis cap. 4. nu. 36.* & alij, quos idem ibi refert, & ſequitur &, ſi totam aliquam parochiam occupauerint, emendo, quæ à Chriſtianis poſſideri ſolebant, compelluntur ſoluere dictas decimas prædiales, & omnes cenſus, & alia, quæ Chriſtiani de prædictis ſoluere tenebantur *cap. quanto, &* ibi *Abb. num. 5. de vſuris;* non tamen decimas, vel oblationes perſonales, cum non recipiant eccleſiaſtica ſacramenta, nec audiant diuina. *Sylu. hoc eodem verbo quæſt. 4. verſ. ſeptimum, Azor. ſup. lib. 7. cap. 35. q. 3. Moneta ſup. num. 38.* Hodiè

tamen

tamen Iudæi non poſſunt habere in terris Eccleſiæ bona immobilia ex *Conſtitut. iij. Pauli IV. incip. Cum nimis abſurdum* §. 2. *regiſtrata in Bullar. vlt. edit. to.* 1. *pag.* 720. *Et conſt. 6. Pij V. incip. Romanus Pontifex regiſtrata in eod. Bullar. tom. 2. pag.* 181.

5 Poſſunt Epiſcopi inquirere, & punire Iudæos, & cœteros Infideles, cum delicta committunt coram Chriſtianis, quos ad ſimilia facinora prauo ſuo exemplo excitant, *ex communi opin. quam refert, & ſequitur Azor. ſupra d. cap.* 22. *q.* 12. *verſ. Item communis eſt opinio*.

6 Principes ſeculares non agnoſcentes in temporalibus Superiorem, poſſunt, & debent compellere Iudæos, ne exigant vſuras: ſed exactas reſtituere. Quod ſi eiuſmodi Principes non faciant, compelli debent per Iudicem Eccleſiaſticum cum cenſura eccleſiaſtica. *Sylu. cum Hoſtien. & Io. Andr. hoc eod. verbo q.* 4. *verſ. Decimum.* Valde tamen probabile eſt, hos Principes non peccare, ſi in Iudæos vſuras à Chriſtianis exigentes non animaduertant, ſi ita expediat Reipublicæ: licet enim permittere mala minora ad euitanda maiora, vt apparet in meretricio, *eſt doctrina Lud. Mol. de Iuſt. & Iur. tom. 2. diſp.* 304. *circa fin. & Io. Azor. d. c.* 22. *q.* 13. *verſ. In hac quæſtione.*

7 Poteſt Eccleſia Iudæo ad Chriſtum ſeſe transferenti remittere obligationem, qua ad vſuras reſtituendas lege naturali compellitur, ſi incerti & ignoti ſint ij, qui-

bus

bus vſuræ reſtitui deberent; ſecus ſi certi & cogniti. *Azor. ſup. q. 17.*

Iudex, vide Arbitrium à num. 1. cum ſeqq. Blaſphemia num. 3. Brachium ſeculare num. 2. 3. 10. cum ſeqq. Cauſa num. 4. Delictum num. 2. 6. Immunitas n. 5. 6. 7. 9. Irregularitas nu. 8. Iuriſdictio num. 1. 3. Iuramentum num. 2. Laicus num. 1. 4. 5. 7. 8. Sententia nu. 5. 7.

1 Epiſcopus, vti Iudex Eccleſiaſticus ordinarius in ſua Diœceſi, liberam habet poteſtatem inquirendi, vlciſcendi, & iudicandi de adulterijs; de conſanguinitate inter virum, & vxorem; de hæreſi; de crimine vſurarum, ſacrilegio, ſimonia, etiam de quocunque peccato mortali, & alijs eccleſiaſticis criminibus. *cap. 1. & ibi gloſſ. verbo ſecundum quod canones de offic. Iudic. ordin.*

2 Poteſt cognoſcere de criminibus laicorum, quando crimina habent originariam prohibitionem à canonibus, & non à legibus; vel vbi reperitur à canonibus impoſita pœna etiam laicis, *vt in can. contra idolorum 26. q. 10.* & per *Abb. in c. cum ſit generale in fine de foro compet.*

3 Poteſt cognoſcere de omnibus cauſis miſerabilium perſonarum, etiam laicorum, puta de cauſis pupillorum, & viduarum pauperum; necnon cæterorum pauperum. *Abb. & cæteri Doctores in cap. ſignificantibus de offic. deleg.* inſuper & Peregrinorum *cap. ex parte de for. compet.*

4 Poteſt Iudicis ſecularis negligentiam ſupplere, eiuſque iniquam ſententiam reuocare. *cap. ex transmiſſa, cap. licet cum ſeq. de for. compet. Calder. conſ. 95. num. 5. verſ. quia tamen, aliàs primum de treгua. & pace.* Hoc procedit data negligentia Iudicis non habentis ſuperiorem, vt sũt ciuitates liberæ: at ſecus ſi plures eſſent Iudices, inferiores, & ſuperiores; quia tunc ſi Iudex inferior eſſet negligens, adeundus eſſet Iudex ſuus ſuperior, & non Eccleſiaſticus. *Colligitur ex gloſſ. in d. cap ex trãſmiſſa, & clariùs docet Foller. in addit. ad Marantam de ord. iudic. par. 4. diſtinct. 11. num. 11.*

5 Cognoſcit contra laicum, ſi ſit detentator alicuius rei eccleſiaſticæ, vel ſi feudum ab Eccleſia detinet. *Maranta ſupra nu. 6. & 8.* ſi perſeuerat in excommunicatione, *Maranta ibidem nu. 25. ex Abb. in c. grauem de pœnis.*

6 Cognoſcit de pace fracta. *Maranta ibid. nu. 15.* de reſtitutione dotis, dum cognoſcit de cauſa principali matrimonij, *cap de prudentia de donat inter virum, & vxorem, Genuenſ. in prax. Archiep. Neap. cap 27.*

cap.27.n.3.ed. 1. Dat curatorem ad litem minori laico litiganti coram ſe. *Maranta vbi ſupra num.* 13. *ex doctrina Bald. in l. fin. poſt princ. C. de adminiſt. tut. & per text. in c. fin. de iudic. lib.6.*

7 Poteſt delegare laico cauſas ciuiles, & temporales clericorum: non tamen generaliter. *Barboſ. de poteſt. epiſc. par.3. allegat. 108. nu.7.*

8 Poteſt pro tribunali ſedere, & ius dicere in quolibet loco ſuæ Diœceſis non exempto, etiam in ſua Camera, dummodò locus honeſtus ſit, & litigantes ſine magno incommodo eo loci venire poſſint. *Nauar. conſ. 2. de offic. ordin. num. 1. par.1. lib. 1. ed.2.* Non tamen in Domo laicorum illud ponere poteſt. *Cucchus inſtit. maior. lib.2. tit.6. num.120.*

9 Debitores eiuſdem rei, puta hæredes duo, quorum alter eſt clericus, & alter laicus, ambo conueniri debent coram Epiſcopo, etiamſi plures ſint laici, quàm clerici; at ſecus quando res eſt diuidua. *Maranta ſupra num.21. & 24.*

10 Iudex Eccleſiaſticus non tenetur ſtare proceſſui & ſententię Iudicis ſecularis in clerico remiſſo. *Barboſ. ſupra par. 2. alleg. 12. nu.35.*

11 Iudex Eccleſiaſticus ſtatim, quod ſcit clericum detineri per Iudicem laicum, tenetur ſub pœna periurij ex officio illum repetere, etiam ipſo clerico inuito: non enim priuilegium fori eſt datum ſingulari-

ter cuilibet clerico, ſed toti ordini clericali eccleſiaſtico. *vide Gemin. in cap. ſi Iudex laicus de ſent. excomm. in 6. & fuſiùs per Aloyſ. Ricc. in prax. aurea reſolut. 475.*

12 In cauſis iudicialibus, ſi propria authoritate poſſit fieri executio realis, vel perſonalis, abſtineat à cenſuris eccleſiaſticis, tàm in procedendo, quàm in definiendo; ſed mulctet. *Trid. ſeſſ. 25. de reform. cap. 3.*

13 Non poteſt pro aſſeſſore petere ſalarium, quia ipſe tenetur ſcire canones, de quibus agitur coram eo; ideò, ſi neſcit, prouideat de ſuo. *Armill. verbo Iudex num. 10.*

14 Epiſcopus poteſt, vt ordinarius, cognoſcere de cauſa inter Archiepiſcopum, & ſubditum Epiſcopi; non autem tanquam delegatus. *Abb. in cap. accedens il primo vt lite non conteſt. num. 21. verſ. nam poteſt;* quod limita, *vt per Felin. ibid. n. 8.*

15 Epiſcopus poteſt eſſe arbiter, ſeu arbitrator in cauſa ſuæ Eccleſiæ. *Abb. cap. cum olim de præſcript. 5. notabili, Felin. ibid. num. 2.*

16 Si quæſtio ſpiritualis incidat coram Iudice ſeculari, ſuperſedere is debet in cauſa principali, donec incidens coram Iudice eccleſiaſtico terminetur. *Abb. in cap. lator, qui filij ſint legitimi num. 3.* Poſtea verò remittenda eſt cauſa ad ſecularem Iudicem, qui eam inchoauit, *vt idem ait num. 5.*

Iudex

17 Iudex Eccleſiaſticus ordinarius, aut delegatus contra iuſtitiam, vel conſcientiam faciens aliquid in grauamen partis per gratiam, vel pretium, incurrit ſuſpēſionem annalem ipſo iure, condemnandus inſuper parti læſæ; &,ſi medio illo tempore celebrat,manet perpetuò ſuſpenſus, niſi Papa cum ipſo diſpenſet. *cap. 1. de ſent. & re iudic. in 6.*

18 Iudex ſupplere poteſt de iure, & de facto, quæ aduocati omittunt. *cap. bona memoria il primo de poſtul. Pralat. vbi gloſ. id notat.*

19 Iudex in diuerſitate opinionum circa ius litigantium, probaliorem opinionem in ſententiando ſequi debet. *Caiet. verbo Opinio, Sanchez in Decal. lib. 1. cap. 9. n. 47. Vinc. Filliuc. tom. 2. qq. Moral. tract. 21. c. 4. num. 144.* Quando verò vtraque opinio eſt æquè probabilis, integrum eſt Iudici quam maluerit opinionem eligere, & ſecundùm eam iudicare; imo, ceſſante ſcandalo, nunc in vna cauſa, ſecundùm vnam, in altera verò ſecundùm aliam. *Manuel. Rodriqu. prima par. ſum. in 2. ed. c. 6. n. 1. concluſ. 1. Sayr. in Claui Reg. lib. 1. c. 11. à num. 4. Sanchez ſupra nu. 45. & alij.*

Iuramentum, vide Alienatio num. 3.

1 EPiſcopus poteſt diſpenſare in iuramentis non reſeruatis Papæ ex

lege, vel conſuetudine. *Sà verbo iuramentum num. 33.*

2 Epiſcopus, vti Iudex eccleſiaſticus, cognoſcit de validitate iuramenti, quando coram Iudice ſeculari vertitur dubium, vtrùm liget, vel non. *Rob. Mar. de ord. iudic. par. 4. diſt. 11. num. 17. vide D. Thom. 2. 2. q. 87. art. 9. ad tertium.*

3 Epiſcopus non poteſt in viſitatione generali exigere iuramentum ad effectum, vt quis deponat quicquid ſcit de vita clericorum, & quæ ſint corrigenda; ſed in ſpeciali ſic, vt quando inquirit contra aliquem infamatum. *cap. Romana §. ſanè de cenſibus in 6. Genuenſ. in prax. Archiepiſc. Neap. cap. 21. num. 6. ed. 1.*

4 Sine ſpeciali Epiſcopi mandato non poteſt Vicarius deferre iuramentum purgationis canonicæ, *Sbroz. lib. 2. de vicario epiſc. q. 167. in fine.*

5 Epiſcopus diſpēſat in iuramento promiſſorio, ſi iuſta ſubſit cauſa. Item in iuramento dolo, vi, aut metu facto, etiam ſi metu coactus quis ſit ad iurandum ſe facturum id, ad quod aliàs tenebatur. *Sanchez lib. 1. de Matrim. diſp. 32. num. 15. ex Hoſtien. in c. ad noſtram* el 3. *ſuper verbo tale fuit de Iureiur. vbi Innoc. nu. vnico, Io. Andr. nu. 5. Abb. nu. 3. & alij.* Item in iuramento, quod turpe eſt ex parte eius, cui iuratum eſt. *Innocent. & Abb. in cap. 1. de iureiur. Azor. inſtit. moral. par. 2. lib. 3. cap. 51. q. 2.* Item in iuramento, quod

non

non eſt proficuum, vel eſt dubium ſi ſit licitum, vel illicitum, vt per Doctores *in cap. 1. de iureiurando.*

6 Epiſcopi, & cæteri clericali ordine inſigniti immunes ſunt ab onere præſtandi iuramentum calumniæ. *Carolus de Graſſis de effectibus clericalibus effect. 24. Valer. Regin. in prax. for. pœnit. lib. 18. num. 103.*

7 Clericus in cauſa Eccleſiæ ſuæ iuramentum calumniæ poteſt alteri committere, & per ſe iurare non cogitur, nec debet ſine Epiſcopi licentia *cap. 1. de iuramento calumniæ.*

8 Epiſcopus, qui iurauit non alienare inconſulto Romano Pontifice, ſi impetrat à Papa licentiam non facta mentione de iuramento, valet impetratio. At, ſi iurauit non alienare ſine licentia Metropolitani, ſi impetrat à Papa licentiam alienandi non facta mentione iuramenti, non valet licentia. *Felin. in cap. conſtitutus de reſcrip. num. 5.*

9 Epiſcopi, & Sacerdotes debent iurare ſuper pectus, *Armill. verbo teſtis num. 9.*

10 Epiſcopi, & alij Prælati, aut Canonici, qui prætextu cuiuſuis conſuetudinis pro quacunque admiſſione alicuius in aliquam Eccleſiam, ſeu Canonicatum, ante vel poſt eius electionem, confirmationem &c. iuramenta illicita, impoſſibilia, damnoſa, vel eccleſiaſticæ libertati, aut decretis Concilij Tridentini obuiantia

præſtant,reddunt,vel exigunt,ſunt ſuſpenſi à diuinis, & reſeruatur Papæ; *ex Conſtitut. 93. Gregor. XIII. incip. inter Apoſtolicas, regiſtrata in Bullar. vltim. edit. tom. 2. pag.* 480.

11 Iuramenrum non alienandi inconſulto ſummo Pontifice non procedit in caſu, in quo licitum eſt de iure alienare ipſo inconſulto. *cap.* 1. *de feudis, cum ibi notatis per gloſſ. & Abbat.*

12 Quando relaxatio iuramenti petitur pro ſolo conſcientię foro, ſolus Epiſcopus iurantis poteſt eam cōcedere; quia is ſolus habet in eo foro iuriſdictionem in eum. Quando relaxatio petitur in foro externo, poteſt eam concedere non ſolùm Epiſcopus iurantis, ſed etiam Iudex Eccleſiaſticus loci,in quo eſt initus contractus; quia ratione contractus ſortiuntur contrahentes in eo loco forum *Sanchez in Decal. tò. 1. lib. 3. cap. 21. num. 31. & 36.*

13 Ad iuramenti relaxationem (attenta magis communi opinione) non requiritur citatio partis, niſi quando petitur relaxatio pro foro externo, vt penitus tollatur obligatio ex iureiurando contracta; nam ſi petatur pro ſolo conſcientiæ foro, eiuſmodi citatio non eſt adhibenda, quia in d. foro ſtatur dictis iurantis. *Sanchez ſup. num. 26. ex Couar. lib. 1. var. reſol. cap. 4. num. 5. & alijs.*

14 Si iurans beneficio relaxationis iuramenti ſibi iure competenti vti nolit,poteſt

Epiſco-

Epiſcopum adire, vt compellat creditorem eiuſmodi iuramentum remittere. Poteſt etiam iudex ſecularis ad id compellere laicos, modò conſtet expreſsè, teneri creditorem illud relaxare; ſi enim dubium eſt, ſolus iudex Eccleſiaſticus erit competens, *Sanchez de Matrim. lib. 1. diſput, 32. num. 18. ex Abb. in cap. 2. de Iureiur. nu. 3. Tabien. verbo Iurare q. 20. nu. 21. & aliјs per eum ibi relatis.*

15 Iuramentum Deo præſtitum poteſt ipſemet, qui iurauit, in id, quod apertè melius eſt, commutare. *Toled. lib. 4. Sum. c. 23. num. 3. Sà in Aphor. verbo iuramentum num. 34. Sanchez in* Decal. *vbi ſupra c. 19. nu.* 9. ſecus ſi homini præſtitum ſit, nam abſque conſenſu illius, cui præſtitum eſt, nec Epiſcopus, nec Sum. Pontifex poteſt illud in melius commutare, niſi id poſtulante vrgenti cauſa boni communis. *Sanchez cap. 21. num. 3. & 4. vbi ſupra.*

Iuriſdictio, vide Capitulum num. 5. 7. 10. Coadiutor nu. 4. Delictum num. 2. 3. Iudex num. 1. cum ſeqq. Monaſterium nu. 4.

1 EPiſcopus habens iuriſdictionem temporalem in aliquo loco debet conſtituere Iudicem laicum, qui in cauſa præcipuè criminali faciat iuſtitiam. Nec incurrit irregularitatem, dum delegat in

aliquo maleficio, ſecuta pœna ſanguinis, ſi nec directè, nec indirectè illam Iudici indicet; ſed ſolùm dicat, quod faciat iuſtitiam, & quod conſulat peritos. *cap. Epiſcopus Ne cler. vel Monac. in 6. Azor. par. 3. inſtit. Mor. lib. 2. cap. 8. in fine, Armil. verbo Epiſcopus num. 24.*

2 Epiſcopus poteſt indicere bellum, ſi non agnoſcit ſuperiorem in eiuſmodi iuriſdictione; etſi ſecus ex vi poteſtatis ſpiritualis, quam habet, iuxta *Azor. inſtit. moral. par. 3. lib. 12. cap. 16. quæſt. 7. contra Sylu. Bellum. 3. q. 1.*

3 Laicus vſurpans ſibi iuriſdictionem, etiam ſecularem ad Epiſcopum, ſeu aliam perſonam eccleſiaſticam ratione dignitatis eccleſiaſticæ ſpectantem, incidit in excommunicationem Bullæ cœnæ. *Nauar. conſil. 2. de immunit. Eccleſiaſt. n. 1. par. 1. lib. 3. ed. 2.*

4 Epiſcopus voluntariam iuriſdictionem, etiam extra Diœceſim exercere poteſt; non autem contentioſam. Dicitur voluntaria; quia in ſolos ſubditos volentes exercetur, vt adoptio, emancipatio, & alij ſimiles actus, qui nullam cauſæ cognitionem, nec iudicem pro tribunali ſedentem requirunt. Dicitur contentioſa, quia inter contendentes exercetur, redditurque in inuitos, *l. 2. de offic. Proconſul. & ibi per Doctores.* De his fuſiùs per *Couar. lib. 3. variar. reſolut. cap. 20. num. 8. Rob. Mar. de ordin. iudic. par. 4. diſt. 18. num. 1. & 2.*

& 2. & per Sanchez lib. 3. de matrim. diſp. 19. num. 7. & 8. An verò Epiſcopi Romæ habitantes poſſint ibi eiuſmodi voluntariã iuriſdictionem exercere, & beneficia conferre, *idem Couar. num. 9. loco citato. diſcutit.*

5 Epiſcopus poteſt iuriſdictionem contentioſam exercere extra Diœceſim, quãdo cauſæ cognitio non vertitur, & effectus confertur in ſuam Diœceſim, *Gonzal. ad regul. 8. Cancellar. gloſſ. 62. nu. 11. ex l. fin. ff. de offic. Præfect. vrbis.*

6 Iuriſdictio Epiſcoporum eſt de iure humano, & eccleſiaſtico, illamque accipiunt immediatè à Papa. *Fagundez in quinque Eccleſiæ præcept. lib. 1. cap. 1. nu. 25. ex magis communi Doctorum ſententia & ſignanter ex D. Thom. 2. 2. q. 184. artic. 6. ad primum, ſanet Coninck de ſacrament. & cenſur. tom. 2. diſput. 8. dub. 3. num. 18. cum ſequentibus.*

7 Eo ipſo quo aliquis legitimè conſtituitur alicuius loci Epiſcopus, accipit iuriſdictionem in eos omnes, qui in eius Diœceſi commorantur. Dicuntur autem ad effectum hunc in alicuius Diœceſi cõmorari, non ſolùm ij, qui in ea habent domicilium, ſiuè qui in ea habitant animo perpetuò ibidem manendi, ſed etiam, qui in ea habitant maiore parte anni, etſi non habeant animum perpetuò manendi, vt faciunt milites in præſidijs, ſtudioſi in vniuerſitatibus &c. *Sanchez. lib. 5. de matri-*

N 6 *mon.*

mon. diſput.23. num.12. & 13. Aegidius de Conink ſupra num.21.

8 Ea, quæ ratione iuriſdictionis ordinariæ competunt Epiſcopo in Ciuitate, & Diœceſi, cui præeſt, non ceſſant ſuperueniente Legato de latere. At in eius præſentia non poteſt Epiſcopus populo benedicere ſolemniter, nec deferre veſtes, ſcilicet mozzettam ſignificantem iuriſdictionem illius ordinariam. *Gratianus deciſ. Rota Marchia 29. ex Hoſtienſ. Abb. num. 4. & Ancharan. in cap. volentes de offic. legati.* Dicitur autem præſens legatus etiamſi ſit in Ciuitate vbi Epiſcopus moratur, iuxta veriorem ſententiam, quam refert, & ſequitur *idem Gratian. num. 14. vbi ſupra.*

9 Iuriſdictio in foro interno delegata non finitur per delegantis ſuſpenſionem, aut excommunicationem, v.g. ſi Epiſcopus poſt delegationem factam excommunicetur, aut ſuſpendatur; ſecus ſi ſuſpenſio, ſeù excommunicatio delegationem antecedat. *Suarez tom. 4. diſput. 26. ſect. 3. §. rurſus à fortiori.*

10 Poteſt Epiſcopus ſua iuriſdictione inhibere virorum, & fœminarum luxus inanes, & ſuperuacaneos corporis ornatus, præſertim quibus facies deturpant, & ad libidinem prouocant, ludos, & ſpectacula inhoneſta, & turpia exterminare. *Ancharan. in cap. 1. de conſtitut. verſ. ſuper hoc membro, Azor. inſtit. moral. par. 2. lib. 3. cap. 53.*

cap. 53. q. 4. vbi *q. 3. cum Hoſtienſ. & aliſs* affirmat, poſſe Epiſcopum quibuſuis criminibus, etiam non eccleſiaſticis, peccatum tamen nutrientibus euellendis pœnas ſpirituales adijcere.

11 Iuriſdictionem duplicem habens ordinariam, & delegatam, in dubio ea videtur vti, qua magis proceſſus firmatur. *Innocent. in cap. cum ex officij de præſcript. nu. 3. vbi Felin. nu. 31. fauet Seraphin. dec. 549. num. 2.* vbi hoc idem ampliat etiamſi exprimeret ſe ordinarium, & ad validitatem proceſſus eſſet neceſſaria iuriſdictio delegata.

12 Iuriſdictio conceſſa inferiori, videtur in dubio conceſſa cumulatiuè, & non priuatiuè; vnde inter Epiſcopum, & inferiorem Prælatum eſt locus præuentioni. *Gloſſ. in cap. paſtoralis de offic. iudic. ordin. & ibi Felin. nu. 2. & ſeq.* vbi ad regulam hanc dat octo limitationes.

13 Laici poſſunt renunciare proprio foro, & ſubmittere ſe iuriſdictioni eccleſiaſticæ, & obligare ſe ad ſoluendum ſub pœna excommunicationis etiam latæ ſententiæ in regnis, in quibus id eis non eſt prohibitum. *Nauar. conſ. 56. de ſentent. excomm. nu. 2. & 3. par. 2. lib. 5. ed. 2.*

Iuſpa-

Iuſpatronatus, vide Capella nu. 6. & 7. Conſenſus num. 1. 3. 4. 6. 7. 11. Inſtitutio num. 3. 4. Patronus num. 2. 15.

1 IVſpatronatus ex fundatione, conſtructione, & dotatione acquiritur interueniente authoritate, & conſenſu Ordinarij, non aliàs. *Garz. de benefic. par. 5. cap. 9. nu. 71.* At ſufficit, quod eiuſmodi cōſenſus interueniat ex poſt facto. *Garzias ibidem par. 12. cap. 2. num. 109.* Acquiritur inſuper multiplicatis præſentationibus per tempus, quod memoriam hominum excedat. *Trident. ſeſſ. 25. de reform. cap. 9.* Item conceſſione Pontificis, vt ſi Eccleſia fuerit libera, & vt melius ab aliorum iniurijs defendatur, Pontifex adoptet illi patronum, *Leſſ. de iuſtit. & iur. lib. 2. cap. 34. dub. 5. nu. 23.* Item per ædificationem eccleſię penitùs dirutæ, ita vt de nouo conſtruatur cum conſenſu Ordinarij, indigeatque noua conſecratione. *Io. Aloyſ. Ricc. in prax. for. Eccleſ. reſol. 123. verſ. Declaratur ſextò ex gloſſ. in cap. 3. de Iurepatr.* At ex augumento dotis non acquiritur. *Ricc. vbi ſup. reſol. 150. Ad hoc vide deciſ. Rotæ in vna Firmana iuriſpatronatus 21. Februarij 1614. coram Reuerendiſs. Coccino apud Farinac. p. 2. tom. 1. deciſ. 521.*

2 Iuſpatronatus, dum in Eccleſiam, vel cum vniuerſitate, ſiuè hæreditate transfer-

tur

tur,non requirit Epiſcopi conſenſum. At ſi titulo particulari translatio fiat in laicum, vel clericum nomine proprio ſine Epiſcopi conſenſu, translatio non valet, *Abb. in cap. cum ſeculum nu. 6. de iurepatron. Barboſ. de poteſt. epiſc. par. 3. allegat. 71. n. 12. ex Mantica deciſ. 86. nu. 5. Farinac. & alijs recentioribus, quos ibi refert, & ſequitur.*

3 Licet Epiſcopus ad inſtantiam fundatoris poſſit mutare qualitatem iuriſpatronatus; hoc tamen minimè poteſt ad inſtantiam ſucceſſorum in patronatu. *Rota in Piſtor. Iuriſpatr. 31. Martij 1628. coram Merlino. Lotter. to. 1. de benef. lib. 2. q. 47. nu. 64.* Quod intellige verum, niſi neceſſitas aliud ſuadeat, *vt ibi per eundem nu. 69.*

4 Poteſt iuſpatronatus tolli in totum per Epiſcopum loci ſine conſenſu hæredum ex cauſa, puta quod adeò deprauata ſit Eccleſia, quod idonea perſona non inueniatur, quæ velit illam taliter conditionatam. *Felin. in cap. cum acceſſiſſent de conſtit. nu. 19. verſ. ſecundus caſus.* Poteſt inſuper per eundem Epiſcopum ſic tolli, quando vtilitas Eccleſiæ id poſtularet. *Felin. ibidem num. 20. verſ. tertiò reſtringitur.*

5 Interpretari voluntatem fundatoris iuriſpatronatus iam defuncti, vel pro vna vice ob cauſam rationabilem, & Eccleſiæ vtilitatem diſpenſare, ad Epiſcopum cum hæredis conſenſu pertinet. *Lambertinus de*

de iurepatron. quaſt. 6. art. 7. numer. 8.

6 Meretrix non eſt per Epiſcopum repellēda, dum inſtat de rebus turpiter quæſitis capellam dotare, & ob id iuſpatronatus ſibi acquirere, *Nauar. miſcellan. 52. num 7.*

7 Iuſpatronatus habens grauiter peccat, ſi aliquem præſentet, de cuius vita, moribus, & doctrina non ſit ſatis informatus, ſaltem per viros probos, eſſe dignum; nam Prælatus Eccleſiaſticus, qui inſtituere debet, non poteſt præſentatum repellere, niſi ferè ſit euidens eſſe indignum; hoc autem, vt euidens fiat, eſt valde difficile. *Leſſ. ſupra dicto cap. 34. dub. 12. num. 56.*

8 Iuſpatronatus Confraternitatum laicorum eſſe laicale valde probabile eſt. At quando tales confraternitates ſunt ab Epiſcopo approbatæ, probabilius eſt eſſe Eccleſiaſticum. Prima opin. eſt *Couarr. Practicar. qq. cap. 36. num. 8.* Secunda opin. eſt. *Lambert.* & aliorum, quos refert, & ſequitur. *Garzias de Benefic. par. 5. cap. 1. nu. 605. & 606. vbi num. 605.* pluribus pro conciliatione iſtarum opinionum.

Laicus

Laicus, vide Concubinarius num. 3. 4. Eleemoſyna num. 1. 6. Iudex num. 2. 3. 5. 7. 9. 11.

1 LAici fideiuſſores clericorum poſſunt conueniri coram Epiſcopo; & ab eodem carcerari, & alijs pœnis temporalibus conſtringi in cauſis coram ipſo Epiſcopo vertentibus. *Genuen. in prax. Archiep. Neap. cap. 13. num. 1. & 3. edit. 1.*

2 Laicis non debet permitti in Eccleſia vel extra ciuitatem quærere eleemoſynas pro aliqua cauſa, niſi maturè cognita per Epiſcopum. *Genuenſ. ſupra capit. 41. num. 13.*

3 Poteſt Epiſcopus prohibere laicis, ne deferant habitum, vel tonſuram clericalem. *Genuenſ. in eadem prax. cap. 55. nu. 3. allegat Dominicum, & Franchum in c. vlt. de bigamis in 6.*

4 Laicus non poteſt conſtitui Epiſcopi Vicarius in cauſis ſpiritualibus, niſi de licentia Papæ; at in temporalibus poteſt. *can. Hadrianus 63. diſt. Armill. verbo laicus num. 3. Sbroz. de vicar. epiſcop. lib. 1. q. 31. num. 13.*

5 Si plures laici fuerint inquiſiti per Iudicem ſecularem de aliquo crimine, inter quos eſt vnus clericus, qui petit ſe remitti ad Epiſcopum, poſſunt omnes alij inquiſiti laici petere ſe remitti ad Epiſcopum

pum occaſione clerici. *Felin. in cap.* 1.*col.* 4.*de præſcript.* quem refert & ſequitur *Rob. Mar. de ordin. iud. par.* 6. *num.* 394.

6 Epiſcopus non poteſt committere merè laico, vt cenſuras ferat: Papa autem ſic. *Sylu. excommunicatio.* 1. *nu.* 6. *Nauar. cap.* 27. *ſumm. nu.* 6.

7 Laici non poſſunt iuriſdictionem in clericos acquirere, quamuis clerici, vel Epiſcopi conſentiant; poſſunt tamen clerici ſecularem Iudicem tanquam arbitrum eligere in cauſa ciuili, & temporali, in qua illi parere teneantur; hoc enim nulla lege prohibitum eſt. *Sayr. in claui reg. lib.* 12. *cap.* 7. *num.* 10. *Bonacin. de legib. diſp.* 10. *q.* 2. *punct.* 1. §. 3. *propoſ.* 3. *n.* 4. & 5. *tom.* 2.

8 Caſus, in quibus clerici à laica poteſtate iudicantur, ſunt degradatio, bigamia, ſuſceptio habitus clericalis in fraudem, cauſa feudi, cauſa reconuentionis in ciuilibus, dum clericus (ſecundùm quoſdam) enormitatibus ſe immiſcet, dum incorrigibilis effectus eſt. *Bonacin. ſupra* §. 4. *propoſ. vnica nu.* 1. *cum ſequent.* vbi de his pluribus, ac diſtinctiùs.

Legatum, vide Hæreditas nu. 1.2. *Teſtamentum n.* 6.14.15.

1 LEgatum relictum pro malè ablatis incertis diſtribuendis inter pauperes Chriſti per executores teſtamenti, ſi con-

conſtet in iudicio, ſeù publicè de male ablatis, reſtitutio fieri debet ſecundùm conſilium Epiſcopi. *Abb. in cap. cum ſit num. 6. de iudæis.*

2 Legata pia nullo dato executore exequitur Epiſcopus. *Abb. in cap. ſi hæres num. 6. de teſtam.*

3 Legatum factum Epiſcopo ab extraneo cenſetur factum ratione dignitatis, quæ eſt notior. *Nauar. conſ. 1. de Procurat. num. 1. par. 1. lib. 1. ed. 2.*

4 Legatum factum Eccleſiæ pro fabrica, & ornamentis, quibus non indiget, poteſt commutari de conſenſu Epiſcopi in alium fructuoſum, & conſimilem pium vſum. *Barboſ. de poteſt. epiſc. par. 3. alleg. 83. num. 13.*

5 Legatum factum pro cõſtruendo monaſterio in loco campeſtri, quod conſtrui prohibet Concil. Trident. poterit Epiſcopus commutare. *Barboſ. ibidem nu. 11.*

6 Relicta ad pias cauſas, ſi non ſufficiant ad vſum deſtinatum per teſtatorem, non fiunt caduca; ſed debent commutari in aliam piam cauſam ab hærede ſimul cum Epiſcopo, qui debet exequi. *Abb. in c. nos quidem num. 5. de teſtam. Aloyſ. Ricc. in collectaneis deciſionum par. 3. collect. 558. paulopoſt princip. Sà verbo legatum nu. 3.*

7 Relicta à fidelibus ad aliquos vſus pios non poſſunt in alios per Epiſcopum abſque authoritate Papæ conuerti, etiamſi commutatio fiat in melius, & accedat

conſenſus hæredis; ſecus ſi impoſſibile, ſeù difficile ſit poſſe adimpleri voluntatem defuncti quoad vſus deſtinatos. *Genuenſ. in prax. Archiepiſc. Neapol. cap. 24. nu. 1. & 5. edit. 1. ex clement. quia contingit de relig. dom. & ibi per Doctores.*

8 Poſſunt Epiſcopi tanquam Apoſtolicæ ſedis delegati legatarios cogere ad exequendum omnes pias diſpoſitiones, *iuxta formam Concil. Trident. ſeſſ. 22. de reformat. cap. 8.*

9 Epiſcopus compellit executores teſtamenti ad exequendum legata pia, etiam ſi teſtator id prohibuiſſet. *cap. tua nobis de teſtament. authent. de eccleſ. tit. §. ſi quis autem pro redemptione coll. 9.* Illa enim clauſula habetur pro non adiecta data negligentia executorum. *Cardin. Tuſcus tom. 3. concluſ. 293. Tiraq. in tract. le mort. par. 7. declar. 4. num. 8. & ſeq.*

10 Ad legatum relictum pro maritandis virginibus Orphanis pauperibus, poteſt Epiſcopus admittere Virginem pauperem, quæ habet matrem tantùm: inſuper & quæ habet patrem, & matrem, ſed patrem ſibi inutilẽ. *Stephan. Gratian. to. 4. diſcept. forenſ. c. 66. num. 3. & 7. ex Perez de Lara de Anniuerſ. & Cappellanijs lib. 1. c. 12. nu. 32. & 33.* & alijs.

11 Legatum, ſi fiat Eccleſiæ, vt in ea crux Domini noſtri ab hæredibus ſtatuatur non expreſſo, an aurea, an argentea, an ærea; tunc ſi in ea Eccleſia non ſint niſi cruces

æreæ,

æreæ, & argenteæ, in fauorem religionis intelligitur de argentea *l. titia teſtamento in fine de aur. & argent. legat. vide cap. cum dilecti de donat.*

Legatus, vide Delegatus Apoſtolicus, Iuriſdictio num. 1. 8. 9. 11.

1 EPiſcopus dicitur Chriſti legatus. *Apoſtilla ad Bartol. conſ. 167. incip. Quod miniſter. lib. 1.*

2 Legatus eſt maior quocunque Ordinario poſt Papam. *cap. ſi Abbatem de elect. in 6.* & propterea Ordinarij locorum debent humiliter implere mandata illorum, *cap. cum contingat de reſcript.*

3 Legati de latere poſſunt confirmare electiones Epiſcoporum, Archiepiſcoporum, & exemptorum de iure communi, niſi in contrarium ſint eorum priuilegia, *dicto cap. ſi Abbatem, Armill. verbo legatus n. 9.*

4 Legatus Papæ concurrit cum quolibet Ordinario in Prouincia ſua qualiſcunque ſit, ſiuè Abbas, ſiuè Epiſcopus, ſiuè Archiepiſcopus, vel Patriarcha; vnde poteſt exercere ea, quæ per iſtos exercentur ratione ordinariæ poteſtatis, & conferre beneficia ad eos ſpectantia. *Abb. per illum text. in cap. 1. nu. 2. de offic. legati.*

5 Legatus cauſas ciuiles, & criminales Epiſcoporum depoſitionem non requirentes

tes audire poteſt, excommunicare eos, & punire. *Ioan. Andr. in cap. vt litigantes de offic. ordin. in 6. Gloſſ. in cap. accuſatus 3.q. 6. Gammarus in tract. de offic. & poteſt. legati lib. 2, num. 169.*

6 Epiſcopus non poteſt præſente legato de latere ferre inſignia epiſcopalia, veluti mozzettam, ſignificantem iuriſdictionem illius ordinariam. *Io. Aloyſ. Ricc. in ſua prax. for. eccl. reſol. 491.*

7 Legatus non poteſt eximere aliquem à poteſtate Ordinarij: id enim ſoli Papæ eſt reſeruatum *Abb. in cap. final. de confirmat. vtilit. vel inutilit. Gammarus ſupra num. 181.*

8 Legatus non poteſt conferre beneficia ad Epiſcopum deuoluta ex negligentia Prælati regularis exempti, quæ Epiſcopus confert authoritate Apoſtolica. *Nicol. Garz. de benefic. par. 5. cap. 3. num. 32.*

9 Legatus non poteſt auocare cauſas coram Ordinarijs pendentes, niſi per viam appellationis. *Domin. in cap. Romana de foro compet. in 6. Gammar. ſupra lib.* 8. *in princ. num. 16. & 17.*

10 Legatus duos Epiſcopatus diuidere, vel vnire, aut vnum alteri præponere non poteſt. *cap. quod tranſlationem de offic. leg. Abb. in cap. niſi ſpecialis numero primo. eodem tit.*

Legi-

Legitimus, vide Filius, n. 4. 7.
Illegitimus num. 4. 8.

1 LEgitimatus per ſubſequens matrimonium eſt habilis ad Epiſcopatum *Suarez tom. 5. de cenſuris diſput. 50. ſect. 5. a num. 10. Azor. inſtit. moral. p. 3. lib. 2. cap. 14. q. 14.*

2 Illegitimos filios non legitimat credulitas parentum, quod per ſolam Bullam commiſſionis de diſpenſando Epiſcopo præſentatam ſit diſpenſatum; ſecus eſſet, ſi Epiſcopus, licet nulliter ob non ſeruatam formam commiſſionis, diſpenſaſſet; quia hæc credulitas eſſet iuſta, præcedens autem non, *Nauar. conſ. 3. qui filij ſint legit. nu. 1. par. 2. lib. 4. ed. 2.*

Lex vide Conſtitutio num. 9. Ignorantia num. 3. 5. 6. Metus n. 2. Monaſterium num. 9. Pœna numero 6. 7.

1 EPiſcopus poteſt diſpenſare in lege Pontificia, vel Concilij in caſu vrgentis neceſſitatis non patente aditu ad Pontificem *Sanchez lib. 2. de matrim. diſput. 40. nu. 3.*

2 Diœceſanus, nec de peccato videtur damnandus, nec puniendus, ſi legem Ponti-

tifi-

tes audire poteſt, excommunicare eos, & punire. *Ioan. Andr. in cap. vt litigantes de offic. ordin. in 6. Gloſſ. in cap. accuſatus 3. q. 6. Gammarus in tract. de offic. & poteſt. legati lib. 2, num. 169.*

6 Epiſcopus non poteſt præſente legato de latere ferre inſignia epiſcopalia, veluti mozzettam, ſignificantem iuriſdictionem illius ordinariam. *Io. Aloyſ. Ricc. in ſua prax. for. eccl. reſol. 491.*

7 Legatus non poteſt eximere aliquem à poteſtate Ordinarij: id enim ſoli Papæ eſt reſeruatum *Abb. in cap. final. de confirmat. vtilit. vel inutilit. Gammarus ſupra num. 181.*

8 Legatus non poteſt conferre beneficia ad Epiſcopum deuoluta ex negligentia Prælati regularis exempti, quæ Epiſcopus confert authoritate Apoſtolica. *Nicol. Garz. de benefic. par. 5. cap. 3. num. 32.*

9 Legatus non poteſt auocare cauſas coram Ordinarijs pendentes, niſi per viam appellationis. *Domin. in cap. Romana de foro compet. in 6. Gammar. ſupra lib. 8. in princ. num. 16. & 17.*

10 Legatus duos Epiſcopatus diuidere, vel vnire, aut vnum alteri præponere non poteſt. *cap. quod tranſlationem de offic. leg. Abb. in cap. niſi ſpecialis numero primo. eodem tit.*

Legi-

Legitimus, vide Filius, n 4 7. Illegitimus num. 4. 8.

1 Legitimatus per ſubſequens matrimonium eſt habilis ad Epiſcopatum *Suarez tom. 5. de cenſuris diſput. 50. ſect. 5. a num. 10. Azor. inſtit. moral. p. 3. lib. 2. cap. 14. q. 14.*

2 Illegitimos filios non legitimat credulitas parentum, quod per ſolam Bullam commiſſionis de diſpenſando Epiſcopo præſentatam ſit diſpenſatum; ſecus eſſet, ſi Epiſcopus, licet nulliter ob non ſeruatam formam commiſſionis, diſpenſaſſet; quia hæc credulitas eſſet iuſta, præcedens autem non, *Nauar. conſ. 3. qui filij ſint legit. nu. 1. par. 2. lib. 4. ed. 2.*

Lex vide Conſtitutio num. 9. Ignorantia num. 3. 5. 6. Metus n. 2. Monaſterium num. 9. Pœna numero 6. 7.

1 Epiſcopus poteſt diſpenſare in lege Pontificia, vel Concilij in caſu vrgentis neceſſitatis non patente aditu ad Pontificem *Sanchez lib. 2. de matrim. diſput. 40. nu. 3.*

2 Diœceſanus, nec de peccato videtur damnandus, nec puniendus, ſi legem Ponti-

tificiam in Diœceſi ſua non promulgatam, nec vſu receptam, ipſe quoque non ſeruet, *videatur Nauar. conſ. 1. de conſtit. num. 23. q. 5. par. 1. ed. 2.*

3 Legislator tùm ecclesiaſticus, tùm ciuilis, circa materiam alioquin grauem poteſt non niſi leuem obligationem imponere, ſi velit, v. g. ſub culpa veniali, *Nauar. cap. 23. ſumm. num. 49. Suarez lib. 3. de legibus c. 27. nu. 6.*

4 Materia legis, quæ ſecundùm ſe leuis eſt, grauis effici poteſt poſt Iudicis, vel Prelati monitionem, præſertim repetitam, ſi contumacia, ac veluti contemptus acceſſerit. *Sanchez in decal. to. 2. lib. 6. cap. 4. num. 53.*

5 Legislator non poteſt ſubditos obligare ad habendam intentionem, aliamuè internam diſpoſitionem, quæ operi non intrinſeca, & ſubſtantialis ſit, *Suarez lib. 4. de legibus c. 13. nu. 16. & de cenſuris diſp. 6. ſect. 3. num. 20. vide in verbo obedientia num. 2. vbi de hac re fuſius.*

6 Ignorantia legis excuſat à pœna ipſius, quando actus nullo alio iure vetitus erat. *Sanchez de matrimonio lib. 9. diſput. 32. num. 6.*

7 In foro externo duobus menſibus à legis promulgatione tranſactis, iure optimo præſumitur illius ſcientia: vnde ignorantiam ad ſui defenſionem alleganti incumbit onus probandi. Non probatur tamen iuramento; in foro tamen conſcientiæ,

tiæ, ſimplici aſſertione. *Sanchez ſupra nu.* 4. *&* 5.

8 Ab obligatione obſeruantiæ legis humanæ excuſat metus mortis, vel alterius grauis nocumenti, quando eſt vrgens, & cadens in conſtantem virum. *Suar. de cenſuris diſp.* 4. *ſect.* 3. *num.* 13,

Libri, vide Hæreſis nu. 2. *&* 3.

1 FAcultas legendi libros, qui per Bullam cœnæ Domini legi prohibentur, à Sum. Pont. tantùm dari poteſt: facultas verò legendi libros, qui prohibentur tantùm per indicem Conc. Tridentini, ab Epiſcopo, & generali Inquiſitore concedi poteſt, ac per eoſdem viris doctis illos dari emendandos & purgandos. *Reginald. in Prax. for. Pœnit. lib.* 9. *nu.* 255. *Bonacin. to.* 3. *de cenſur. in partic. diſp.* 1. *q.* 2. *punct.* 4. *num.* 10. Vbi hoc limitat in caſu peculiaris prohibitionis.

2 Bibliothecæ omnes, tàm quæ ſunt in Eccleſijs, & palatijs, vel Monaſterijs, quàm quæ publicè habentur, in quibus libri venales tenentur, poſſunt, & debent ab Epiſcopo viſitari ad finem, ne quis liber prohibitus retineatur. *Fuſcus lib.* 2. *de viſit. cap.* 31. *nu.* 8. Debet inſuper perquirere bibliothecas hebræorum, ac inde ſcripta damnata extrahere, & comburere, *Ex Clem. VIII. conſtitut.* 20. §. 8. *incip. Cum Hebræorum malitia, regiſtrata in Bullar. vltim.*

tim. edit. pag 25. tom. 3.

3 Libri omnes,opera,& tractatus Aſtrologiæ iudiciariæ, Geomantiæ, Negromantiæ,artis Magicæ &c. legi non debent; ſed Epiſcopis, & Ordinarijs locorum, vel Inquiſitoribus præſentari, & conſignari, *Ex conſtitut. 18. Sixti V. regiſtrata in Bullar. vltim. edit. tom. 4. pag. 512. num. 17. §. 4. quæ incip. Immenſa.*

4 Libros de rebus ſacris ſine nomine Authoris nullus imprimat, vel imprimere faciat; & illos non vendat, vel apud ſe retineat, niſi priùs ſint examinati, & approbati ab Ordinario ſub pœna excommunicationis, & pecuniæ poſita in canone Concil. Lateranenſ. *ex Trident. ſeſſ. 4. in decret. de edit. & vſu ſacrorum librorum* An autem eiuſmodi excommunicatio ſit eidem Epiſcopo reſeruata, *docet Iacobus Graffius in deciſionibus aureis par. 1. lib. 4. cap. 24 num. 9.* vbi affirmare videtur, niſi tales libri eſſent hæreticorum, quia tunc eſſet Papæ reſeruata.

5 Epiſcopi, & Inquiſitores ex propria iuriſdictione poſſunt libros non modò ſuſpectas continentes propoſitiones; verùm etiam ſcandaloſas,& periculoſas,erroneas, hæreſim ſapientes, à fide catholica quauis ratione diſcrepantes,& chriſtianæ pietati, ac bonis moribus non conformes prohibere. *Pegna in commentar. ad direct. Inquiſit. par. 2. quaſt. 27. comment. 52. verſ. ad hac Inquiſitores, ex conſtitut. 30. Pauli III. incip.*

incip. in Apoſtolici culminis, regiſtrata in Bullar. vltim. ed. tom. 1. *pag.* 659.

6 Is, cui Ordinarius conceſſit priuilegium legendi libros prohibitos, vti eo poteſt etiam extra Diœceſim conferentis; cum priuilegium datum ſit perſonæ. *Nauar. conſ. 6. de priuileg. lib. 5. par. 2. ed. 2. Azor. inſtit. moral. tom. 1. lib. 5. cap. 23. q. 6.* At licentiam legendi libros prohibitos hæreticorum, Epiſcopus etiam ex cauſa dare non poteſt, niſi ex Papæ delegatione. *Nauar. conſ.* 1. *de conſtitut. nu.* 75. *par.* 1. *lib.* 1. *edit.* 2. ad hæc vide diſtincta per *Azor. lib. 8. cap. 16. q. 12. vbi ſupra.*

7 Libros hæreticorum omninò prohibitos & damnatos habentes, non ſatisfaciunt illos propria authoritate comburendo; ſed neceſſariò eos fidei Inquiſitoribus cum effectu tradere debent, ſi id abſque graui eorum incommodo, ſiuè periculo fieri poteſt. *Io. Azor. q. 11. vbi ſupra, Sanchez tom.* 1. *decal. lib.* 2. *cap.* 10. *nu* 56.

8 Epiſcopi, omneſque locorum Ordinarij curare debent regulas indicis librorum prohibitorum inuiolabiliter obſeruari *ex Clement. VIII. conſtitut. 36. §. 5. incip. Sacroſanctum, regiſtrata in* Bullar. *vltim. edit. pag. 51. tom. 3.*

9 Item curare debent, vt Parochi habeant aliquos libros, quibus meliùs in ijs, quæ ad ipſos ſcire ſpectat, inſtruantur, v. g. Catechiſmum, Tridentinum Concilium, aliquas ſummas pro adminiſtrationis ſa-

cramentorum inſtructione, & caſuum cõſcientiæ reſolutione, & ſimilium, habita ratione perſonarum &c. *Fuſcus cap. 3. nu. 18. vbi ſupra.*

10 Debent inſuper curare, vt à quolibet Parocho habeantur tres libri, videlicet liber matrimoniorum, liber ſtatus animarum, liber defunctorum; & quod habetur etiam in omnibus Eccleſijs, in quibus defuncti ſepeliuntur. Liber baptizatorum habeatur in Eccleſijs, in quibus confertur baptiſma, liber confirmatorum habeatur in Eccleſijs, in quibus confertur chriſma. *Ex rituali Romano iuſſu Pauli V. edito Romæ de anno 1617.*

Licentia, vide Eucharistia nu.1.3. Facultas nu.2.4. Prælatus nu.7. Teſtamentum. num.3.

1 Licentia conceſſa Epiſcopo diſpenſandi cum aliquibus eorum nominibus non expreſſis eſt gratia, quæ non expirat morte concedentis. At ſi ei committatur, vt diſpenſet cum N. eſt mandatum, & expirat. *Nauar. conſ. 2. de offic. ord. num. 1. par. 1. ed. 2.*

2 Licentia Epiſcopi ad contrahendum matrimonium extra ſuam Diœceſim non ſufficit. *Nauar. conſ. 14. de clandeſt. deſponſ. nu. 2. & 6. par. 2. ed. 2.*

3 Licentia danda per Epiſcopum clerico, vt

co, vt, iuxta Concil. Trident. formam, in certa Eccleſia inſeruiat ad effectum gaudendi fori priuilegio, ſufficit quod oretenùs concedatur. *Barboſ. de poteſt. epiſc. p. 2. alleg. 12. num. 13.*

4 Licentia ab Epiſcopo conceſſa pro audiendis confeſſionibus, vſque ad ſuæ voluntatis beneplacitum reuocari poteſt non ſolùm expreſsè, ſed etiam tacitè, ſcilicèt morte ipſius Epiſcopi concedentis; morte enim extinguitur beneplacitum. *Barboſ. ſupra allegat. 25. nu. 36. ex cap. ſi gratiosè de reſcript. in 6. & Corn. conſil. 92. ſub nu. 31. vol. 2.*

5 An Epiſcopi licentia requiratur pro abſentia duorum mẽſium, (quam Trident. ſeſſ. 23. de reformat. c. 1. Curatis cõcedit) alij negant, vt *Nauar. cap. 25. ſumm. nu. 121.* alij probabiliùs affirmant; nàm *Trident.* requirit, vt abſentiæ cauſa ſit ab Epiſcopo probata, & in ſcriptis. *Toled. lib. 5. ſumma cap. 5. nu. 3. Poſſeuin. de offic. Curati cap. 1. nu. 21.*

6 Epiſcopus poteſt concedere licentiam clericis deferendi arma. *Ioan. Aloyſ. Ricc. in ſua prax. for. eccleſ. reſol. 472. ex Sacr. Congr. Concil.*

7 Excommunicatis etiam non denuntiatis, licentiam dare non poteſt Epiſcopus, vt ſacris interſint; nec vt cum alijs communicent, licet alijs non ſit prohibitum, cum eiſdem communicare. *Nauar. conſ. 46. de ſentent. excommunicat. num. 2.*

par-

parte. 2. lib. 5. editione 2.

8 Epiſcopus in Monaſterijs ſibi ſubditis poteſt authoritate ordinaria concedere licentiam ingrediendi illa; authoritate verò delegatâ ingrediendi Monaſteria Summo Pontifici ſubiecta; idemque dicendum eſt de alijs iuriſdictionem Epiſcopalem habentibus. *Mart. Bonacin. tractat. de clauſura quaſt. 4. punct. 2. propoſ. vnica nu. 2. tom. 2.*

9 Epiſcopi, alijque ſuperiores, quibus incumbit ad præfatum ingreſſum in Monaſterijs licentiam concedere, poſſunt abſque alicuius licentia ingredi in caſibus neceſſarijs, in quibus iuſtè alijs eam licentiam concederent; hac tamen conditione, vt non ingrediantur niſi paucis, & non niſi ſenioribus ac religioſis viris ſociati. *Azor. tom. 1. Inſtit. Mor. lib. 13. cap. 8. q. 9. Sanchez in Decal tom. 2. lib. 6. cap. 16. num. 25. ex Conſt. 28. Gregor. XIII. incip. Dubijs, quæ emergunt regiſtrata in Bullar. vlt. ed. tom. 2. pag. 394. fauet Nauar. conſil. 9. num. 2. & ſeq. de ſtatu Monach. ed. 2.* Non tamen præfati ſuperiores poſſunt in ſocios ſibi aſſumere fratres Minores; nam in ſua regula eſt illis interdictus talis ingreſſus abſq; ſpeciali Pontificis licentia. *Sanchez ſup. num. 18.*

Limina Apoſtolorum.

1 EPiſcopi, Archiepiſcopi, Patriarchæ, & alij Eccleſiarum Primates præſcriptis temporibus limina Apoſtolorum Petri, & Pauli perſonaliter, ac per ſe ipſos viſitare tenentur, ac Summo Pontifici rationem reddere de toto eorum paſtorali officio. Legitimè impediti, per Procuratorem presbyterum ad hoc ſpeciale mandatum habentem adimplere debent. Quod ſi non egerint, ab ingreſſu eccleſiæ, ab adminiſtratione, & à perceptione omnium fructuum ſuarum eccleſiarum ipſo facto tandiù ſuſpenſi erunt, donec à contumacia reſipiſcentes, relaxationem ſuſpenſionis huiuſmodi à Sede Apoſtolica meruerint obtinere, *ex conſtitut. Sixti V. edita de anno 1585. incip. Romanus Pontifex, beatiſſimi Petri &c. Regiſtrata in Bullar. vltim. ed. tom. 2. pag.* 508.

2 Limina Apoſtolorum ibi intelliguntur eſſe, vbi eſt Papa: ipſe enim fungitur authoritate ipſorum Apoſtolorum. *Innoc. & Abb. in cap. 4. nu. 6. de iureiur. & colligitur ex præfata conſtitut. Sixti V.* §. 4. Dum venientes ad limina tenentur Papæ reddere rationem.

3 Principes ſeculares poterunt vti opera Epiſcoporum ad limina Apoſtolorum accedentium, ſi quid pro ipſorum dominijs cum ſede Apoſtolica tractare voluerint. *Ex eadem conſtitut. 15. §. 5.*

Locatio.

1 EPiſcopus ſucceſſor tenetur ſtare locationi prædeceſſoris, ſi Epiſcopus locauerit rem nomine Eccleſiæ, cuius redditus ad ipſam Eccleſiam, non ad ipſum Epiſcopum pertinent; at ſi ad Epiſcopum pertineant, licet nomine Eccleſiæ locauerit intelligitur ea locatio ſub conditione, ſi ipſe Epiſcopus vixerit. *Abb. & alij in c. fin. ne Prælat. vices ſuas &c. fuſiùs Genuenſ. in prax. Archiep. Neap. cap. 118. ed. 1.*

2 Epiſcopus, qui iurauit, ſe bona eccleſiæ non alienaturum Papa inconſulto, prohibetur etiam locare ad longum tempus. *Abb. in cap. intellecto nu. 10. de iureiurando, Molin. de contract. tractat. 2. diſp. 466. §. ex dictis.*

3 Si in locatione rei eccleſiaſticæ conſilium Epiſcopi requiratur per ſtatutum eiuſdem, ſi fiat locatio ipſi Epiſcopo, tenet eiuſmodi locatio. *Abb. in cap. cum in veteri de electio.*

Ludus.

1 EPiſcopus ludens aleis contra propriam conſtitutionem, excommunicationem à ſe latam non incurrit; ſecus ſi conſtitutio eſſet Papalis, vel alterius ſui ſuperioris, & ipſe eſſet denuntiator illius. *Sayr. de cenſuris lib. 1. cap. 5. num. 22. cum*

Nauar.

Nauar. cap. 27. ſumm. num. 6.

2 Epiſcopus ludens cum eo, qui contraxit excommunicationem à ſe latam, incurrit excommunicationem poſitam à iure communi, *per cap. nuper de ſentent. excommunic.* participat enim in crimine crimino ſo, ſi is, cum quo participat, eſt excommunicatus vitandus. *Bonacin. tom. 2. tract. moral. vbi de legibus diſput. 1. q. 1. punct. 6. num. 18.*

3 Vouens, vel iurans, ſe non amplius luſurum ſub pœna, vt ſi luſerit, non poſſit ab alio abſolui, vel diſpenſari, quàm à Summo Pontifice, poteſt adhuc abſolui ab Epiſcopo. *Bonacin. ſupra diſput. 4. quæſt. 2. punct. 1. nu. 29.*

4 Aleatori publico non eſt conferendum beneficium Curatum, *ex deciſ. Rotæ Romanæ 426. par. 1. in nouiſ. Aldobrandin.*

5 Homicidium caſuale ſequutum ex ludo in foro eccleſiaſtico licito, non producit irregularitatem; ſecus ſi illicitus, eſto quod in foro ſeculari eſſet licitus. *Nauar. conſil. 3. de homicid. num. 1. & 2. & part. 2. lib. 5. ed. 2.*

Mandatum, vide Monitorium num. 4.

1 MAndatum re integra expirat morte mandantis *l. mandatū C. mandati.* At, ſi ſit ad pias cauſas, vt ſi quis

mandaret calicem elargiri alicui eccleſiæ, ac rè integra mandans decederet, fauore piæ cauſæ non dicitur expiraſſe mandatū; & per conſequens Calix ille elargiendus eſſet eccleſię. *Sanchez lib. 1. de Matrim. diſp. 6. nu. 9. ex Tiraquell. de priuil. pia cauſæ priuil. 82. & 132.*

2 Mandans percuſſionem Clerici non ligatur excommunicatione, quando per ſuum mandatum nihil influxit in percuſſionem Clerici; vt ſi delinquens commiſſurus erat delictum abſque illius mandato. Idemque dicendum eſt, ſi mandans reuocauit mandatum expreſsè, vel tacitè reſtituendo ſcilicet aduerſarium in priſtinam amicitiam, vel contrahendo cum eo parentelam, idque notum ſit mandatario. *Auila de cenſur. par. 2. cap. 5. diſp. 3. dub. 3. concluſ. 2. & dub. 7. concluſ. 1. fauet Azor. par. 3. Inſtit. Moral. lib. 2. cap. 8. not. 2. & 3.*

3 Si quis mandat, aliquem verberari illicitè, iubens expreſsè nè occideretur, & nihilominùs mandatarius excedens mandatum occidit, mandator efficitur irregularis *cap. is qui de homicid. in 6. Sylu. verbo homicidium 1. quæſt. 7. §. quartum.* Secus ſi licitè mandat verberari, v. g. ſi pater mādet diſciplinæ cauſa filium verberari. *gloſ. d. c. is qui verbo culpa & communis opin. quam refert, & ſequitur Sayr. de cenſur. lib. 7. cap. 2. num. 8. contra Sylu. vbi ſup.*

4 Prælatus, aut Iudex mandans militibus

bus,quos miſit ad capiendum reum dicens Ite & adducite illum ad me viuum, aut mortuum, ſi milites reum illum occidant, irregularis efficitur. *Maiol. de Irregularitat. lib. 5. cap. 48. §. 2. num. 8.* Quod declara *ut per Sayr. ſupra num. 10.*

5 Mandans fieri homicidium, eſt irregularis, ſi mandatarius occidatur, *Sylu. q. 8. §. Quintum, Maiol. num. 4. vbi ſup.*

6 Mandatum conferendi beneficium reſignandum, non continet vacans per obitum ipſius reſignantis *cap. ſuſceptum de Reſcript. in 6.*

7 Mandatum Epiſcopi de abſoluendo aliquem ab aliqua Excommunicatione incurſa, non ſe extendit ad illum, qui poſt mandatum nouo vinculo, etiam reintruſionis fuit magis aſtrictus. *Nau. conſ. 50. de ſent. excom. nu. 3. par. 2. lib. 5. ed. 2.*

8 Ordinarius ad mandatum Delegati à Papa tenetur ipſius Delegati ſententiam exequi, etiamſi ſciat, illam eſſe iniuſtam; modò ſententia tranſierit in rem iudicatã, & Ordinarius apud illum efficere non poſſit, vt ab illo mandato eum abſoluat. *c. paſtoralis. §. quia verò & ibi gloſ. in verbo & ſi ſciat de offic. deleg. Idem docet Abb. ibid. nu, 2.* Tangit an id locum habeat in cauſa criminali, vbi ſententia eſt corporis afflictiua; & videtur negatiuam ſequi *cum Innoc.*

9 Si is, qui mandantis mandatum acceptauit de percutiendo Clericum, alteri

 tale

tale mandatum impoſuerit, mandans ſecuto effectu erit excommunicatus, tanquã ſi eius mandatarius clericum percuſſiſſet. *Carol, de Graſſ. de effectibus Cleric. effectu 9. num. 29. ex Bald. in l. 1. §. nec autem C. de cad. tollend. Baiard. in addit. ad Clarum in §. fin. q. 89. num. 6. & alijs.*

10 Mandans committi homicidiũ non tenetur tẽporali pœna homicidij, ſi mandatarius nõ acceptauit mandatum, ſed mutata ſentẽtia illud poſteà executus eſt. *Carol. de Graſſ. n. 43. vbi ſupra ex Carrer. in Pract. cum. §. circà primum n. 77. Grammat. voto 9. & nonnullis alijs.* at efficitur irregularis. *Maiolus de irregularit. lib. 5. c. 48. §. 2. n. 2. verſ. quartò amplia, ex Bald. in l. 1. C. de ſeru. fugit. col. 2. ad fin. & Innocen. in cap. ad audientiam de Homic.*

11 Clerici percuſſionem mandare dicitur is, qui non mandat clericum percuti; ſed dixit ſuis, ſe vindictam eius expetere, credere debens quod ex hoc illi moueretur ad percutiendum; vnde ſecuta percuſſione, erit excommunicatus, licet non eo animo dixerit. *Sylu. excommunic. 6. num. 5. verſ. quarto quando. Nauar. c. 27. ſumm. nu. 78. & alij communiter.*

MA-

MATRIMONIVM, *Vide Aetas num. 6. 7. 8. Degradatio num. 9. Denunciatio nu. 1. 2. cum ſeqq. Diuortium nu. 7. 8. Dubium n. 8. 9. Excommunicatio num. 10. filius nu. 1. 2. 4. 5. Inquiſitio num. 4. Parochus num. 6. Sponſalia num. 6.*

1 Cauſæ matrimoniales, & criminales cum ſint arduæ, non inferiorum iudicio, ſed Epiſcopi tantùm examini, & iuriſdictioni relinquuntur. *Trident. cap. 20. §. ad hæc ſeſſ. 24. de reformat.*

2 Iuriſdictio in matrimonialibus, & criminalibus poteſt ab inferiori præſcribi, & conſuetudine, ac priuilegio acquiri. *Nauar. conſ. 3. de offic. deleg. num. 5. & 6. par. 1. lib. 1. edit. 2.*

3 Abſque licentia Epiſcopi ante legitimam ætatem contrahere, abſque iuſta cauſa, mortale eſt; nec matrimonium eſt validum, ſi contrahentes ſint inhabiles ad copulam explendam. *Sà in Aphor. verbo matrimonium num. 8.*

4 Ob vrgentiſſimam neceſſitatem boni pacis poteſt Epiſcopus diſpenſare cum minoribus non habentibus ætatem requiſitam ad matrimonium, vt illud ineant, quando ſunt prope ætatem, & dubium eſt,

eſt, an malitia eam ſuppleat. *Sanchez de matrimon. tom. 2. lib. 7. diſp. 104. nu. 12.*

5 Diſpenſare poteſt in impedimentis, quæ impediunt matrimonium, contrahẽdum, ſed non dirimunt contractum. *Nauar. cap. 22. ſumma num. 85. Sanchez ſup. diſput. 17. num. 15.*

6 Et in impedimento impedienti, ac dirimenti, quando illud fuerit occultum, & matrimonium publicum, neque coniuges ſeparari poſſunt abſque magno ſcandalo, neque ad Summum Pontificem, aut eius Nuncium patet recurſus. *Nauar. ſupra verſic. tertia dicendum, Sanchez ſupra lib. 2. diſp. 40. num. 2. & ſeq.*

7 Data vrgentiſſima neceſſitate poteſt diſpenſare in impedimentis dirimentibus, & in impedimentis cognationis ortæ ex baptiſmo tempore neceſſitatis non ſolemniter collato. *Sanchez ſupra lib. 8. diſput. 6. num. 17. & 20.*

8 Ac ad petendum debitum cum coniuge, cui debiti petitio eſt interdicta propter cognationem ſpiritualem, vel affinitatem ſuperuenientem poſt matrimoniũ. *Nauar. conſ. 6. de conſanguin. & affinit. Sà ſupra verbo debitum nu. 13.*

9 Et in voto de non contrahendo matrimonio. *Nauar. cap. 12. ſumm. nu. 76. verſ. quinto dicimus.*

10 Item quando poſt matrimonium cõiuges mutuo conſenſu faciunt ſimplex votum Caſtitatis, ſi detur periculum incontinentiæ.

nentiæ, & ad ſedem Apoſtolicam non patet recurſus. *Nauar. nu. 59. verſic. trigeſimo ſecundo, Sanchez lib. 8. diſputat. 11. num. 10. vbi ſupra.*

11 Non poteſt Epiſcopus in ſua Diœceſi ſtatuere impedimenta matrimonium dirimentia: hoc enim ſibi Pontifex reſeruanit. *Sanchez ſupra lib. 7. diſputat. 1. nu. 9.* Poterit tamen ob cauſam rationabilem ad tempus illud impedire. *Armill. verbo matrimonium num. 54.*

12 Archiepiſcopus non poteſt coniungere in matrimonium ſubditos ſuorum ſuffraganeorum, vel facultatem concedere, eos coniungendi, niſi actu viſitet. *Barboſ. de poteſt. epiſc. par. 2. alleg. 32. nu. 125.*

13 Parochus ab Epiſcopo prohibitus, ne matrimonio aliquos coniungat, validè matrimonio aſſiſtit. *Barboſ ibidem nu. 93.*

14 Epiſcopatus non dirimit matrimonium iure naturali, nec diuino, ſed ſolùm eccleſiaſtico ratione voti caſtitatis annexi; vnde Epiſcopus confirmatus, & nondum promotus ad ſacros ordines, poteſt tranſire ad nuptias. *Sanchez ſup. diſp. 28. nu. 13. & diſput. 27. nu. 7.*

15 Tenetur Epiſcopus impedire matrimonium, ſi impedimentum delatum, vel per vnum teſtem, aut per famam legitimè probetur; quia ad eum ſpectat impedire peccata ſubditorum. *cap. final. de clandeſt. deſponſ.* Idemque dicendum, quando ipſe ſolus hoc impedimentum extra confeſſio-

nem

nem nouit. *Aegid. Coninck de ſacramentis, & cenſuris to.2. diſput.27. dub.7. n. 67. concluſ.* 5. Probabile tamen eſt, non poſſe Epiſcopum matrimonium publicè petenti denegare, ſi nulla via impedimentum, quod ſcit, probare poſſet. *Sanchez lib. 3. de matrimon. diſp.15. num.12.*

16 Epiſcopus, ſeu Parochus ſolis preſbyteris poteſtatem aſſiſtendi matrimonio contrahendo delegare poteſt. *Nauar. conſ. 6. de clandeſt. deſponſ. nu. 2. par. 2. lib. 4. ed.2.*

17 Non eſt improbabile, poſſe vicarium Epiſcopi non ſacerdotem intereſſe matrimonijs contrahendis. At probabilius eſt, & in praxi ſeruandum, vt talis Vicarius ſacerdotem ad id deleget. *Nauar. ſupra conſ. 9. & 10. in fine.*

18 Epiſcopi etiam ex vrgenti cauſa neceſſitatis non poſſunt diſpenſare, vt matrimonium abſque Parocho, vel alio Sacerdote per eum deputato, & teſtibus contrahatur. *Ioan. Segura in ſuo directorio iud. eccleſ. par.2. cap.15. nu. 44. cogita.*

19 Epiſcopus cum ignorantibus matrimonium ſuum inualidè contractum, diſſimulare poteſt. *Nauar. conſ. 1. de conſtitut. num. 35. par. 1. lib. 1.*

20 Vagabundorum matrimonijs Parochus aſſiſtere non debet, niſi priùs diligenti inquiſitione facta, & re ad Ordinarium delata. *Trident. ſeſſ. 24. de reformat. matrimon. cap.7.* Quod ſi parochus non adhibita

hibita eiuſmodi diligentia & licentia aſſiſtat, licet grauiter peccet, validum tamen eſt matrimonium. *Sanchez lib. 3. de matrimon. diſp. 25. num. 16. & 17.*

21 Declaratio validitatis matrimonij, & quod proles ex eo ſuſcepta ſit legitima, poteſt fieri per Epiſcopum ſua ordinaria poteſtate; non enim ad id eſt opus alia extraordinaria poteſtate. *Nauar. conſ. 2. de ijs qua vi nu. 3. par. 1. lib. 1. ed. 2.*

22 Delegati, vt ſunt Epiſcopus, & Vicarius, quibus committuntur matrimoniales diſpenſationes, cum clauſula: *Vt depoſita omni ſpe cuiuſcunque &c.* nihil nec pro labore, nec pro proceſſu informatiuo poſſunt, etiam ſpontè oblatum, accipere. *Nauar. conſil. 21. de reſcript. nu. 4. par. 1. lib. 1. ed. 2.*

23 Matrimonium nullum contrahentes ob impedimentum perpetuum, facultatem habent conuiuendi, vt frater, & ſoror. *cap. 4. de frigidis, & malefic.* Non tamen per hos eis permittendum eſt, condormire in vno lecto, oſculari, amplexari, & omnia alia munia coniugum ſibi mutuò reddere; eiuſmodi enim habitatio longè eſt aliena à cohabitatione fratrum, & ſororum, quæ debet eſſe caſtiſſima. *Nauar. conſ. 2. de frigid. & malefic. num. 10. par. 2. lib. 4. ed. 2.*

24 Epiſcopus contrahit matrimonium ſpirituale cum Eccleſia, ad quam eſt promotus. *cap. inter corporalia de translat. epiſc.* cui ſaltem implicitè promittit ratio-

ne

ne ordinum continentiam ſeruare: ideò habens rem veneream cum ſoluta, non ſolùm ſacrilegium, ſed & adulterium aliquo modo committere dicitur. *Menoch. de arbitr. iudic. lib. 2. centur. 5. caſu 418. num. 7. & ſeq. Carolus de Graſſis in tractat. de effect. cleric. in prælud. num. 37.*

Medicus.

1 MEdicus non poteſt Doctoratus gradum accipere, aut facultatem medendi, niſi iuret in manibus Epiſcopi, vel Rectoris, ſe ſeruaturum decretum de admonendo ſtatim infirmum, vt idoneo confeſſori peccata ſua confiteatur. Quod ſi non faciat infirmus, de non viſitando eum vlteriùs tertio die, niſi id differret de conſilio confeſſoris ob aliquam rationabilem cauſam. *Ex conſtitut. 3. Pij V. incip. Super gregem Dominicum, regiſtrata in Bullar. vltim. edit. tom. 2. pag. 178.*

2 Medici violantes præfatam Pij V. conſtitutionem, vltra peccatum mortale, & pœnas, de quibus *in cap. cum infirmitas de pœnitent. & remiſſ.* incurrunt pœnam infamiæ, & priuationis gradus medicinæ, & eiectionis ab vniuerſitate Medicorum; necnon pœnam arbitrio Ordinariorum declarandam, *vt fuſiùs in dicta conſtitut.*

3 Medici non ſubiacent eiuſmodi pœnis. Primò, vbi talis Pij Quinti conſtitutio non eſt vſu recepta. *Sanchez nu. 14. infra.*

fra. Secundo, quando non ſperatur admonitionem eſſe profuturam. Tertiò, quando manifeſtum eſt, morbum non eſſe periculoſum. Quartò, quando ex laudabili loci conſuetudine Medicus non infirmum, ſed Parochum monet, aut eos, qui infirmi curam gerunt, vt illi ſacramenta præbeant. Quintò, quando ex deſertione Medici conſtituitur infirmus in probabili mortis periculo;tunc enim, &,ſi pertinax ſit in renuenda confeſſione, deſerendus non eſt. *ita Nauar. cap.25. ſumma num. 61. Sanchez in decalog. lib.3. cap.16. num.10. tom. 1. Bonacin. de legibus diſput. 4. q. 1. punct. 16. propoſit. 2. num. 9. & 10. vbi pluribus.*

4 Epiſcopus attento iure communi nō poteſt prohibere nè Clericus minoribus ordinibus inſignitus poſſit iuxtà artis peritiam, medicinæ, & Chirurgiæ operam dare etiam abſcindendo, & adurendo; nam in *c.ſententiam nè Cleric. vel Monach.* ſolùm Subdiacono, Diacono, & Sacerdoti id exercere prohibetur. Et propterea, ſi ex aliqua abſciſſione abſque eius culpa ægrotus periret, non eſſet irregularis cenſendus. *Couar. in Clem. ſi furioſus par. 2. §. 4. num. 3. verſ. Hinc infertur, ex Card. in c. tua nos de Homicid. & Mar. Socin. in cap. ad audientiam nu. 31. eod. tit. Item.*

5 Probabile eſt, non poſſe Epiſcopum eiuſmodi Clerico id pohibere,etiamſi beneficiū habeat. *Hanc opin. ſuſtinet Bonac.*

de

mandaret calicem elargiri alicui eccleſiæ, ac rè integra mandans decederet, fauore piæ cauſæ non dicitur expiraſſe mandatũ; & per conſequens Calix ille elargiendus eſſet eccleſię. *Sanchez lib. 1. de Matrim. diſp.6. nu. 9. ex Tiraquell. de priuil. piæ cauſæ priuil. 82. & 132.*

2 Mandans percuſſionem Clerici non ligatur excommunicatione, quando per ſuum mandatum nihil influxit in percuſſionem Clerici; vt ſi delinquens commiſſurus erat delictum abſque illius mandato. Idemque dicendum eſt, ſi mandans reuocauit mandatum expreſsè, vel tacitè reſtituendo ſcilicet aduerſarium in priſtinam amicitiam, vel contrahendo cum eo parentelam, idque notum ſit mandatario. *Auila de cenſur. par. 2. cap. 5. diſp. 3. dub. 3. conclus. 2. & dub. 7. concluſ. 1. fauet Azor. par. 3. Inſtit. Moral. lib. 2. cap. 8. not. 2. & 3.*

3 Si quis mandat, aliquem verberari illicitè, iubens expreſsè ne occideretur, & nihilominùs mandatarius excedens mandatum occidit, mandator efficitur irregularis *cap. is qui de homicid. in 6. Sylu. verbo homicidium 1. quæſt. 7. §. quartum.* Secus ſi licitè mandat verberari, v.g. ſi pater mãdet diſciplinæ cauſa filium verberari. *gloſ. d. c. is qui verbo culpa & communis opin. quam refert, & ſequitur Sayr. de cenſur. lib. 7. cap. 2. num. 8. contrà Sylu. vbi ſup.*

4 Prælatus, aut Iudex mandans militi-

bus

bus,quos miſit ad capiendum reum dicens Ite & adducite illum ad me viuum, aut mortuum, ſi milites reum illum occidant, irregularis efficitur. *Maiol. de Irregularitat. lib. 5. cap. 48. §. 2. num. 8.* Quod declara ut per *Sayr. ſupra num. 10.*

5 Mandans fieri homicidium, eſt irregularis, ſi mandatarius occidatur, *Sylu. q. 8. §. Quintum, Maiol. num. 4. vbi ſup.*

6 Mandatum conferendi beneficium reſignandum, non continet vacans per obitum ipſius reſignantis *cap. ſuſceptum de Reſcript. in 6.*

7 Mandatum Epiſcopi de abſoluendo aliquem ab aliqua Excommunicatione incurſa, non ſe extendit ad illum, qui poſt mandatum nouo vinculo, etiam reintruſionis fuit magis aſtrictus. *Nau. conſ. 50. de ſent. excom. nu. 3. par. 2. lib. 5. ed. 2.*

8 Ordinarius ad mandatum Delegati à Papa tenetur ipſius Delegati ſententiam exequi, etiamſi ſciat, illam eſſe iniuſtam; modò ſententia tranſierit in rem iudicatã, & Ordinarius apud illum efficere non poſſit, vt ab illo mandato eum abſoluat. *c. paſtoralis. §. quia verò & ibi gloſ. in verbo & ſi ſciat de offic. deleg. Idem docet Abb. ibid. nu, 2.* Tangit an id locum habeat in cauſa criminali, vbi ſententia eſt corporis afflictiua; & videtur negatiuam ſequi *cum Innoc.*

9 Si is, qui mandantis mandatum acceptauit de percutiendo Clericum, alteri

tale mandatum impoſuerit, mandans ſecuto effectu erit excommunicatus, tanquã ſi eius mandatarius clericum percuſsiſſet. *Carol, de Graſſ. de effectibus Cleric. effectu 9. num. 29. ex Bald. in l. 1. §. nec autem C. de cad. tollend. Baiard. in addit. ad Clarum in §. fin. q. 89. num. 6. & aliјs.*

10 Mandans committi homicidiũ non tenetur tẽporali pœna homicidij, ſi mandatarius nõ acceptauit mandatum, ſed mutata ſentẽtia illud poſteà executus eſt. *Carol. de Graſſ. n. 43. vbi ſupra ex Carrer. in Pract. cum. §. circà primum n. 77. Grammat. voto 9. & nonnullis alijs.* at efficitur irregularis. *Maiolus de irregularit. lib. 5. c. 48. §. 2. n. 2. verſ. quartò amplia, ex Bald. in l. 1. C. de ſeru. fugit. col. 2. ad fin. & Innocen. in cap. ad audientiam de Homic.*

11 Clerici percuſſionem mandare dicitur is, qui non mandat clericum percuti; ſed dixit ſuis, ſe vindictam eius expetere, credere debens quod ex hoc illi mouerẽtur ad percutiendum; vnde ſecuta percuſſione, erit excommunicatus, licet non eo animo dixerit. *Sylu. excommunic. 6. num. 5. verſ. quarto quando. Nauar. c. 27. ſumm. nu. 78. & alij communiter.*

MA-

MATRIMONIVM,

Vide Aetas num. 6. 7. 8. Degradatio num. 9. Denunciatio nu. 1. 2. cum ſeqq. Diuortium nu. 7. 8. Dubium n. 8. 9. Excommunicatio num. 10. filius nu. 1. 2. 4. 5. Inquiſitio num. 4. Parochus num. 6. Sponſalia num. 6.

1 Cauſæ matrimoniales, & criminales cum ſint arduæ, non inferiorum iudicio, ſed Epiſcopi tantùm examini, & iuriſdictioni relinquuntur. *Trident. cap. 20. §. ad hæc ſeſſ. 24. de reformat.*

2 Iuriſdictio in matrimonialibus, & criminalibus poteſt ab inferiori præſcribi, & conſuetudine, ac priuilegio acquiri. *Nauar. conſ. 3. de offic. deleg. num. 5. & 6. par. 1. lib. 1. edit. 2.*

3 Abſque licentia Epiſcopi ante legitimam ætatem contrahere, abſque iuſta cauſa, mortale eſt; nec matrimonium eſt validum, ſi contrahentes ſint inhabiles ad copulam explendam. *Sà in Aphor. verbo matrimonium num. 8.*

4 Ob vrgentiſſimam neceſſitatem boni pacis poteſt Epiſcopus diſpenſare cum minoribus non habentibus ætatem requiſitam ad matrimonium, vt illud ineant, quando ſunt prope ætatem, & dubium eſt,

eſt, an malitia eam ſuppleat. *Sanchez de matrimon. tom. 2. lib. 7. diſp. 104. nu. 12.*

5 Diſpenſare poteſt in impedimentis, quæ impediunt matrimonium, contrahẽdum, ſed non dirimunt contractum. *Nauar. cap. 22. ſumma num. 85. Sanchez ſup. diſput. 17. num. 15.*

6 Et in impedimento impedienti, ac dirimenti, quando illud fuerit occultum, & matrimonium publicum, neque coniuges ſeparari poſſunt abſque magno ſcandalo, neque ad Summum Pontificem, aut eius Nuncium patet recurſus. *Nauar. ſupra verſic. tertio dicendum, Sanchez ſupra lib. 2. diſp. 40. num. 2. & ſeq.*

7 Data vrgentiſſima neceſſitate poteſt diſpenſare in impedimentis dirimentibus, & in impedimentis cognationis ortæ ex baptiſmo tempore neceſſitatis non ſolemniter collato. *Sanchez. ſupra lib. 8. diſput. 6. num. 17. & 20.*

8 Ac ad petendum debitum cum coniuge, cui debiti petitio eſt interdicta propter cognationem ſpiritualem, vel affinitatem ſuperuenientem poſt matrimoniũ. *Nauar. conſ. 6. de conſanguin. & affinit. Sã ſupra verbo debitum nu. 13.*

9 Et in voto de non contrahendo matrimonio. *Nauar. cap. 12. ſumm. nu. 76. verſ. quinto dicimus.*

10 Item quando poſt matrimonium cõiuges mutuo conſenſu faciunt ſimplex votum Caſtitatis, ſi detur periculum incontinentiæ.

nentiæ, & ad ſedem Apoſtolicam non patet recurſus. *Nauar. nu. 59. verſic. trigeſimo ſecundo, Sanchez lib. 8. diſputat. 11. num. 10. vbi ſupra.*

11 Non poteſt Epiſcopus in ſua Diœceſi ſtatuere impedimenta matrimonium dirimentia: hoc enim ſibi Pontifex reſeruauit. *Sanchez ſupra lib. 7. diſputat. 1. nu. 9.* Poterit tamen ob cauſam rationabilem ad tempus illud impedire. *Armill. verbo matrimonium num. 54.*

12 Archiepiſcopus non poteſt coniungere in matrimonium ſubditos ſuorum ſuffraganeorum, vel facultatem concedere, eos coniungendi, niſi actu viſitet. *Barboſ. de poteſt. epiſc. par. 2. alleg. 32. nu. 125.*

13 Parochus ab Epiſcopo prohibitus, ne matrimonio aliquos coniungat, validè matrimonio aſſiſtit. *Barboſ ibidem nu. 93.*

14 Epiſcopatus non dirimit matrimonium iure naturali, nec diuino, ſed ſolùm eccleſiaſtico ratione voti caſtitatis annexi; vnde Epiſcopus confirmatus, & nondum promotus ad ſacros ordines, poteſt tranſire ad nuptias. *Sanchez ſup. diſp. 28. nu. 15. & diſput. 27. nu. 7.*

15 Tenetur Epiſcopus impedire matrimonium, ſi impedimentum delatum, vel per vnum teſtem, aut per famam legitimè probetur; quia ad eum ſpectat impedire peccata ſubditorum. *cap. final. de clandeſt. deſponſ.* Idemque dicendum, quando ipſe ſolus hoc impedimentum extra confeſſionem

nem nouit. *Aegid. Coninck de ſacramentis, & cenſuris to.2. diſput.27. dub.7. n. 67. concluſ.* 5. Probabile tamen eſt, non poſſe Epiſcopum matrimonium publicè petenti denegare, ſi nulla via impedimentum, quod ſcit, probare poſſet. *Sanchez lib. 3. de matrimon. diſp.15. num.12.*

16 Epiſcopus, ſeu Parochus ſolis preſbyteris poteſtatem aſſiſtendi matrimonio contrahendo delegare poteſt. *Nauar. conſ. 6. de clandeſt. deſponſ. nu. 2. par. 2. lib. 4. ed. 2.*

17 Non eſt improbabile, poſſe Vicarium Epiſcopi non ſacerdotem intereſſe matrimonijs contrahendis. At probabilius eſt, & in praxi ſeruandum, vt talis Vicarius ſacerdotem ad id deleget. *Nauar. ſupra conſ. 9. & 10. in fine.*

18 Epiſcopi etiam ex vrgenti cauſa neceſſitatis non poſſunt diſpenſare, vt matrimonium abſque Parocho, vel alio Sacerdote per eum deputato, & teſtibus contrahatur. *Ioan. Segura in ſuo directorio iud. eccleſ. par. 2. cap. 15. nu. 44. cogita.*

19 Epiſcopus cum ignorantibus matrimonium ſuum inualidè contractum, diſſimulare poteſt. *Nauar. conſ. 1. de conſtitut. num. 35. par. 1. lib. 1.*

20 Vagabundorum matrimonijs Parochus aſſiſtere non debet, niſi priùs diligenti inquiſitione facta, & re ad Ordinarium delata. *Trident. ſeſſ. 24. de reformat. matrimon. cap. 7.* Quod ſi parochus non ad-

hibita

hibita eiuſmodi diligentia & licentia aſſiſtat, licet grauiter peccet, validum tamen eſt matrimonium. *Sanchez lib. 3. de matrimon. diſp. 25. num. 16. & 17.*

21 Declaratio validitatis matrimonij, & quod proles ex eo ſuſcepta ſit legitima, poteſt fieri per Epiſcopum ſua ordinaria poteſtate; non enim ad id eſt opus alia extraordinaria poteſtate. *Nauar. conſ. 2. de ijs qua vi nu. 3. par. 1. lib. 1. ed. 2.*

22 Delegati, vt ſunt Epiſcopus, & Vicarius, quibus committuntur matrimoniales diſpenſationes, cum clauſula: *Vt depoſita omni ſpe cuiuſcunque &c.* nihil nec pro labore, nec pro proceſſu informatiuo poſſunt, etiam ſpontè oblatum, accipere. *Nauar. conſil. 21. de reſcript. nu. 4. par. 1. lib. 1. ed. 1.*

23 Matrimonium nullum contrahentes ob impedimentum perpetuum, facultatem habent conuiuendi, vt frater, & ſoror. *cap. 4. de frigidis, & malefic.* Non tamen per hos eis permittendum eſt, condormire in vno lecto, oſculari, amplexari, & omnia alia munia coniugum ſibi mutuò reddere; eiuſmodi enim habitatio longè eſt aliena à cohabitatione fratrum, & ſororum, quæ debet eſſe caſtiſſima. *Nauar. conſ. 2. de frigid. & malefic. num. 10. par. 2. lib. 4. ed. 2.*

24 Epiſcopus contrahit matrimonium ſpirituale cum Eccleſia, ad quam eſt promotus. *cap. inter corporalia de translat. epiſc.* cui ſaltem implicitè promittit ratio-

ne

ſtra. Secundo, quando non ſperatur admonitionem eſſe profuturam. Tertiò, quando manifeſtum eſt, morbum non eſſe periculoſum. Quartò, quando ex laudabili loci conſuetudine Medicus non infirmum, ſed Parochum monet, aut eos, qui infirmi curam gerunt, vt illi ſacramenta præbeant. Quintò, quando ex deſertione Medici conſtituitur infirmus in probabili mortis periculo; tunc enim, &c, ſi pertinax ſit in renuenda confeſſione, deſerendus non eſt. *ita Nauar. cap. 25. ſumma num. 61. Sanchez in decalog. lib. 3. cap. 16. num. 10. tom. 1. Bonacin. de legibus diſput. 4. q. 1. punct. 16. propoſit. 2. num. 9. & 10. vbi pluribus*.

4 Epiſcopus attento iure communi nõ poteſt prohibere nè Clericus minoribus ordinibus inſignitus poſſit iuxtà artis peritiam, medicinæ, & Chirurgiæ operam dare etiam abſcindendo, & adurendo; nam in *c. ſententiam nè Cleric. vel Monach.* ſolùm Subdiacono, Diacono, & Sacerdoti id exercere prohibetur. Et propterea, ſi ex aliqua abſciſſione abſque eius culpa ægrotus periret, non eſſet irregularis cenſendus. *Couar. in Clem. ſi furioſus par. 2. §. 4. num. 3. verſ. Hinc infertur, ex Card. in c. tua nos de Homicid. & Mar. Socin. in cap. ad audientiam nu. 31. eod. tit. Item*.

5 Probabile eſt, non poſſe Epiſcopum eiuſmodi Clerico id pohibere, etiamſi beneficiũ habeat. *Hanc opin. ſuſtinet Bonac.*

de

Nauar. nu. 4. Lud. Mol.d. nu. 6. fine vbi ſupra.

7 Epiſcopi debent adimplere officium boni Medici ſpiritualis. *Fuſcus lib. 2. de viſit. cap. 33. nu. 14.*

Menſa Epiſcopalis, vide Bona Epiſcopalia nu. 1.

1 Beneficium de menſa Epiſcopali dicitur illud, quod eſt perpetuò incorporatum menſæ Epiſcopali, ita quod nunquam vacet, & per conſequens non compræhenditur ſub regul. 8. Cancellar. Apoſtolic. loquēte de beneficijs vacaturis *Gonzal. ſuper eadem regula gloſſ. 5. §. 6. nu. 63. ex gloſſ. verbo de menſa, & Abbat. in clement. 1. de ſupplend. neglig. prælat.*

2 Poteſt Epiſcopus ex cauſa cum conſenſu Capituli ad tempus applicare menſæ ſuæ fructus beneficiorum vacantium nemini iure ſpeciali competentium. *Felin. in cap. cum acceſſiſſent de conſtitut. num. 23. verſ. & iſta facerent.*

3 Epiſcopus de bonis ſuæ menſæ Epiſcopalis poteſt donare, & alienare Capitulo ſine ſolemnitatibus, non obſtante iuramento de non alienando ſine Superioris licentia. *Rota Romana deciſ. 756. num. 3. p. 1. in nouiſ.* poteſt & loco pio. *Rota ibidem nu. 4. ex Oldrad. conſ. 182. verſ. ſicut.*

Men-

Menſis, vide Alternatiua num. 1. 4. 5. 7. *Dubium. num.* 15.

1 MEnſes tres, quibus Canonici abeſſe poſſunt, prouidere debet Epiſcopus, ne incurrant in Natalem, aut Paſcha Domini, vel ſimiles maximas feſtiuitates. *Barboſ. de poteſtat. epiſcop. par. 3. allegat. 53. nu. 119.*

2 Eo ipſo, quod Epiſcopus acceptat alternatiuam menſium, menſis Martij, & Septembris, ſemper ſunt Papæ, ſiuè reſideat Epiſcopus, ſiuè non, quia non reſidentia Epiſcopi, in ſui odium habetur pro reſidentia in hoc caſu, *Gonzal. ſuper regul. 8. Cancellar. gloſſ. 43. n* 109. *& 110. ex Mandoſ. conſ. 18. nu. 8. in fine, & nu. 9.*

3 Epiſcopus priuatus alternatiua, non per hoc remanet priuatus ſuis quatuor menſibus ordinarijs, videlicet Martij, Iunij, Septembris, & Decembris. *Gonzal. ſup. gloſſ. 56. nu. 147.*

4 Poteſt Epiſcopus in quolibet menſe anni, & quilibet alius Ordinarius, conferre beneficia coram illo liberè reſignata, dummodò reſignentur ex cauſis contentis *in conſtitut. 58. Pij V. edita de anno 1568. regiſtrata in Bullar. vltim. editionis tom. 2 pag. 253. incip. Quanta Eccleſia*, & non conferantur conſanguineis, vel affinibus,

aut

aut familiaribus reſignantis, nec collatoris, *vt in eadem conſtitut. §.5. conſule Gonzal. ſupra gloſſ. 14. nu. 31.*

5 Menſis Apoſtolicus terminatur in dimidia nocte vltimi diei, & ex illa dimidia nocte in poſterum incipit menſis ordinarius, & durat vſque ad dimidiam noctem vltimi diei illius menſis. *Rebuff. in tract. de nominat. q. 16. nu. 2. Iaſon. in l. more Romano de ferijs, Gomeſ. in regula de infirmis reſignationibus quæſt. 30.*

Mercatura, vide Negotiatio.

Metus, vide Iuramentum nu. 5. Lex num. 8. Miſſa num. 4. Sacramentum num. 1. Votum num. 3. 17.

1 METus grauis excuſat ab irregularitate excommunicatum, ſi celebret & Sacramenta miniſtret ad vitãdam mortem, vel grauem infamiam. *Auila de cenſuris par. 7. diſputat. 2. dub. 7. concl. 5. & alij, quos ibi citat. fauet Nauar. c. 27. ſumme nu. 239.* non tamen excuſat à peccato, ſi ſit denuntiatus, ſeu publicus percuſſor clerici, & compellatur ad miniſtrãdum ſacramentum pœnitentiæ; nam exerceret actionẽ intrinſecè malam conferens ſacra-

ſacramentum inualidum defectu iuriſdictionis. *Sanchez in decalog. tom. 1. lib. 1. cap. 18. num. 8. Suarez tom. 5. diſp. 6. ſect. 3. num. 3. Bonac. de peccat. q. 8. punct. 2. n. 7. & alij.*

2 Si lex eccleſiaſtica prohibeat ſub cẽſura id, quod iure naturæ eſt prohibitum, poteſt metus aliquando excuſare à cenſura, licet non à culpa; at, ſi talis metus incutiatur directè in contemptum religionis, aut eccleſiaſticæ poteſtatis, tunc nullus metus excuſat, & potiùs ſubeunda eſſet mors, quàm lex eccleſiaſtica violanda. *Suarez diſput. 4. ſect. 3. num. 13. & 14. vbi ſupra.*

3 Sacer ordo per iuſtum metum aſſumptus, non obligat ad caſtitatem. *Sanchez de matrimon. lib. 7. diſput. 29. num. 5.*

4 Metus iuſtus quis ſit, ex circumſtantijs loci, temporis, perſonæ &c. iudicatur, quia, qui vni non eſt, alteri erit iuſtus. *Nauar. conſ. 3. de iis, quæ vi num. 8. par. 1. lib. 1. ed. 2.* minorque metus excuſat fœminam, quàm virum. *Sà hoc eodem verbo num. 1.*

5 Non debet per Epiſcopum declarari nulla profeſſio puellæ ex eo, quod ſolùm metu reuerentiali patris, nullis tamen præcedentibus minis, & verberibus, in exploratione voluntatis ingreſſam ſe eſſe religionem illa fateatur. *Couar. in 4. decretal. par. 2. cap. 3. §. 6. nu. 7. & 8. & alij apud Ioan. Aloyſ. Ricc. in prax. for. eccleſ.*

reſol.

reſol. 599. fauet Sanchez de matrim. lib. 4. diſput. 6. num. 14.

6 Metus reuerentialis datur in clerico reſpectu Epiſcopi: quia reuerentia timorem, ac pudorem incutit ita, vt clericus minùs audeat Epiſcopi voluntati contradicere. *Sanchez ſup. num. 25.*

7 Beneficij reſignatio metu facta non eſt per Epiſcopum cenſenda ipſo iure irrita, ſed irritanda actione quod metus cauſa. *Azor. tom. 1. Inſt. Moral. lib. 1. cap. 11. quæſt. 9. Leon. Leſſ. lib. 2. de iuſtit. & iur. cap. 17. num. 37.* Rota *deciſ. 7. de* Renunc. *in nouiſ. & Deciſ. 2. De his, quæ vt in antiquis*. Et propterea eiuſmodi renuncians non poteſt ad titulum illius beneficij ordinari, nec tenetur ad horas, ſed is, cui eſt beneficium renunciatione collatum. *Nauar. in cap. accepta oppoſit. 5. num. 21. & ſeq. de reſtit. Spoliat. fauet Leſſ. vbi ſup.*

Miraculum.

1 MIraculorum recognitio, ſolùm ad Epiſcopum ſpectat, non ad inferiorem. *Trid. ſeſſ. 25. de inuoc. venerat. & reliquijs ſanctorum, & ſacr. imagin. Io. Aloyſ.* Ricc. *in ſua prax. for. eccl. reſol. 485.*

2 Teſtes deponentes de miraculis debét ſecreto, & ſeparatim per Epiſcopalem Curiam examinari, ne vnus inſtruat alium.

cap. venerabili, & ibi gloſſ. verbo examinare de teſtibus. Debent interrogari de ſingulis circumſtantijs caſus occurrentis, & de cauſis ſcientiæ; non enim ſufficeret, ſi deponerent de auditu. *Abb. d. cap. venerabili*; &, ſi ſint ſingulares, non probant. *Archidiacon. in can. nec mirum 26. q. 5. Abb. in conſ. 42. par. 1.*

3 Quando miracula fieri dicuntur virtute ſacrarum imaginum, Epiſcopi munus eſt mandare operiri imagines, ianuas Eccleſiæ claudi, impediri concurſum hominum, donec ſuper facto diligens capiatur informatio, & veritas habeatur, cum conſilio Theologorum, & iuriſconſultorum, *iuxta Trident. ſupra.* Quod paſſim in praxi obſeruatur; *conſule. Genuenſ. in prax. Archiepiſc. Neap. cap. 60. circa finem edit. 1. & Paul. Piaſec. in ſua prax. Epiſcop. p. 2. cap. 3. num. 18. verſ. nec credendum, vbi de his pluribus.*

4 Figuras ceræ, aut alterius materiæ imagini offerre in ſignum falſi miraculi, aut falſi beneficij ab imagine accepti, lethale eſt, quantumuis nil contra diuinum cultum, ſed alios ad deuotionem excitare, vt ei imagini offerant, intendatur; cultus enim eſt falſus, & pernicioſus veram miraculorum fidem eneruans, nullaque pia intentione excuſari hoc poteſt, & per conſequens ij, qui talia agunt, grauiter per Epiſcopum ſunt puniendi. *Caietan. verbo ſuperſtitio cap. 1, & alij apud Sancium in*

deca-

decalog. tom. 1. lib. 2. cap. 37. num. 9. vbi idem affirmat de prædicatoribus miracula falſa prædicantibus.

5 Ad approbandum verum miraculum requiritur, quod miraculum ſit ſupra naturam; quod appareat illud ex Deo, non ex arte, neque ex Diabolo cõtingere; quod effectus fiat præter ſolitum, & conſuetum modum cauſandi; ſitque ad corroborationem fidei. *Ioan. Aloyſ. Ricc. ſupra.* Item quando miracula fiunt in inſtanti. *Diuus Thomas in tertia parte ſummæ quæſt. 44. artic. 3. ad ſecundum argumentum, Genuenſ. ſupra num.* 1.

Miſſa, vide Cappella num. 4. Curia ſecularis num. 1. Homicidiũ num. 7. Oratoriam num. 1. cum ſeqq. Proceſſio num. 7.

1 EPiſcopus non debet abſque rationabili cauſa diem vllam ſine miſſa tranſire. *cap. fin. de priuil. in 6.*

2 Non debet Epiſcopus cogere clericos cenſuris eccleſiaſticis, vt celebrent diebus ſolemnibus, ſed adhortari; *ita Sacra Congregatio Concil. Trident. ad cap. 14. de reformat. ſeſſ. 23. §. curet Epiſcopus, declaraſſe fertur.*

3 Nec populum per eaſdem cenſuras cogere ex vi, Concil. Trident. *in decreto de obſeruan, & euit. in celebr. miſſ. ſeſſ. 23.* vt

diebus Dominicis, & feſtis maioribus in ſuis Parochijs miſſas audiant; ſed monere; *ex eadem Sacra Congregat. ad d. decret. in §. monendus etiam, & per Azor. inſtit. moral.par.1. lib.7. cap.6.q.6.*

4 Nec debet permittere quid pro miſſis nouis dari, ſeu miſſam extra Eccleſiam celebrari. *ex Trident. ibidem.*

5 Neque ſuis clericis extra Diœceſim exiſtentibus præcipere, ne dicant ſacrum extra ſuam Diœceſim. *Aegidius de Coninck de ſacram. & cenſur.tom.2.diſput.13. dub.7, num.61. concluſ.6.*

6 Epiſcopus poteſt prohibere, ne exteri Sacerdotes miſſam celebrent in Eccleſijs regularium, niſi priùs ab ipſo Epiſcopo viſis litteris commendatitijs admiſſi fuerint. *Suarez tom. 3. diſputat. 86. ſect.2.concluſ. 1. Ioan. Aloyſ.* Ricc. *in ſua prax. fori eccleſiaſt. reſolut. 635.*

7 Epiſcopus poteſt legem condere, vt certũ ſtipendium pro miſſæ ſacrificio exigatur; ita vt laici non dent minus, nec Sacerdotes magis exigant; non autem vt ipſi Sacerdotes non poſſint accipere minorem pitantiam. *Suarez ſupra Barboſ. de poteſt. epiſc. par.2. alleg.24. nu.8. & 9.*

8 Circa miſſarum celebrandarum magnum numerum poteſt Epiſcopus in Diœceſana Synodo pro ſua conſcientia ſtatuere omne id, quod magis expedire iudicauerit. *Trident. ſeſſ. 25. de reformat. cap.4.* Hodie tamen ex decreto Sacræ Congre-

gatio-

gationis dicti Concilij Sanctiſſimi Domini Noſtri Vrbani Papæ Octaui authoritate edito ſub datum Romæ 21. Iunij 1625. *regiſtrato in Bullar. vltim. edit. to. 4. pagin. 314. §. 1.* eſt Epiſcopis ſublata eiuſmodi facultas, & ſtatutum, vt pro miſſarum celebrandarum reductione, aut moderatione, vel commutatione, ad ſedem Apoſtolicam ſit recurrendum: atque nullæ, atque inanes ſint quæcunque reductiones &c. (ſi quas fieri contigerit) contra huius prohibitionis formam.

9 Vbi Sacerdotibus, ſeù quibuſuis locis pijs tàm Secularibus, quàm Regularibus, pro pluribus miſſis ſiuè ab vna, ſiuè à pluribus perſonis plura ſtipendia quantumcunque incongrua, & exigua conferuntur, tot miſſæ celebrari debent, quot ab ijs, qui eleemoſynam tribuerunt præſcriptæ fuerunt: alioquin ij ad quos pertinet, obligationi non ſatisfaciunt; grauiter peccant & ad reſtitutionem tenentur. *ex eod. Decreto §. 2.*

10 Sacerdos, qui miſſam ſuſcipit celebrãdam cum certa eleemoſyna, non poteſt eandem miſſam alteri celebrandam committere, parte eiuſdem eleemoſynæ ſibi retenta, etiamſi ſit maior ſolita. *Ex eod. Decreto §. 4. iuncta declarat. Sacri Conc. Trident. ibid. in reſp. ad decimum dub. pag. 319.*

11 Eccleſiarum, ac piorum locorum, tàm Sæcularium, quàm Regularium Superioribus prohibitum eſt, ne in poſterùm

onera perpetua ſuſcipiant Miſſarum celebrandarum, ſeculares ſinè Epiſcopi, vel eius Vicarij generalis, vel prouincialis conſenſu, & licentia in ſcriptis, & gratis concedenda: Alioquin ſecularis, ſi transgreſſor extiterit, ab ingreſſu Eccleſiæ eò ipſo eſt interdictus: Regularis verò priuationis officiorum, ac inhabilitatis ad eadem, vociſque actiuæ, & paſſiuæ abſque alia declaratione pœnam incurrit. *ex eod. decreto* §. 7.

12 Dicere miſſam ſecreto feria quinta, & Sabbato ſancto, poſt ſolemnem, quam Eccleſia proponit, non eſt mortale etiam ſine licentia Epiſcopi, etſi ſecus, ſi in paraſceue. *Emanuel. Rodriquez. par.* 1. *ſummæ cap.* 247. *num.* 4. *fauet Nauar. cap.* 25. *ſumm. nu.* 88. *idem nouiſſimè docet Ioan. Baptiſta Scortia in tract. de ſacrificio miſſæ lib.* 2. *cap.* 5. *nu.* 9. *vbi pluribus.*

13 Poſſunt Epiſcopi extra Eccleſiam per ſe, vel per alios miſſam dicere in altari portatili conſecrato, illamque audire vbicunque voluerint. *dicto cap. fin. de priuileg. in* 6. cui capitulo per Trident. non eſſe derogatum, atque ita Sacra Congreg. Concil. declaraſſe, *teſtis eſt Io. Azor. inſtit. moral. par.* 1. *lib.* 10. *cap.* 26. *q.* 4. Poſſunt & domi propriæ in loco decenti ex vrgenti periculo, & graui cauſa. *Stephan. Fagundez in quinque præcept. eccleſ. præc.* 1. *lib.* 3. *cap.* 13. *num.* 19. *&* 20. *fauet Azor. ſupra quæſt.* 5. At Romæ, nec Epiſcopi, nec

Car-

Cardinales tali priuilegio vtuntur, niſi de licentia Papæ, *Nauar. conſil. 5. de priuileg. num. 1. par. 2. ed. 2. Vgolin. de pot. epiſc. c. 2. §. 2.*

14 Epiſcopus audiens miſſam à malè ordinato, per hoc non diſpenſat cum illo, dato quod ſit caſus, quo diſpenſare poſſet. *clement. final. vbi gloſſ. verbo approbare de ſent. excommun.*

15 Poteſt Epiſcopus minuere miſſarum numerum in fundatione beneficij conſtitutum, quando fructus ita decreuerunt, vt redditus ad vitam beneficiarij honeſtam non ſufficiant. *Azor. ſupra par. 2. lib. 6. c. 24. quæſt. 6. fauet Fagundez cap. 7. à num. 11. vbi ſupra.*

16 Si miſſa non poteſt celebrari in loco conſtituto, poteſt Epiſcopus concedere, vt illa celebretur in alia Eccleſia, vel alio altari. *Graff. in deciſion. aureis par. 1. lib. 2. cap. 53. num. 19. ex cap. nos quidem de teſtam.*

17 Poteſt miſſa dici de Epiſcopi, aut alterius Superioris licentia ante diem propter neceſſitatem communicandi infirmum morti proximum, & defectum Euchariſtiæ. *D. Antonin. 3. par. tit. 13. cap. 6. §. 4.* Imò in tali caſu etiam ſine licentia Epiſcopi abſentis. *Nauar. cap. 25. ſumm. n. 85.*

10 Epiſcopus, quamuis graui morbo detentus non poteſt ſacros ordines cõferre, & alteri Sacerdoti miſſæ celebrationem committere, &, ſi ſecus fecerit, ordina-

tio non tenet, *iuxta Sylu. verbo ordo 1. num.9. & Aloyſ. Ricc. in prax. aurea reſol. 466. num.3.* Verius tamen eſt tenere; nam miſſa non eſt de ſubſtantia *iuxtà communem opinionem relatam per Armill. verb. ordo num. 9. Idem docet Barboſ. de poteſt. epiſc. par.2. alleg. 14. num.16.*

19 Ad munus Epiſcopale pertinet prouidere, vt in ciuitatibus, ac oppidis, in quibus populus frequentior eſt, vno, aut pluribus locis quotidie miſſa celebretur. Probatur *ex S. Chryſoſtom. homil. 17. ad Hebr. & homil. 61. ad popul. Antiochen. S. Auguſt. lib.10. de ciuitate cap. 20. & epiſt. 23. ad Bonifacium.*

20 Ob cauſam neceſſitatis licitum eſt poſt meridiem miſſam inchoare, etiam nõ petita licentia Epiſcopi, v. g. ne infirmus ſine viatico decedat, propter Principis funus, propter publicam concionem feſto die vſque ad meridiem, vel amplius productam, præſertim ſi pars aliqua populi nullam audiuit. *Leo Papa epiſt. 81. ad Epiſcopum Alexandrinum Dioſcorum cap.2.*

21 Quæ ab Eccleſia diſtantia excuſet à miſſę auditione, ex circumſtantia perſonarum, viarum, temporis, & ſimilium arbitrabitur bonus vir, & trium miliarium tantùm diſtantia non videtur excuſare. *Nauar. conſil. 3. de fer. num. 1. par. 1. lib. 2 edit.2.*

22 Ob Sacerdotũ penuriam poteſt Epiſcopus permittere, vt Sacerdos bis in die miſſam

miſſam celebret. *cap. conſuluiſti de celebr. miſſ. & ibi Cardin. Panormit. & alij.*

23 Miſſam quotidie dicere ex fundatione Capellaniæ obligatus non debet ab Epiſcopo puniri, ſi omni hebdomada ex cauſa honeſtatis, vel deuotionis augendæ, ſemel, & aliquando bis omittat. *cap. ſignificatum cum ibi notatis de prabend.*

24 Qui per metum grauem cogitur miſſam celebrare ſine altari vel calice conſecrato, aut ſine ſacris veſtibus, & alijs iure canonico requiſitis, poteſt per Epiſcopum excuſari, ſi metus non incutitur in odium religionis, vel in contemptum ſacrificij Miſſæ: nam lex humana non obligat cum tanto rigore, niſi aliter poſtulet commune bonum. *D. Anton. 3. par. tit. 13. c. 6. Valentia, Salas, & alij apud Bonacin. de legib. diſp. 2. q. 8. punct. 2. num. 9.*

25 Sacerdotes, qui celebrant miſſas ſuper rebus profanis aptis ad ſortilegia peragenda, v. g. ſuper calamita, ſuper cuti indumenti pueri naſcentis, quam appellant cartam virginem, ſuper paſtam, & his ſimilibus, debent per Epiſcopum deponi, beneficijs priuari, & perpetuò in Monaſterio includi. *Proſper Farinac. in ſua prax. crimin. tom. 1. par. 1. q. 20. concluſ. 14. nu. 107.* Cõſule ad hæc *Menoch. de arbitr. iudic. lib. 2. centur. 4. caſu 388. à num. 13.* vbi eccleſiaſtici Iudicis arbitrio puniẽdos eſſe tradit Sacerdotes, qui abutuntur debito modo, & ordine ſacrificandi, vt quia non

apponunt vinum ſimul cum aqua in calice, ſed ſolum vinum, vel ſolam aquam &c.

26 Qui non Sacerdos Miſſam celebrat, vel Sacramentum pœnitentiæ miniſtrat, præuia degradatione, Curiæ Seculari per Epiſcopum puniendus traditur. *Ex Conſtit. 81. Clem. VIII. incip. Et ſi alias registrata in Bullar. vltim. edit. to. 3. pag. 128.*

27 Sacerdos, qui Miſſam inchoatam, ſine graui cauſa dimittere præſumit, incurrit ſuſpenſionem à corpore, & ſanguine Chriſti. *Nauar. de Orat. Miſcell. 52. Maiol. de Irregul. lib. 3. cap. 13. Suyr. de cenſur. lib. 4. cap. 16. num. 1. ex c. Nullus Epiſcopus de Conſecr. diſt. 1.* Idem dicendum eſt, ſi perficit, ſed in ea non communicat *cap. relatum de Conſecr. diſt. 2.* Non tamen ei prohibitum eſt communicare more laicorum durante d. ſuſpẽſione. *Bonac. de Cenſur. in partic. tom. 3. diſp. 3. q. 3. pun. 2. n. 4. & punct. 3. num. 6.* Abſolutio verò iſtius ſuſpenſionis ab Epiſcopo impendi poteſt. *Bonac. d. punct. 2. nu. 6.*

Monachus, vide Teſtamentum num. 10.

1 Monachus in Epiſcopum promotus non eſt ſolutus à tribus votis ſubſtantialibus, caſtitate, obedientia, & paupertate. At ſolutus eſt à clauſura, ſilentio, vigilia, ieiunijs, abſtinentijs, & alijs.

alijs vitæ aſperitatibus, ex quibus impotens corpore redderetur ad exequendum Pontificale officium. *D. Thom. 2.2. q. 185. num. 8. & q. 88. art. 11. ad quartum. vide Emanuel. Rodericum regular. quæſtionum tom. 2. q. 58.* vbi in octo articulos examinat ea, quæ regularis retineat, ſeu priuetur factus Epiſcopus.

2 Liberatur ab onere recitandi officium propriæ religionis, *Abb. in cap. clerici officia de vit. & honeſt. cleric.*

3 Si Epiſcopatum relinquat, non eſt Apoſtata, ſi ad religionem non redeat. *Nauar. conſ. 6. num. 11. de donat. edit. 2.* tutius tamen eſt redire. *Sà in aphor. verbo Epiſcopus num. 11.* An verò, ſi redeat, ſit capax dignitatum religionis, vide ſupra *verbo dignitas num. 12.*

4 Filiatio proueniẽs Monacho per profeſſionem in aliquo Monaſterio tollitur per conſecutionem Epiſcopatus, vel alterius Eccleſiæ ſecularis conceſſæ in perpetuum. *Nauar. conſ. 6. de teſtament. nu. 4. par. 1. lib. 3. edit. 2.*

5 Monachus poteſt ab Epiſcopo Vicarius creari interueniente licentia Abbatis, vel Superioris. *Sbroz. de Vicario Epiſcopi lib. 1. q. 38. nu. 4. & 10.*

6 Monachus iuſtè expulſus remanet ſubiectus Epiſcopo originario. *Nauar. conſ. 29 de regular. num. 4. par. 1. lib. 3. ed. 2.*

Monaſterium, vide Abbas num. 5. 8. 9. *Clauſura nu.* 4. 5. *Coniugatus num.* 2. *Regularis n.* 8. 9.

1 MOnaſteria ſine Epiſcopi licentia fundari non poſſunt. *Tridentin. ſeſſ. 25. de regular. c. 3. in fine*. Dum verò Epiſcopus eiuſmodi licentiam concedit, ſeruare debet conſtitutionem Clem. VIII. *incip. Quoniam ad inſtitutam, de qua ſuprn verbo ædificium num. 3.* Collapſa tamen Monaſteria abſque Epiſcopi licentia inſtaurari poſſunt. *Cucchus inſtit. maior. lib. 2. tit. 6. nu. 51.* Idemque Sacra Congreg. Concil. cenſuiſſe fertur, ſi Monaſteriorum fabricæ iam cœptæ reperiantur.

2 Monaſteria commendata, in quibus non viget regularis obſeruantia, quamuis exempta, Epiſcopus tanquam Apoſtolicæ ſedis delegatus ſingulis annis viſitat: &, ſi in eis viget obſeruantia regularis monere debet Epiſcopus eorum ſuperiores, vt ipſi viſitent, & corrigenda corrigant; qui ſi intrà ſex menſes viſitare neglexerint, Epiſcopus viſitabit. *Trident. ſeſſ. 21. de refor. cap. 8.*

3 Monaſteria, Conuentus, etiam Ordinis Mendicantium hodie nullibi recipi poſſunt, niſi præter alia requiſita, per Bullam Clem. VIII. in ſingulis eiuſmodi locis duodecim ſaltem fratres, aut Monachi,

ſeù

ſeù Religioſi degere, & ex redditibus, & conſuetis eleemoſynis competenter ſuſtẽtari valeant, *Ex conſt.* 31. *Greg. XV. incip. cum aliàs* §. 3. *regiſtrata in Bullar. vlt. ed. tom.* 4. *pag.* 138. Alioquin Monaſteria, & loca huiuſmodi contrà hanc formam poſthac recipienda, Ordinarij loci viſitationi, correctioni, atque omnimodæ iuriſdictioni ſubiecta eſſe intelliguntur. *Ex Conſtitut.* 43. §. 14. *Vrbani VIII. incip. cum ſæpe regiſtrata vbi ſup. pag.* 314.

4 In Monaſterijs Monachorum, vbi cõmodè fieri queat, lectio ſacræ Scripturæ habenda eſt. Qua in re ſi Abbates negligentes fuerint, Epiſcopi locorum in hoc, vt Apoſtolicæ ſedis delegati eos ad id oportunis remedijs compellere debent, *Tridentin. ſeſſ.* 5. *de reformat. cap.* 1. *poſt medium*.

5 Monaſteria Monialium Papæ immediatè ſubiecta ſub quouis nomine, ab Epiſcopis vti delegatis Apoſtolicis gubernari debent. *Trident. ſeſſ.* 25. *de regular. cap.* 9. Nulla tamen iuriſdictio per hoc decretum eſt eis conceſſa, niſi in concernentibus ſpiritualia: in temporalibus verò nihil agere poſſunt; *ſic Sacra Congregatio ad cap.* 9. *cenſuiſſe fertur*.

6 Epiſcopi non poſſunt ingredi Monaſteria mendicantium Monialium non ſibi pleno iure ſubiecta; *ex Pij V. Bulla de clauſura Monialium incip. Circa paſtoralis, regiſtr. in Bull. vltim. edition. to.* 2. *pag.* 184.

Mona-

6 Monaſteria Monialium extra mænia Vrbium, ſi ita expedire videbitur, curent Epiſcopi, vel Superiores transferre intra vrbes, & cogant cenſuris. *Trident. ſeſſ. 25. de regular. cap. 5.*

7 Monaſterium, quod in certo loco teſtatoris iuſſu conſtrui non poteſt, ex authoritate Epiſcopi alibi conſtrui valet. *Barboſ. de poteſt. epiſc. par. 3. alleg. 83. nu. 10.*

8 Epiſcopus habens ius viſitandi Monaſteria, ſi ei oſtia claudantur, poteſt illa frangere, etiam inuocato auxilio brachij ſecularis. *Fuſcus de viſitatione lib. 2. c. 19. nu. 1. & alij, quos refert, & ſequitur Barboſ. ſupra alleg. 74. nu. 32.*

9 Monaſteria non tenentur Epiſcopis præſtare ea, quæ ipſis Epiſcopis competũt ex lege Diœceſana, ſed ea tantùm, quæ ex lege iuriſdictionis. *Cucchus inſtit. maior. lib. 2. tit. 6. nu. 36.* vbi *nu. 37. cum ſequentibus*, diſtinctè docet, quid competat Epiſcopis ex lege Diœceſana, & quid ex lege iuriſdictionis. Ad idem videatur, *Lelius Zecchius in tract. de ſtatu, & munere epiſc. cap. 3. vbi fuſiùs.*

Monia-

Monialis, vide Clauſura num. 1.2. cum ſeqq. Eleemoſyna num. 9. Licentia num. 8. 9. Monaſterium num. 5. 6. Profeſſio num. 7. 8. Virginum conſecratio per tot.

1 MOnialis abſolui poteſt ab Epiſcopo loci, ſi Monialem, vel Conuerſam, aut Clericum percuſſerit, etiamſi percuſſio ſit enormis. *Sylu. verbo abſolutio 4. nu. 3. verſ. tertius eſt.*

2 Ordinarij, Monialiumque ſuperiores nullatenus permittere debent, vt plures in illarum Monaſterium recipiantur, quàm ex proprij Monaſterij redditibus, vel conſuetis eleemoſynis poſſint ſubſtentari, *Pius V. conſtitut. 8. §. 7. edita 4. Kalend. Iunij Pontif. ſui anno primo, quæ incipit Circa paſtoralis officij, regiſtrata in Bullario vlt. edit. pag. 184. tom. 2.*

3 Nemini Monialium abſque legitima cauſa, ab Epiſcopo approbanda, licet poſt profeſſionem à Monaſterio etiam ad breue tempus exire. *Trident. ſeſſ. 25. de regular. cap. 5.*

4 Ab Epiſcopo, & alijs Superioribus, præter ordinarium, debet Monialibus offerri extraordinarius confeſſor bis, vel ter in anno, qui audire debeat omnium confeſſiones. *Trident. ſupra cap. 10.*

5 Quoad clauſuram omnes Moniales indif-

indifferenter ſubiectæ ſunt Epiſcopo; etiã illæ, quæ à regularibus reguntur. *Trident. ſupra illo cap. 5. Idemque confirmauit Pius V. vbi ſupra. num. 2.*

6 Epiſcopus poteſt ex rationabili cauſa monere Superiores Regulares, vt amoueant Confeſſores, atque Adminiſtratores Monialium ipſis ſubiectarum: quod ſi exequi negligant, poteſt id per ſe facere quoties, & quando opus fuiſſe iudicauerit. *Ex Conſtit. 18. §. 5. Greg. XV. de Exempt. Priuileg. &c. regiſtrata in Bullar. vlt. ed. tom. 4. pag. 95.* Nec tenetur Epiſcopus dictis Superioribus eiuſmodi cauſam ſignificare; hoc enim relinquitur arbitrio, & prudentię eiuſdem Epiſcopi exequendũ. *Ex declaratione S. Cong. Conc. Trid. in reſponſione ad quadam dubia exorta reſpectu d. conſt. 18. qua reſponſio reperitur impreſſa in calce eiuſdem Conſtitut. pag. 102. col. 1. dub. 12.*

7 Epiſcopus tanquam Apoſt. Sed. delegatus punire poteſt Regularem accedentẽ abſque legitima licentia ad Monaſterium Monialium Regularibus ſubiectarum, ibiq; in loco colloquijs deſtinato cum Moniali colloquentem. *Ex eadem Sacra Congregat. vbi ſup. pag. 102. col. 2. vbi habetur eandem Sacra Congr. ſententiam Vrbanum VIII. ad ſe relatam approbaſſe.*

8 Epiſcopus, dum præeſt electioni Abbatiſſæ, non ingrediatur clauſtra Monaſterij; ſed per cancellos feneſtrę vota excipiat. *Trident. ſupra cap. 7.* At ex iuſta cau-

ſa viſitationis, ſeù alia vrgenti occaſione ingredi non prohibetur. *Nauar. conſ. 9. de ſtatu monach. num. 3. par. 1. lib. 3. ed. 2.*

9 Epiſcopus, ſiuè quiuis alius Prælatus, cui Monaſteriorum Monialium regimen incumbit, ſi in caſibus non neceſſarijs prædicta Monaſteria ingrediatur, pro prima vice ſuſpenditur ab ingreſſu eccleſiæ; pro ſecunda à munere pontificali, & à diuinis: ac deinceps ipſo facto abſque alia declaratione excommunicatus exiſtit. *Ex Conſtitut. 28. Gregorij XIII. de anno 1581. incip. Dubijs, regiſtrata in Bullar. vltim. edit. tom. 2. pag. 394.*

10 Epiſcopus poteſt prohibere, ne quis accedat ad Monaſteria Monialium exempta, ſub pœna excommunicationis. *Aloyſ. Ricc. in prax. aurea reſol. 181.*

11 Epiſcopus non poteſt præcipere Abbatiſſæ, & Conuentui, etiam ſibi ſubdito, vt recipiat Monialem; id enim eſt Abbatiſſæ cum Conuentu. *Nauar. conſ. 9. de conſtit. nu. 12. par. 1. lib. 1. ed. 2. Sà in Aphor. verbo Religio nu. 65. Sanchez in Decal. tom. 2. lib. 5. cap. 4. nu. 65.*

12 Monialis eiecta ob ſimoniam, ſi recipiatur in eodem Monaſterio, eo quod in alio non ſit ei locus, debet recipi ad locum vltimum, & non ad eum, quem ante habebat. *cap. quoniam de ſimonia.*

13 Non licet Epiſcopo licentiam dare matri, ſororibus, & conſanguineis Monaſterium ingrediendi, cauſa viſitandi filiam, vel

vel ſorores, quæ graui aliqua infirmitate detinentur, etiamſi eſſent in mortis periculo; & minùs, quando filiæ, vel aliæ, profeſſionem emitterent, vel habitum ſuſciperent religionis. *Ex ſacr. Congregatione Concil. quam refert Roderic. tom. 1. quæſt. regular. q. 46. art. 11.*

14 Moniales, ſicut cæteri religioſi maſculini ſexus, poſſunt ad arctiorem religionem tranſire, petita priùs à Superiore ordinario licentia, etiamſi fortè non obtineatur. *Sanchez in decal. tom. 2. lib. 6. cap. 7. num. 5. & 6. Rodriquez quæſtion. regular. quæſt. 52. art. 6. & alij recentiores, quos ij citant.*

15 Ad Epiſcopum, vel ad eius Vicarium Generalem pertinet facultatem exeundi è Monaſterio concedere Monialibus in Monaſterijs Epiſcopo, aut Sedi Apoſtolicæ ſubiectis. Monialibus verò ſubditis Religioſis, concedunt Superiores religioſi, & ſimul Epiſcopus. *Bonac. de clauſura q. 1. punct. 8. num. 1. tom. 2.*

16 Prælati, ſiuè ſeculares, ſiuè Regulares dantes licentiam abſque cauſa iuſta ingrediendi Monaſteria Monialium, non ligantur pœnis impoſitis Monialibus admittentibus prætextu eiuſmodi licentiæ. *Sanchez ſup. cap. 16. nu. 92.*

17 Qui loquitur cum Moniali ea nihil reſpondente, incurrit excommunicationem per Epiſcopum latam contrà loquentes cum Monialibus. *Graſſius conſ. 22. de ſent. excom.*

excom. num. 30. & ſeq. tom. 1. Idem dicendum eſt, ſi per nutus, & ſigna Monialem alloquatur. *Graff. ſup. & lib. 2. caſ. reſeru. cap. 5. num. 33.* ſecus ſi Moniali abſēti mitteret nuntium, vel epiſtolam; nam tunc improprijſſimè dicitur loqui. *Graff. d. cap. 5. num. 34. & d. conſ. 22. num. 29.*

Monitio, vide Citatio nu. 3.

1 IVdex, qui excommunicat non præmiſſa trina monitione, vel vna pro tribus, manet ſuſpenſus per vnum menſem ab ingreſſu Eccleſiæ, & afficitur alijs pœnis, *vt habetur in cap. ſacro de ſent. excommun. in 6.* Non tamen hæc pœna ſuſpenſionis afficit Epiſcopos, quia non fit eorum particularis mentio. *Nauar. cap. 27. ſumma num. 8. Auila de cenſuris par. 2. c. 5. diſput. 1. dub. 7. concluſ. 4.*

2 Trina monitio ad excommunicationem neceſſaria requiritur in excommunicatione ab homine ferenda; non tamen in excommunicatione lata à canone, vel ſtatuto. *Couar. in cap. alma mater par. 1. §. 9. num. 5. verſ. trina monitio.*

3 Monitio canonica præmittenda eſt, etiam in notorijs ad excommunicationis ſententiam proferendam; aliàs iniuſtà cenſenda eſt ſententia, non tamen nulla; etiam ſi Iudex, qui eam tulit per ſacros canones puniatur. *Couar. ſup. nu. 6. & 7.*

4 Quando Prælatus præcipit ſub pœna excom-

excommunicationis latæ ſententiæ, ne ſubditus faciat tale crimen, tunc non requiritur alia monitio; ſed faciens contrà, ſtatim excommunicatus eſt, cum habeat annexam contumaciam. *Angel. excom. 2. num. 1. Sayr. de cenſur. lib. 1. cap. 12. num. 6. & alij apud Bonac. de cenſur. diſput. 1. quæſt. 1. punct. 9. num. 1. & 2. tom. 1.*

5 Monitio fraterna non eſt adhibenda, quando non eſt profutura, ſed quando creditur profutura. *Nauar. conſ. 15. de conuerſ. coniug. nu. 4. p. 1. lib. 3. ed. 1.*

Monitorium, vide Denunciatio num. 1. 4.

1 MOnitoria contra ſcientes, vt manifeſtent, & teſtificentur, iuſtè concedit Epiſcopus ijs, quibus deficit probatio ſui iuris; at non ligant illum, qui rem iuſtè per præſcriptionem completam fecit ſuam: neque illum, cui pars, petendo conſilium, aliquid manifeſtauit; neque partem aduerſam, cum qua eſt lis, *Nauar. conſil. 38. de ſenten. excommun. per totum p. 2. lib. 5. edit. 2.* Neque ligant eum, qui non tenetur credere rem, pro qua feruntur, a ſe, vel ab alio iniuſtè detineri. *Nauar. conſ. 3. num. 6. vbi ſupra.*

2 Monitoria ad finem reuelationum non ſunt per Epiſcopum concedenda hominibus beneficij, quod eſt nullius

Diœce-

Diœceſis, nàm pro eis confugiendum eſt ad Sedem Apoſtolicam; neque concedenda ſunt pro qualibet re leui; neque quando certæ ſunt perſonæ; neque ſi ſint infamatoria alicuius perſonæ: & propterea non eſt in ijs nominanda perſona, quæ præſumitur rem detinere; neque concedenda ſunt in cauſis criminalibus. *Marc. Anton. Genuenſ. in ſua prax. Archiepiſcop. Neapol. cap. 1. nu. 2. 3. 4. 6. 7. edit. 1. De his fuſius Io. Aloyſ. Ricc. in ſua prax. fori eccleſiaſt. à reſolutione 233. vſque ad reſolut. 243. incluſiuè.*

3 Si Epiſcopus à parte requiſitus, vt monitoria decernat, ſine cauſa deneget illa, vel det breuem terminum ad reuelandum, poteſt appellari. *Nauar. conſ. 11. de offic. ordin. Genuenſ. ſupra num. 13.*

4 Ad obtinenda ab Epiſcopo monitoria excommunicationum pro rebus deperditis, mandatum ſpeciale requiritur. *Aloyſ. Ric. Reſol. 236. num. 4. vbi ſup. conſule Barboſ. de Poteſt. epiſc. par. 3. alleg. 96. vbi pluribus.*

Mortuus, vide Acta, actus num 1. Capitulum num. 5. 6. Caſus reſeruatus num. 3. Præceptum num. 4.

1 EPiſcopus pro gregis ſui ſalute tenetur etiam vitam exponere, ac mortem ſubire, quando fuerit opus, & necel-

neceſſitas hoc requiret, *Armill. verbo Epiſcopus num. 3.*

2 Epiſcopus, ſi moriatur in conferendo ordines ad Sacerdotium, antequam profeſat verba illa: *Accipe Spiritum ſanctum &c.* peractis alijs, Sacerdos manet initiatus. *Barboſ. de poteſtat. Epiſcop. par. 2. allegat. 14. num. 8.*

3 Mortuo Epiſcopo, poteſt Capitulum conferre beneficia communiter ſpectantia ad illud, & Epiſcopum, etiamſi Epiſcopus intereſſe habeat in collatione huiuſmodi, vt Prælatus, *cap. vnico ne ſede vacante aliquid innou. in 6.*

4 Abſoluere à cenſura ab homine lata, quando moritur, vel excommunicatur vel ſuſpenditur Epiſcopus, qui eam tulerat, poteſtis, qui ſuccedit in locum mortui, vel excommunicati, ſeù ſuſpenſi. *cap. 1. de Maiorit. & Obed. in 6. Bonacin. de cenſur. diſp. 5. q. 3. punct. 1. nu. 2. tom. 1.*

Mutilatio.

1 PRobabile eſt Epiſcopum virtute, *Trident. ſeſſ. 24. de reformat. cap. 6.* diſpenſare poſſe in irregularitate ex mutilatione illicita; ſi occulta ſit, licet voluntariè, & ex propoſito mutilatio facta fuerit. *Rodriquez par. 1. ſumma cap. 180. quaſt. 1. ed. 2. Auila de cenſuris par. 7. diſput. 6. ſect. 5. dub. 4. Bonacin. de cenſuris diſput. 7. quaſt. 4. punct. vlt. num. 11. tom. 1.*

Muti-

2 Mutilaſſe dicitur is,qui membrum, nimirùm illam hominis partem alicui abſcidit,quæ officium per ſe diſtinctum habet, vt manus,pes,auris &c. *Nauar.cap.27.ſummæ num.206.verſ. ſecundo dico,Auila ſuprà diſp.5.ſect.1 dub.2.*

3 Infantes, & ij, qui non ſunt doli capaces, propter mutilationem non fiunt irregulares. *clement.furioſus de homicid. Abb. in cap.1.de delict.puer.* Nec mutilans ſeipſum defendendo,non valens aliter facere. *clement.vnica de homicid. Armil. verbo irregularitas num.7.*

4 Irregularis impoſita pro homicidio dubio,de quo *in cap.ad audientiam & cap. ſignificaſti il ſecondo de Homicidio,* non extenditur ad dubitantem,an aliquem mutilauerit; neque ad dubitantem,an iuſtè occiderit, vt in bello iuſto &c. *Sanchez in Decal.tom.1.lib.2.cap.10.num.49.& 50.fauet Henriq. lib.14. de Irregular. c.4. ad fin. & Bonac. de Cenſur. in genere diſput.7. q.1. pun.5.num.4.*

Negligentia. vide Iudex num.4. Patrimonium num.6.

1 NEgligentia Epiſcopi eſt peccatum mortale, quando eſt in omiſſione neceſſariorum ad ſuum officium,vt viſitationis,correctionis &c. teneturq. non ſolùm de dolo, & lata culpa, ſed etiam de

leui,

leui, quoad damnum eccleſiaſticum ; & à fortiori, quoad damnum animarum. *Gloſſ. in c. ea qua, de offic. Archidiac. Sylu. verb. Prælatus q. 4.*

2 Dicitur Epiſcopus negligens in defendendo iura Eccleſiæ, eo ipſo, quod non proſequitur notorium ius eccleſiæ. *Felin. in cap. cum olim. de teſtib. num. 4. verſ. quando autem.*

3 Negligentia Prælati in implemento conditionis appoſitæ in donatione eccleſiæ facta, nocet Eccleſiæ, quia res non eſt debita ante conditionem; ſecus in implemento modi; quia donatio præſupponitur imperfecta. *Felin. in cap. verùm, de foro compet. num. 6.*

4 In conferendis beneficijs, Epiſcopus ſupplet negligentiam Capituli, & è conuerſo, & Metropolitanus negligentiam Epiſcopi; intellige pro illa vice tantùm, *Abbas in c. nulla, de conceſſ. praben. Syluеſt. verbo beneficium 2. q. 6.*

Negotiatio, vide Conductio num. 1. Pauper num. 13. Sacrilegium num. 3.

1 NEgotiatio, qua aliquid emitur, vt carius vendatur, eſt clericis interdicta qui, ſi tertiò ab Epiſcopo moniti, ab ea non deſiſtant, perdunt priuilegium clericale; hoc eſt, vt tàm ipſi, quàm ipſorum bo-

bona, tributis, gabellis, & alijs oneribus patriæ ſubijciantur. At, ſi poſtea reſipiſcant, & emendentur, iterùm gaudere eodem priuilegio incipiunt, *cap. fin. de vita, & honeſtat. clericor. conſule Sylu. verbo Clericus tertio q. 3.*

2 Clericus non incidit in pœnam clerici negotiatoris, ſi emit neceſſaria ad proprium, ſuorumq. vſum, & vendit ſuperflua: eſto pretij magnitudine attrahatur ad vẽdendum, intelligens, ſe poſtea viliùs poſſe emere res ſimiles. *Molin. de contract. diſput. 342 verſ. ſecunda concluſio.* Neque ſi artificio aliquo vtatur, vnde aliquid lucretur ad vitæ ſuſtentationem, modò artificium turpe non ſit, neque officij clericalis impeditiuum. *Molin. ibidem verſ. quarta concluſio.* Neque ſi emat materiam, ex qua ipſe arte facta conficiat, vt ea vendat. Neque ſi animalia in proprijs agris nutriat, vt cum creuerint, aut partus ediderint, illa, eorumq. fructus vendat. Item ſi mulam, aut aliud iumentum, vt cum creuerit, aut ſimul inſeruierit, cariùs illud vendat. Neque ſi locet propria prædia, ac iumenta; emere tamen iumenta ſolùm, vt ea locet, genus eſt negotiationis, & propterea illis illicitum. *Molin. ſupra verſ. quinta concluſio.* Neque per vnius rei emptionem, vel venditionem; nam negotiator is dicitur, qui plures negotiationes exercet. *Salzedo in addit. ad Diaz in pract. crimin. canon. c. 58. verſ. & vt huius.* Ad hæc omnia

Q vi-

videatur *Valer. Reginal. in prax. for. pœnitet. lib. 25. c. 21. nu. 325. volum. 2.* vbi fuſius.

3 Clericus coniugatus ſeruans omnia requiſita non amittit priuilegium canonis *ſi quis ſuadente 17. q. 4.* & fori, ſi negotiationibus vacet. *Sanchez lib. 7. de matrimon. diſput. 46. num. 26.*

4 Pœna ſtatuta clericis in ſacris ordinibus conſtitutis, qui eiuſmodi negotiationem per ſe ipſos exercent, eſt excommunicationis, *cap. ſecundum ne clerici, vel monachi.* Item pœna ſuſpenſionis, ac depoſitionis, *can. conſequens 88. diſt.* Clerici verò beneficiati, qui in ſacris non ſunt conſtituti, eiuſmodi pœnis non videntur ſubiacere, ſi talia agant; quia mortaliter non peccant, *iuxta Sylu. verb. clerici, 3. q. 3.* quem refert, & ſequitur *Molin. vbi ſupra, ante verſ. clericis item.*

Neophytus.

1 NEophytus ad Epiſcopatum non eſt promouendus. *D. Paul. 1. ad Timoth. cap. 3.*

Notarius, vide Familiaris trienmalis num. 5.

1 EPiſcopus, vti delegatus Apoſtolicus quorumcumque Notariorum ſufficientiam ſcrutari poteſt, & non idoneis, aut delinquentibus perpetuò, vel ad tem-

pus (ad ſuum arbitrium) vſum officij in cauſis eccleſiaſticis prohibere. *Trident. ſeſſ. 22. de reform. cap. 10.*

2 Epiſcopi munus eſt mandare, nihil in viſitatione à ſuo Notario recipi pro præſentatione Bullarum, & alijs actis viſitationis, niſi quando viſitati petunt copiam decretorum, vel aliorum actorum viſitationis; quia cedunt in eorum cõmodum, *Genuenſ. in prax. Archiep. Neapol. cap. 20. ed. 1. & Piaſecius in ſua prax. epiſcop. par. 2. c. 3. num. 63.*

3 Notario Epiſcopi competit actitare cauſas ab Epiſcopo alteri delegatas: delegatus enim gerit vices delegantis, & ab eo accipit iuriſdictionem. *Genuenſ. ſupra c. 85. num. 11. cum ibi notatis num. 22.*

4 Clericus, qui fuit Notarius in Curia Epiſcopali, ſi efficiatur laicus, pro geſtis tempore Notariatus tenetur reſpondere coram Epiſcopo. *Paul. de Caſtr. in l. 1. C. vbi de ratioc. agi opor.* videatur *Genuenſ. ſupra c. 26. num. 5.*

5 Notarius Curiæ Epiſcopalis poteſt pro ſuis laboribus recipere mercedem, hoc eſt pro ſingulis litteris dimiſſorijs, aut teſtimonialibus, decimam vnius aurei partem, quando non habet ſalarium de publico, nec viget laudabilis conſuetudo nihil accipiendi. Epiſcopo verò ex Notarij commodis aliquod emolumentum ex eiſdem ordinum collationibus directè, vel indirectè prouenire non debet. *Tridentin.*

ſeſſ. 21. de reform. c. 1.

6 Notarius Epiſcopi dicitur familiaris, ſeu de familia Epiſcopi, & ob id gaudet priuilegio fori. *Gratian. diſcept. forenſ. cap. 349. tom. 2. & deciſ. 233.* &, ſi delinquit, punitur ab Epiſcopo, eſto quod ſit laicus, *Ioan. Aloyſ. Ricc. in prax. for. eccleſ. reſolut. 471. num. 3.*

7 Acta, ſeù Inſtrumenta Notarij, qui per ſententiam legis Notariatu priuatus eſt, poſſunt per Epiſcopum admitti, ſi nondum id per ſententiam hominis eſt declaratum, *Angel. verb. Pœna nu. 3. Sylu. verb. Hæreſis 1. num. 14. & alij.*

Nouitius.

1 NOn ſpectat ad Abbatem, ſeu alium Superiorem regularem conferre primam tonſuram, & ordines minores ſuis nouitijs infra annum probationis, ſed ad Epiſcopum, in cuius Diœceſi exiſtit Monaſterium, quod incolunt. *Lapus in cap. cum nullus num. 3. de tempor. ordin. lib. 6. Cucchus inſtit. maior. lib. 3. tit. 1. nu. 94. Sayr. de cenſuris lib. 4. cap. 13. num. 5. Sanchez in decal. tom. 2. lib. 6. cap. 10. num. 21.* At, ſi delinquant, non coram Epiſcopo, ſed coram Abbate, ſeù alio competenti Religionis Antiſtite conueniendi ſunt, ab eoque puniendi, etiamſi delicta eorum eſſent grauia, vt homicidium &c. *Nauar. conſ. 6. de foro competenti nu. 4. par. 1. lib. 2. edit. 2.*

& alij, quos refert, & ſequitur Sanchez ſupra num. 11. *&* 12.

2 Nouitij ad dignitatem Epiſcopalem eligi poſſunt; non autem ad Abbatias, & Prælaturas religionis. *Sylu. verbo religio* 5.*quæſt*.9.*num*.9. *Sanchez ſuprà lib*.7. *c*.4. *num*. 20. *ex cap. nullus de elect. in ſexto*. Poſſunt eiſdem conferri cætera beneficia ſecularia, *Sanchez ibidem nu*.22. Itemque per totum tempus probationis retinere beneficia per eos ante nouitiatum adepta. *Sanchez ibidem num*. 6. *& ſeq*. & de illis fructus percipere, reſeruata portione congrua Vicario, beneficio inſeruituro, quæ quidem portio per Epiſcopum taxanda erit; *ex eodem Sanchez nu*.14. *vbi ſupra*.

Nundinæ, vide Feſtum num. 10.

OBEDIENTIA, *vide Dubium nu*. 2. *Præceptum num*. 2.

1 OBedientia debita, propter quam Epiſcopus excuſatur à reſidentia, eſt, ſi contingat, aliquem à Summo Pontifice euocari. *Barboſ.de poteſt. epiſc. par*.3. *allegat*.53.*num*.10.vbi *num*.6.*&* 7.explicat alia duo requiſita à *Trident*.à reſidentia pariter excuſantia.

2 Epiſcopo excommunicato, vel hæretico non tenentur Sacerdotes, nec vaſſalli præſtare obedientiam. *Gloſſ. in can. Sacerdotes 2. q. 7. Auila de cenſuris 2. par. c. 6. diſput. 11. dub. 4. concluſ. 2.* Neque ſi ſubdito præcipiat, vt reuelet peccatum omninò occultum, non ſeruato ordine fraternæ correctionis; neque nè alloquatur ipſiuſmet iubentis Superiorem; neque ſi præcipiat contra ordinationes vniuerſalis Eccleſiæ, vel ſuæ particularis abſque rationabiii cauſa. *Nauar. cap. 23. Sum. num. 38. & ſeq. Armill. verbo Obedientia num. 3. & ſeq.* Fauet *D. Tho. 2. 2. q. 104. art. 5. in corp.* Neque ſi præcipiat id, ad quod ipſius iubentis poteſtas non ſe extendit, vt ſunt actus omninò interiores; vt ſi præcipiat ſubdito: dilige inimicum, aut crede iſtam opinionem &c. Secus ſi actus internus ità externo colligatur, vt ſine interno eſſe nequeat, vt ſubditus iuſſus aliquid exequi, tenetur habere voluntatem exequendi, quia abſque illa exequi nequit. *Sylu. excommunicatio 7. §. 4. Nauar. ſup. num. 37. Toled. lib. 8. Sum. cap. 15. num. 1. Sanchez to. 2. Decal. lib. 6. cap. 2. num. 6. vbi de communi teſtatur.*

3 Prælato de crimine criminaliter accuſato debetur obedientia ab accuſatoribus, dum lis pendet. *Felin. cap. cum non liceat de præſcript. num. 5.*

4 Obedire cuinam priùs debeat ſubditus, diuerſis Epiſcopis contraria iubentibus,

bus, puta vni ratione beneficij, alteri ratione domicilij, conſulendus eſt *Butrius in cap.cum nullus num.7. de tempor. ordin.* vbi docet, in dubio obediendum eſſe primo.

Oblatio, vide Eleemoſyna num.5. Imago nu.7.

1 OBlationes, quæ fiunt tempore Iubilei Eccleſiæ Cathedrali, ſpectant ad Archipresbyterum, qui in eadem Eccleſia exercet curam animarum, & non ad Epiſcopum. Ita fuiſſe dictum in vna Beneuentana ſpolij, 2. Decemb. 1585. coram Orano, teſtatur *Genuenſ.in ſua prax. Archiepiſcop.Neapol.cap.72.num.14. in annotat.edit.1.*

2 Stante ſtatuto, quod oblationes, quæ fiunt die Dominico, debeant eſſe Prælati, & in feſto principali debeant eſſe Epiſcopi; oblationes, quæ fuerunt factæ contemplatione Dominicæ, cedunt Prælato; aliæ cedunt Epiſcopo. *Bald.in l.3.ff.de tutel. & alij, quos refert Genuenſ.in d.prax.Archiep. num.11. vbi ſupra.*

3 Oblationes, quæ fiunt in conſecratione Eccleſiæ, vel Epiſcopi, pertinent ad Epiſcopum; idemque dicendum eſt de ijs oblationibus, quæ fiunt in Parochia, dum in ea Epiſcopus celebrat. *Marian. Socin. de oblationib. libel.18. quaſt. final. Genuenſ.*

*ſupra num.*8.9.*&* 10.

4 Oblationes factæ alicui imagini depictæ in pariete domus alicuius perſonæ priuatæ, non Domino domus, nec Epiſcopo, ſeu Eccleſiæ Cathedrali, ſed Eccleſiæ Parochiali, in cuius Parochia ſitus eſt paries, quæruntur; habet enim Parochus fundatam intentionem ſuper omnibus oblationibus, quæ fiunt intra Parochiam. *Abb. & Imol. in cap. paſtoralis de his, quæ ſunt à Prælat. ſine conſenſ. Capit. Genuenſ. ſupra num.*2. *cum Socin.q.*6.*loc. cit.*

5 Hæreticorum, & Schiſmaticorum oblationes, & vota, ſi non ſint denuntiati, poſſunt in ſacris templis recipi, & ipſi ad ſacra, diuinaq. officia, & conciones per Epiſcopum admitti propter eorum conuerſionem. *Nauar. conſ.*1.*de conſtit.nu.*65. *par.*1.*lib.*1.*edit.*2.

*Oeconomus, vide Bona Epiſcopalia nu.*7. *Vicarius nu.*5.

1 DEputatio Oeconomi Eccleſiæ ad nullos alios præter Epiſcopum ſpectat: vnde illius Vicarius abſque ſpeciali mandato non poteſt illum conſtituere. *Ioan. Aloyſ. Ricc. in prax. for. eccl. reſolut.* 495. *Sbroz. de vic. Epiſc. lib.*2.*q.*53.

2 Oeconomus per Epiſcopum conſtituitur, quādo patroni Eccleſiæ minùs idoneum præſentant, quem ab eo inſtitui petunt,

tunt. Item quando inter ipſum Epiſcopum,& priuatos diſceptatur, an beneficiũ ſit liberum,vel quando quoquo alio modo vacare Eccleſiam, vel beneficium diùtius contingat; non enim hoc interim decet, Eccleſiam eſſe ſine adminiſtratore. *Cucch. inſtit. maior. lib. 3. tit. 7. nu. 4. & 5.*

3 Oeconomus, qui ex decreto Concil. Tridentin. conſtituitur à Capitulo ſede Epiſcopali vacante pro rebus, & prouentibus Eccleſiæ, ſi in officio deliquerit, punitur ab Epiſcopo ad eandem Eccleſiam vacantem promoto, licet fuerit liberatus à Capitulo. *Trident. ſeſſ. 24. de reformat. cap. 16.*

Oleum, vide Abbas nu. 2.

1 OLeum ſanctum, quod Chriſma dicitur,in die Cœnæ,& non in alio die per Epiſcopum iam conſecratum confici debet, *can. litteris de conſecrat. diſt. 3. cap. quoniam, de ſenten. excommunic. in 6. Henriqu. lib. 3. ſumma cap. final. in gloſſ. ſub littera* O. Cætera olea, videlicet Cathecumenorum, & infirmorum, non inuenitur prohibitum confici alijs diebus. *Syluest. verbo oleum verſ. tertium, Armill. eodem verbo.*

2 Epiſcopus conſecrando olea in peccato mortali,peccat mortaliter. Non ſic dum altaria,calices,& virgines conſecrat. *Barboſ. de poteſt. epiſcop. par. 2. alleg. 31. nu. 26.*

26. *allegat Henriqu. lib. 10. Summa, cap. 23. §. 5.*

3 Oleo chriſmatis poteſt infirmus de licentia Epiſcopi inungi. *Sà verbo oleum num. 2. videatur Baronius tom. 1. Annalium Petri ann. 19. ad finem*, vbi de hac re pluribus.

4 Epiſcopus ſi abſens ſit, vel Epiſcopalis ſedes eo tempore vacet, quo olea benedici debent, vicinior eſt petendus, vt ea conſecret, ſi illorum neceſſitas adſit. *Gloſſ. verbo ſpiritualibus in cap. ſi Epiſcopus, de ſuppl. neglig. prælat. in 6. Barboſa ſupra num. 19.*

Oratorium.

1 Licentiam celebrandi in Oratorijs priuatis ſpectat ſolùm ad Summum Pontificem concedere, & non ad Epiſcopos, vt priùs. *Aloyſ. Ricc. in ſua prax. fori Eccleſiaſtici reſolut. 460. in fine*]. *Stephanus Fagundez in quinque præc. Eccleſiæ par. 1. lib. 3. cap. 13. nu. 12.* vbi *num. 14.* excipit caſum neceſſitatis magnæ. Idem docet *Io. Bapt. Scor. de ſacrif. Miſſæ lib. 2. cap. 13. num. 3. ex Sacra Congreg. Concil. Trident.* & alijs.

2 Oratorium priuatum abſque Epiſcopi auctoritate fundatum, non vt ibi celebretur, ſed vt ibi oretur, non eſt ſub poteſtate Epiſcopi quoad ius viſitandi, & procurationem exigendi; poteſt tamen Epiſcopus ad illud accedere, & videre, an iuſ-

ta

ta formam iuris tractetur; aliàs poſſet mãdare deſtrui, *cap.final. & ibi Abb. de cenſibus,Genuenſ. in prax. Archiep.Neap.cap.17. num.4. edit. 1.*

3 Per decretum de miſſis non celebrãdis in priuatis domibus nõ eſt vlla ex parte derogatum priuilegio conceſſo in fauorem Epiſcoporum, de quo in *cap. vlt. de priuileg. in 6. Ita Sacra Congregat. Concil. Trident. ad decretum de obſeruat. & euit. in celebr. Miſſ. ſeſſ.22. eiuſdem Concilij cenſuiſſe fertur.*

4 Si Oratorium ab Ordinario viſum, atque recognitum exiſtimetur idoneum, in quo honor, & cultus Deo tribuatur, ſicut Miſſæ ſacrificium requirit, debet ab eodem Ordinario, (ſi adeſt aliqua legitima cauſa) permitti, vt in eodem Miſſa celebretur. *Ex eadem Sacra Congreg. loco cit. num.6. verſ. ſi Oratorium.*

Ordinarius, vide Arbitrium num.8 Delegatus Apoſtolicus nu.26. Diſpenſatio nu.2. Iudex nu.1. 14.

1 ORdinariorum Eccleſiaſticorum appellatione, non ſolùm comprehenduntur Epiſcopi, qui ſunt generales Ordinarij, *cap. cum Epiſcopus de offic. Ordin. in 6. & cap. 1. eodem titulo,* ſed etiam inferiores, & ſpirituales Ordinarij. *Abb. in cap.*

poſt ceſſionem num.1. de probation. Immò & Patriarchæ, Primates, & Archiepiſcopi. *Theſaur. fori Eccleſ. infrà.* Summus verò Pontifex eſt Ordinarius Ordinariorum, *can. cuncta per mundum, 9.q 3.* concurritquè cum omnibus Ordinarijs.

2 Epiſcopus ordinaria auctoritate Synodum conuocare poteſt. Habere familiam armatam, tenetur curare, vt celebratio dierum feſtorum cum omni veneratione obſeruetur, vt ſanctimoniales in nulla re lædantur, in ijs præcipuè, quæ ſpectant ad clauſuram, *Pius V. conſtitut 8. regiſtrata in Bullar. vltim. edition. tom. 2 pag. 184. videatur Theſ. for. Eccleſ. par. 2. cap. 16. per totum, vbi de his fuſiùs.*

3 Recurrentes ad Papam, vel Conciliũ pro re, quæ per Ordinarium poteſt expediri, ſi ad Ordinarium non habuerunt primum recurſum, ſunt ad eundem remittendi, *Roman. conſ. 332. num. 3. verſ. ſecundo quia.*

4 Ordinariorum iuriſdictioni, viſitationi, ac correctioni ſubijciuntur loca pia, etiam dependentia à Baſilica Lateranenſi, S. Spiritus in Saxia, & S. Sebaſtiani extra muros de Vrbe. *Ex Conſtitut. 57. Pij IV. edita anno 1562. incip. Regimini vniuerſalis Eccleſiæ, regiſtrata in Bullario vltimæ editionis pag. 79. tomo 2.*

Ordo.

Ordo, vide Arbitrium nu. 1. *cum ſeqq. Beneficium nu.* 10. *Corpore vitiatus nu.* 3. 6. *Delictum nu.* 7. *Exemptus nu.* 12. 13. *Familiaris triennalis nu.* 1. 4. 6. *Filius num.* 4. 7. *Illiteratus nu.* 3. 4. *Impedimentum nu.* 1. 2. *Irregularitas nu.* 7. 11. *Miſſa nu.* 11. 15. *Patrimonium nu.* 4. & 7. *Religio num.* 3. *Suſpenſio nu.* 1. *cum ſeq. Titularis Epiſcopus nu.* 1.

1 EPiſcopum eſſe propriè, & verè ſacramenti Ordinis diſpenſatorem, eſt definitum de fide. *Tridentin. ſeſſ.* 23 *de ſacrament. ordin. can.* 4. Reſpectu minorum ordinum, etiam non Epiſcopis poteſt illa auctoritas cõuenire ex facultate Summi Pontificis. *Bellarmin. lib.* 1. *de Clericis cap.* 27.

2 Epiſcopus cuiuis validè ordines confert, etiamſi non proprius, ſed tantùm ſit titularis, ſeu hæreticus, degradatus, depoſitus, interdictus, excommunicatus, ſuſpenſus, ſeu irregularis &c. Suppoſito quod intendat facere, quod Eccleſia facit, etſi grauiter peccet. *D. Thom. in* 4. *diſt.* 25. & *in addit. ad tertiam partem q.* 38. *art.* 2. *Sylueſt.*

ueſt. ordo 3. quaſt. 1. & 6. Sotus 4. diſt. 25. q. 1. art. 1. & alij communiter. At ſoli ſubdito licitè confert; colligitur ex *Trid. ſeſſ. 23. de reformat. cap. 8. fuſiùs Aegid. de Coninck de ſacrament. & cenſur. tom. 2. diſput. 20. dub. 9. num. 93.*

3 Epiſcopus faciens ordinationes in aliqua Diœceſi de licentia Diœceſani, ordinare poteſt, non ſolùm perſonas eidem Ordinario ſubiectas, verùm etiam Clericos, & Fratres aliarum Diœceſum, legitimas licentias, atque dimiſſorias habentes. *Fr. Emman. in ſumm. par. 2. cap. 14. num. 7. Miranda in man. prælat. to. 1. q. 38. art. 3. concluſ. vnic. in fine, Nauar. conſ. 44. de temp. ordin. nu. 5. par. 1 lib. 1. ed. 2.*

4 Minores ordines poſſunt conferri ab Epiſcopo in qualibet Eccleſia, tametſi non Cathedrali, & in domo Epiſcopali, vel alia non Epiſcopali de conſuetudine. *Barboſ. de poteſt. epiſc. par. 2. alleg. 11 nu. 20.*

5 Epiſcopus ordinans, ſi abſoluat, & diſpenſet ad cautelam cum ordinandis, prodeſt etiam Regularibus, & extraneis. *Armill. verbo irregularitas num. 81. in fine, Sà in aphor. verbo ordo nu. 15.*

6 Non poteſt Epiſcopus accipere ab ordinato mercedem aliquam pro collatione ordinum. *Trident. ſeſſ. 24. de refor. cap. 1.* Nec quidem forfices, mappas, pectines, vel ſimilia; ſed tantùm, quod permittit Pontificale Romanum. *Ex Sac. Congreg. vt fertur ad d. cap. 1.*

Qui

7 Qui plura beneficia habet in diuerſis Diœceſibus, ab vnoquoque Epiſcopo illarum poteſt ordinari, vel accipere dimiſſorias, ſicut & ab Epiſcopo originis, vel domicilij à quo poterit etiam ordinari. *Garzias de benefic. par. 2. cap. 4. num. 2. & 15. Io. Aloyſ. Ric. in prax. for. eccleſ. reſol. 258. per totam, quod declara, vt infra nu. fin.*

8 Epiſcopus non peccat conferens ordines minores, aut primam tonſuram non habenti intentionem vlteriùs aſcendendi. *Sanchez lib. 7. de matrimon. diſput. 31. n. 18. & 19.* Poteſt tamen ex cauſa neceſſitatis, vel vtilitatis Eccleſiæ per Epiſcopum compelli, vt aſſumat maiores: aliàs, ſi nullam obiecerit legitimam excuſationem, poteſt Epiſcopus illum priuare beneficio; & cæteris emolumentis Eccleſiaſticis. *Maiolus de irregular. lib. 4. cap. 1. nu. 12. & cap. 16. nu. 6. Carolus de Graſſis de eff ct. cler. in prælud. nu. 360.*

9 Non eſt per Epiſcopum quis ordinandus in ſacris ſine ſufficienti patrimonio, aut beneficio, ſeu penſione ſufficienti ad vitam; nec ea poteſt alienare, niſi habeat vnde viuat competenter, quod ſi alienet, alienatio eſt nulla. *Trident. ſeſſ. 21. de reform. cap. 2.*

10 Si clericus ordinatus decipit Epiſcopum, dicendo quod habet titulum ſufficientem, quem re vera non habet, manet ſuſpenſus, *iuxta can. neminem, & can ſanctorum diſt. 70.* Si veró ſolus Epiſcopus or-

dinans

dinans eſt in culpa ordinando illum, quem ſcit non habere vllum titulum, ipſe tenetur victum præbere ordinato, vel prouidere de beneficio. *c. accepimus de ſtat. & qual. cap. cum ſecundum Apoſtolum de præben.* & ordinatus non incurrit ſuſpenſionem. Si verò vterque eſt in culpa, vterque puniendus eſt, ita vt ordinatus maneat ſuſpenſus per præcitatos canones *neminem, & ſanctorum;* ordinans autem teneatur ei victũ præbere, iuxta dictos canones *accepimus*, & *cum ſecundum Apoſtolum;* qui canones per dictum *Trident. loc. cit.* innouantur; eſt doctrina *Nauar. conſ. 14. de tempor. ordin. par. 1. lib. 1. edit. 2.* ad quæ videatur *Steph. Quaranta in Summ. Bullar. verbo* Ordo *§. quia hæc conſtitutio pag. mihi 489. & Melchior Lotter. tom. 1. de re benefic. lib. 1. q. 2. num. 39. & ſeq.*

11 Epiſcopus tolerare poteſt malè ordinatos exiſtentes in probabili ignorantia. *Nauar. conſ. 8. de ſacrament. non iteran. nu. 1. par. 1. lib. 1. ed. 2.*

12 Epiſcopus, cuius ſubditus ab alieno Epiſcopo fuit ordinatus, non poteſt ratam habere eam ordinationem, ita vt valeat ad legitimum vſum, & executionem Ordinis ſuſcepti contra decretum Concil. Trident. *ſeſſ. 23. de reformat. c. 8. Azor. Inſtit. Moral. par. 1. lib. 3. c. 48. q. 4.* Ad idem videatur *Rebuff. in prax. tit. de form. litter. dimiſſor. num. 12. & 13.*

13 Epiſcopus latinus non poteſt concedere.

dere, vt Clericus latinus ſibi ſubiectus ordinetur à Græco Epiſcopo, niſi latino ritu, & cæremonijs Romanæ Eccleſiæ, & ſtatutis temporibus. *Azor. ſupra q. 14. verſ. ex his colligitur.*

14 Epiſcopus conferens Ordines ſacros illi, qui iam in ſacro Ordine conſtitutus erat ſine titulo, teneſtur ei prouidere de ſuo, quia non habenti titulum, alios Ordines conferre non debebat. Iura enim ſimpliciter prohibent promotionem ad ſacros Ordines ſine titulo. *Suarez de cenſur. diſput. 31. ſect. 1. num. 39. Quaranta ſupra. verſ. an verò.*

15 Aequum eſt, vt Epiſcopus cum lunaticis, aut dæmoniacis in ſacro aliquo Ordine conſtitutis, ſi plenè conualuiſſe videantur, diſpenſet quoad altiorem Ordinē aſcendere poſſint. *Molin. de iuſtit. tract. 3. diſput. 30. nu. 12.*

16 Proteſtatio, quam Epiſcopus ordinans facit ad ordinandos, ne patientes defectus accedant, quia non intendit eos ordinare, ſi concordat cum intentione, accedentes ad Ordines characterem non recipiunt. Quod ſi non concordat cum intentione, ſed fiat ad arcendum tales, eo quod diſpliceat Epiſcopo, quod tales accedant, recipiunt characterem. *Nauar. conſ. 1. de eo, qui furt. Ord. ſuſcepit, num. 5. & 7. par. 2. lib. 5. ed. 2.* vbi *num. 12.* grauiter peccare Epiſcopum adſtruit, ſi in ijs caſibus non ordinare verè intendat.

Qui

17 Qui inſeruit Epiſcopo peccatori, dum Ordines confert in peccato, aut præbet veſtes ſacras, vel calicem, non peccat; exercet enim actionem ex ſe bonam. *Bonacin. de Sacrament. diſput. 1. q. 6. punct. 3. propoſit. 2. num. 7.*

18 Proprius Epiſcopus in tonſurę, & Ordinum collatione eſt triplex, domicilij, originis, & beneficij. Domicilij, dicitur Epiſcopus loci, in quo quis habitat, vel incipit habitare cum animo ibi ſemper manendi. Originis, eſt Epiſcopus loci, in cuius Diœceſi natus eſt is, qui ordinandus eſt, & in quo parentes habent domicilium. Beneficij, eſt Epiſcopus loci, in quo quis habet beneficium reſidentiale; ſecus ſi non requirat reſidentiam, vel ſi cum eo diſpenſatum fuerit; vt non teneatur reſidere. *Ita Leon. Leſſ. de iuſtit. & iur. lib. 2. c. 34. dub. 19. num. 92. ex notatis per Doctores in cap. quia in tantùm de prabend.* Nota multos tenere in hac re ſufficere, beneficium non eſſe reſidentiale, modò ſit ſufficiens ad victum, inter quos *Quaranta verbo Ordo, verſ. circa ſecundùm, Aloyſ. Ricc. in Prax. for. Eccl. reſol. 258. & 260. Squillan. de Priuil. Cler. c. 4. num. 237. & ſeq.* & nonnulli alij, quos refert, & ſequitur *Bonacin. de Sacramentis diſput. 8. quæſt. vnic. punct. 4. propoſit. vnic. nu. 14.* quorum ſententia non eſt improbabilis. *Vide notata ſupra hoc eadem verbo num. 7.*

Pal-

Pallium, vide Patriarcha. num. 2.

1 PAllio,quo ſignificatur plenitudo officij Pontificalis, vtitur Archiepiſcopus in Miſſa ſolemni, in Prouincia,non autem extra Eccleſiam, puta in proceſſionibus,aut alio modo, *cap. 1. de auth. & vſu pallij*. Nec alteri Archiepiſcopo illud accommodare poteſt, imò debet cum eo ſepeliri, quia perſonam eius non tranſit, *cap. 11. eodem titulo*. Nec illo vti in diebus non contentis in ſuo priuilegio, licet fine eo poſſit quandoque celebrare in ſua, & aliena Diœceſi, ſicut & ſine ſandalijs. *cap. fin. eod. tit.*

2 Archiepiſcopus,antequam pallium accipiat,non ſolùm non poteſt Concilium Prouinciale vocare,neque Epiſcopos conſecrare, verùm neque conficere Chriſma. Baſilicas dedicare, & ordinare, quæ inferioribus quoque Epiſcopis ex ſola conſecratione competunt. *Marc. Anton. Cucch. inſtit. maior. lib. 4. tit. 6. nu. 2. & 3. Vide Abb. in cap. 1. nu. 9. de tranſlat. Epiſc.* Poterit tamen ordinare, & alia Epiſcopalia exercere,ſi inuitatus ab alio Epiſcopo,& nomine illius, & non iure ſuo, nec tanquam Archiepiſcopus illa exerceat. *Innoc. Anchar. & alij in cap. quod ſicut, §. præterea, & in cap. ſuffraganeis, de elect.*

Ar-

3 Archiepiſcopus non poteſt pallium ſuum alteri commodare, neque cum alterius pallio celebrare, neque ſi ad aliam Eccleſiam translatus fuerit, vti pallio in prima Eccleſia obtento. *Gulielm. Durand. in ration. diu.offic.lib.3.cap 17.nu.12. Sylu. hoc eodem verbo.*

Papa, vide Beneficium num.2.3. 9. 18. Corpore vitiatus num.7. Diſpenſatio num.26. Dubium num.26.

1 EPiſcopo prohibere poteſt Papa, ne ſacramentum aliquod conferat; ſed nequit facere, vt non valeat, ſi illud conferat. *Azor. Inſtit.moral.par.2.lib.5. c.2. queſt.8.*

2 Papa diſpenſare poteſt, vt viri minùs litterati, & in temporalibus inexperti, ſint Epiſcopi. *Innocent. in cap.1.de ſumm.Trinit.num.3. Felin. in c.ſi quando de reſcript. num.13.*

3 Epiſcopus, qui timore Principum ſecularium non adiuuat Papam, periurus eſt. *Abb.in cap. ego N. de iureiur. num. 3.* ſecus ſi timor ſit talis, qui poſſit cadere in conſtantem virum. *Felin.ibid.num.7.*

4 Papa concurrit cum quolibet Ordinario in poteſtate conferendi beneficia; quare inter ipſum, & reliquos Ordinarios locus datur præuentioni, *cap. ſi à ſede, de preb.*

prab.in 6. Abb.in cap.quia diuerſitatem nu. 5.de conceſſ.prab. conſule *Io.Monach.in c.ſi eo tempore nu.1.de elect.in 6.*

5 Papa faciens gratiam alicui, quem ſcit pati aliquem defectum, quo ſit inhabilis ad illam, videtur diſpenſare, etiamſi non dicat ſe diſpenſare, neque cauſæ cognitionem præmiſerit; Ordinarius autem non, etiam in caſu, quo poſſet, niſi expreſsè diſpenſet, vel cauſæ cognitionem præmittat. *Abb. in c. diuerſis fallacijs de cler. coniug. num. 3. & in c. quiſquis. de elect.*

6 Papa ſolo verbo dicitur poſſe creare Epiſcopum, & Sacerdotem ſecundùm quorundam Doctorum ſententiam. At hoc intelligendum eſt in eo, quod pertinet ad poteſtatem iuriſdictionis, non etiam ordinis; facultas enim Euchariſtiam conficiendi, ac alia ſacramenta conferendi, à Chriſto Domino, non ab Eccleſia inſtituta eſt; quæ ſanè poteſtas characterem impreſſum in anima requirit, & poſtulat, *Azor. par. 2. Inſtitut. Moralium lib. 3. cap. 29. quæſtio 4.*

Pa-

Parochus, vide Coadiutor num. 3. 4.6. Feſtum num.9. Libri num. 9.10. Matrimonium num. 1. 3. 16.18.20. Oblatio num 1.4. Reſidentia num. 2. Regularis nu.5. Sacramentum num.3.

1 EPiſcopus plenius poteſt quidquid poteſt Sacerdos parochialis. *D. Thom.in 4.diſt.17.q 3.art.3.q.50.*

2 Epiſcopus poteſt cogere Parochum vltra duos menſes abſentem, vt reſtituat fructus pro rata temporis abſentiæ, iuxta *Trident.ſeſſ.23.de refor.c.1.Barb.de pot.epiſc. par.3.alleg.53.nu.102.*

3 Si Parochi fuerint negligentes in docendo diebus feſtis neceſſaria ad ſalutem, poteſt Epiſcopus ex fructibus beneficiorũ aſſignare partem congruam alteri, qui id præſtet, ſi moniti non reſipiſcant. *Trident. ſeſſ.5. de reformat. c.2.* Si verò reperiantur imperiti, poteſt Epiſcopus eiſdem deputare Vicarios, vel Coadiutores pro tempore cum eadem fructuum pro victu congrua aſſignatione; inſuper ſi ſcandalosè vixerint, beneficijs priuare. *Trid. ſeſſ.21. de reform. c.6.*

4 Epiſcopus, vt delegatus cogit parochum ob multitudinem populi, vt ſibi tot Sacerdotes adiungat, quot ſunt neceſſarij

ad

ad miniſtranda Sacramenta, & ad diuina officia; & ſi Parochiani ſint multi, & diſtantes,& ſine magno incommodo non poſſint vti Sacramentis, vel adeſſe diuinis officijs, nouas parochias erigere poteſt ex fructibus ad matricem pertinentibus. *Trident.ſeſſ.21.cap.4.* in quorum fructuum defectu ſupplet populus, ſi poteſt; aliàs ſupplet Epiſcopus. *Ex Sacra Congregat. cum Hoſtienſ.ad d.cap.4.*

5 Non poteſt Parochus abſque Ordinarij licentia indulgentias publicare, non obſtante quacunque exceptione. *Trid. d. ſeſſ.21. cap.fin.*

6 Parochus in aliena parochia ſine licentia Epiſcopi loci aſſiſtens matrimonio ſuorum parochianorum, ceſſante ſcandalo non peccat; nec per Epiſcopum puniendus venit. *Barboſ. ſupra par.2. allegat. 32. num.97.*

7 Parochus habet iure communi à Papa iuriſdictionem, quam non poteſt Epiſcopus impedire abſque cauſa. *Sà in aphor. verbo Parochus num. 6.*

8 At poteſt Epiſcopus concedere facultatem confitendi alieno Sacerdoti ſine licentia Parochi. *Suarez tom. 4. diſput.25. ſect.1.§.hac tamen ſententia.*

9 Dum Epiſcopus nouas Parochias virtute *Trident. dicto c.4. ſeſſ. 21.* vult conſtituere,quatuor requiruntur. Primò, iuſta cauſa, & eius probatio. Secundò, quod Parochus conſentiat ædificationi ſecundæ

Ec-

Eccleſiæ, ſi agatur de ipſius præiudicio. Tertiò, quod adſit ipſius Epiſcopi auctoritas, & eius decretum. Quarto, quod maior pars Parochianorum conſentiat. *Ioan. Aloyſ. Ricc. in prax. fori Eccleſiaſt. reſolut.* 476. allegat inter cæteros *Menoch. conſ.* 477.

10 Parochus in mortis articulo abſoluere nõ poteſt à reſeruatis Epiſcopo, ſi is adſit, aut facilè accerſiri poſſit, niſi alia ſit cõſuetudo Diœceſis. *Henriq. lib. 6. c. 11. nu. 4. Suarez par. 3. tom. 3. diſp. 30. ſect. 3. nu. 1.*

11 Nec ideo à caſibus Epiſcopo reſeruatis abſoluere poteſt; quod credat fore nociturum pœnitenti, ſi illum ad Epiſcopum remittat, niſi fortè adeſſet talis circumſtantia, quæ præberet poteſtatem inferiori contra legem Superioris eundi. *Nauar. conſ. 24. de pœnit. & remiſſ. nu. 1. par. 2. lib. 5. ed. 2.*

12 Decimas non ſoluentes non poſſunt repelli à ſacramentorum perceptione à Parocho propria auctoritate, niſi eorum peccatum ſit notorium. *Nauar. conſ. 2. de decim. par. 1. lib. 3. ed. 2.*

13 Epiſcopus non poteſt extrahere Rectorem Parochialis pro ſuo ſeruitio, vt exerceat officium Vicarij generalis, aut Secretarij, aut Viſitatoris. *Gonzal. ad Regul. 8. Cancellar. gloſ. 6. num. 258. & ſeq. contra Nauar.*

14 Epiſcopis in concurſu Parochialium minùs dignum præferentibus, qui ſe granatos

uatos ſentiunt, ad Metropolitanum, vel viciniorem Epiſcopum appellant. *Ex conſtitut. 33. Pij Quinti §. 7. regiſtrata in Bullar. vlt. edit. pag. 219. tom. 2. incip. In conferendis.*

Patriarcha, vide Legatus num. 4.

1 PAtriarchæ dicti ſunt quaſi Patres Patrum, ſeu Principes Epiſcoporum. *cap. Clericos verb. Patriarcha 21. diſtinct.* Propriè, & principaliter ſunt quatuor poſt Romanum Pont. videlicet Conſtantinopolitanus, Alexandrinus, Antiochenus, & Hieroſolymitanus: alij propriè ſunt Primates, vt Aquileienſis, Gradenſis, Bituricenſis, Cantuarienſis &c. *Hoſtien. in ſum. tit. de authorit. & vſu Pallij num. 4. Syl. verb. Patriarcha in princ.*

2 Conferunt pallium ſuis Metropolitanis, poſtquam illud ab Apoſtolica Sede acceperunt. Recipiunt fidelitatis, & obedientiæ iuramentum pro ſe, & Eccleſia Romana. Faciunt ante ſe vbique crucem deferri, niſi in Vrbe Romana, & vbi fuerit Papa, vel eius Legatus vtens inſignijs Papalibus. Denique ad ipſos omiſſis medijs à ſuis ſubditis appellatur. *cap. antiqua, cum ibi notatis, ſignanter per Abb. de priuileg. Syluest. verbo Patriarcha, verſ. primum.*

R Pri-

3 Priuilegia prædicta non competunt alijs minùs propriè Patriarchis; ſed quatùor tantùm ſup. num. 1. relatis. *Caſſan. Redoan. & alij apud Barboſ. de pot. Epiſ. p. 1. tit. 3. num. 37.*

4 Patriarcha, virtute ordinariæ iuriſdictionis, diſpenſare poteſt cum Epiſcopo, vel alio beneficiorum collatore ſibi ſubiecto, qui ob malam beneficiorum collationem fuerat à Concilio ſuſpenſus. *cap. graue nimis ad fin. de præbend.*

5 Patriarcha non poteſt dare licentiam extraneo Epiſcopo ad ſubeunda munera Pontificalia in Diœceſi alicuius Epiſcopi ſuffraganei ſine licentia Epiſcopi Diœceſis. *Ita decisum eſſe refert Aloyſ. Ricc. in praxi for. Eccleſ. reſol. 495. in notab. in materia Epiſc. circa med.*

Patrimonium, vide Alienatio nu. 2. Bona Epiſcopalia nu. 6. 7. Ordo num. 9.

1 Patrimonij alienatio, ad cuius titulum quis fuit ordinatus, facta ſine licentia Epiſcopi valet, ſi alienans habet tunc beneficium, vel aliàs vnde viuere poſſit. *Nicol. Garz. de benefic. par. 2. cap. 5. num. 186.* Contraria ſententia non videtur improbabilis, quam tenet. *Barboſ. de pot. Epiſc. p. 2. alleg. 19. n. 90.*

2 Renuncians patrimonio, ad cuius titu-

titulum eſt ordinatus abſque Epiſcopi licentia, licet in nullam cenſuram, nec irregularitatem incurrat, ſi pactum de renunciando, antequam ordinaretur non præceſſit, peccat tamen mortaliter, & poteſt per eundem Epiſcopum caſtigari, etiamſi renunciatio non eſſet valida. *Nau. conſ. 22. de temp. ordin. ed. 2.*

3 Si Epiſcopus habet patrimonium, licitè poteſt illud conſeruare, & redditus Epiſcopales expendere. *Felin in cap. poſtulaſti n. 6. de reſcriptis, Sotus de iuſtitia lib. 10. q. 4. art. 3. Nauarr. de reddit. eccleſ. quæſt. 1. nu. 78.*

4 Ob Sacerdotum penuriam poteſt Epiſcopus ordinare non habentem patrimonium, vel beneficium, dum tamen Epiſcopus ſpondeat, ſe miniſtraturum neceſſaria victui. *Melch. Lotter. tom. 1. de re benef. lib. 1. q. 2. n. 40.*

5 Epiſcopus per adeptionem Epiſcopatus non amittit Comitatum ſuum, quem habet ex patrimonio; & ſic poteſt eſſe Epiſcopus ſimul & Comes. *Abb. in cap. inter dilectos de fide inſtrument. nu. 5. circa finem.*

6 Epiſcopus negligens in omittendo ea, quæ ſunt vtilia Eccleſiæ ſuæ, poteſt cogi ad ſoluendum de ſuo patrimonio, & eo mortuo, ipſius hęredes. *Felin. cap. accepimus de fide inſtrum. n. 9.*

7 Patrimonij examen pertinet ad Epiſcopū priuatiuè quoad alios. *Ita à S. Cong.*

Conc. decretum fuiſſe in Placentina 16 Martij 1630. teſtatur Barboſ. in ſuis Collect. Bullar. verb. Patrimonium.

8 Epiſcopus admittere poteſt, vt patrimonium pro Clericis ad Sacros Ordines promouendis conſtituatur ſuper annuis perpetuis cenſibus, cum cautione quod ſi cenſus redimeretur, pecunia ex Iudicis decreto apud idoneas perſonas deponatur ad effectum reinueſtiendi. *Ex S. Cong. Conc. ſub die 2. Iunij 1629. teſte Barboſ. vbi ſup.*

Patronus, vide Capella num. 6. Conſenſus num. 4. 7. Iuſpatronatus num. 4.

1 PAtronus nec per ſe, nec per procuratorem poteſt ſe ipſum præſentare, ſeù pręſentari facere. *Caputaq. decif. 397. ſeu. 5. p. 2.* Sed poteſt ei Epiſcopus conferre motu proprio. *Silueſt. verbo iuſpatronatus quaſt. 7. num. 8. vbi de communi teſtatur: Fauet. Sà in aphor. verbo iuſpatronatus num. 5.*

2 Abſque patroni conſenſu non poteſt Epiſcopus vnire beneficia iuriſpatronatus. *Trid. ſeſſ. 24. de reformat. cap. 15.*

3 Non ſtatur aſſertioni Epiſcopi, aſſerentis, de conſenſu patronorũ factam eſſe vnionem. *Aloyſ. Ricc. in prax. for. Eccleſiaſt. reſol. 377. n. 5. alleg. Creſc. in dec. 13. de prob.*

Ante

4 Ante Epiſcopi inſtitutionem poteſt patronus laicus intra quadrimeſtre variare alium cumulatiuè præſentando; minimè verò patronus eccleſiaſticus. *Aloyſ Ricc. ibidem reſolut. 156. allegat cap. quod autem, & cap. paſtoralis de iurepatr.*

5 Patroni ſi ſinant labi tempus præſcriptum ad præſentandum, & non præſentauerint, poteſt Epiſcopus eo tranſacto liberè de Rectore Eccleſiæ in Eccleſia prouidere. *cap. ſi verò. & cap. quoniam de iurepatronat.* Tempus autem currit à die ſcientiæ. *cap. quia in fine de conceſſ. prab.*

6 Poteſt Epiſcopus in ſui præiudicium prorogare tempus patronis ad præſentandum; ſed Epiſcopus, dum tempus prorogat, Oeconomum in beneficio ponere debet. *Io. Aloyſ. Ricc. collectanearum par. 6. collect. 2465. allegat Creſcent. deciſ. 11. et 12. de dilationibus.*

7 Si Epiſcopus ſine legitima cauſa nolit præſentatum admittere, patronus non tenetur alium præſentare, quia præſentatus poteſt ab Epiſcopo appellare. *Barboſ. de poteſt. Epiſc. par. 3. alleg. 72. n. 167.*

8 Si laicus patronus idoneum Epiſcopo præſentauerit, & ante inſtitutionem alium æquè idoneum poſtulet admitti. Epiſcopo datur gratificatio. *c. cum autem, vbi Abb. & ceteri de iurepatr.*

9 Beneficium ſimplex perpetuum poteſt Epiſcopus ex iuſta cauſa de conſenſu patroni facere manuale, amouibile ad

nutum patronorum, ita vt deſinat eſſe beneficium ab Epiſcopo conferendum: *Nauar.conſil.9.de offic. ordin. num.1. & ſeq. & conſil.2.de præſcript.n.1. & 3.par.1 lib.2. ed.2. Sanchez in decal.lib.7.cap.29. nu.189. tom. 2.*

10 Patrono quatuor iura competunt. Inſtituendos ad beneficia vacantia Epiſcopo præſentare; Honorem præcipuum in ſeſſionibus, proceſſionibus &c. obtinere; Alimenta in caſu inopiæ ab Eccleſiæ recipere; Eccleſiam defendere,eiuſque ſollicitudinem gerere. *Syłueſt. verb. iuſpatronatus q. 2.*

11 Probabile eſt, quod Epiſcopus pro vna,vel altera vice mutationem aliquam in beneficio, aut fundatione ob cauſam rationabilem diſpenſatiuè facere poſſit. *Conſule Lambertinum de iurepatron. q. 5. principali art.3.num.6.& verbo præſentatio num* 3.

12 Patronus poteſt ſuæ fundationi, & dotationi cum Epiſcopi auctoritate ponere conditionem contrariam iuri communi. *Nauar. conſil.5. de regular. nu. 10. edit. 1.*

13 Patronus remittere poteſt,quę contra, vel præter ius commune in ſuum fauorem conſtituta fuerunt; v. g. vt ſeruitium aliquod ab Eccleſia patrono præſtetur. Poſſunt & nouæ conditiones Eccleſiæ vtiles cum Epiſcopi conſenſu à patrono,eiuſque hærede adijci.*Lambert.ſup.n.2.*

Si

14 Si duobus exiſtentibus patronis, vnus ius ſuum alteri condonet, non requiritur conſenſus Epiſcopi. *Azor. inſt. mor. p. 2. lib. 6. cap. 20. q. 6.*

15 Neque requiritur Epiſcopi conſenſus, ſi quis iuſpatronatus alicui Eccleſiæ, Monaſterio, vel alteri loco pio donare velit, & ſi ſecus quoad aliam perſonam, vel Communitatem. *cap. vnico de iurepatr. in 6. & cap. illud, extra eodem, & ibi Abb. n. 5. & in cap. de Monachis n. 13. de præb.*

Pauper, vide Fructus num. 1. 3. 6. Iudex nu. 3. Monachus nu. 1. Penſio num. 2. Reſtitutio nu. 1. 2. Teſtamentum num. 5.

1 QVando clericus dicatur pauper, vt ei poſſit conferri beneficium, & non diuiti, *iuxta cap. ad aures de reſcriptis.* Iudicis Eccleſiaſtici arbitrio relinquitur. Eiuſdem arbitrio relinquitur, quando Eccleſia dicatur pauper. *Menoch. de arbitr. iudic. lib. 2. centur. 1. caſu 65. n. 8.*

2 Epiſcopus votum ieiunij emiſſum à paupere in minus cõmutare debet, quàm votum tale emiſſum à diuite. *Lopez p. 1. inſtruct. cap. 49. verſ. Epiſcopus.*

3 Religioſus aſſumptus ad Epiſcopalem dignitatem non eſt abſolutus à voto paupertatis. *Sylu. verb. religio 6. q. 10.*

4 Votum dandi eleemoſynam certæ perſonæ pauperi poteſt Epiſcopi auctoritate commutari; promiſſio enim virtute voti, non pauperi, ſed Deo fit, *Angel. verb. votum 3. quæſt. 26. Nauar. cap. 12. ſumma num. 78.*

5 Epiſcopus nequit de fructibus ſuperfluis fabricæ vnius Eccleſiæ aſſignare fabricæ alterius pauperis. *Nauar. conſil. 15 de reb. Eccleſ. alien. n. 4. & 7. p. 1. lib. 3. ed. 2.* non tamen deſunt alij, qui oppoſitum tenent, inter quos *Sanchez lib. 3. de matrim. diſp. 19. nu. 14.*

6 Poteſt Epiſcopus bona peregrini, qui inteſtatus deceſſit, inter pauperes diſtribuere. *authent. peregrini C. communia de ſucceſſor. & l. 1. C. de bonis vacantib. lib. 10.*

7 Epiſcopi poſſunt licitè, & honeſtè nepotibus ſuis, & conſanguineis pauperibus idoneis beneficia conferre, vnde ſe valeant ſuſtentare. *Gonzal. ad regul. 8. Cancellar. in proemio §. 4. n. 47. Trident. ſeſſ. 25. de reformat. cap. 1.* Conferre enim beneficium pauperi, potiùs eſt iuſtitiæ, quàm gratiæ. *Gonzalez, qui ſupra gloſſ. 2. n. 7.*

8 Epiſcopus non debet, dum viſitat, à pauperibus clericis procurationem exigere. *Tiraquell. de nobilitate cap. 29. nu. 43.* ſed impendere de proprio, quando Rector Eccleſiæ eſt pauper, & Eccleſia indiget. *Abb. in c. cum inſtantia n. 7. de cenſibus etc. Surd. de aliment. tit. 4. q. 22. nu. 6. conſule*

Azor.

Azor.inſtit.mor.p.2.lib.9. cap.14.q.6. verſ. quid dicendum, vbi affirmat,debere Epiſcopum clericis, qui pauperes ſunt ita, vt vix ſufficientem victum, & veſtitum ex beneficio habeant,etiam ſubſidium charitatiuum remittere.

9 Epiſcopus cogere poteſt diuites in maxima penuria, vt pauperes alant. *Cucchus inſt.maior. lib.2. tit.6. n.134.*

10 Votum paupertatis in ſeculo emiſſum,cum non ſit votum religionis,nec caſtitatis, poteſt Epiſcopus diſpenſare, quia difficillimum eſt hoc votum in ſeculo ſeruare. *Sanchez in decal.tom.2.lib.7. cap.18. nu. 31.*

11 Si aliquid abſolutè relictum ſit pro pauperum alimentis, & nulli executores conſtituti ſint, in arbitrio Epiſcopi eſt, diſtribuere in eos, qui verè pauperes ſunt. Nomine pauperum intelligi debent, qui victum incertum habent ex eleemoſynis fidelium, non autem ea Xenodochia, vel Monaſteria, quæ ex fidelium eleemoſynis collectum annuum victum ſufficientem habent. *Conſule Palud. in 4.diſt.15.q.3.art. 1.concl.4. & Molin. tom.1. de iuſtit.tract.2. diſp.197. ad finem.*

12 Beneficiatus, ſi pauper ſit, fructus reſtituendos pro omiſſione horarum Canonicarum,ſibi (ſaltem de licentia Epiſcopi,vel Confeſſarij) applicare poteſt. *Nauar. conſ. 19. de celebr. Miſs. verſ. quarto quod par.2.ed.2.*

13 Clericis pauperibus, ac in aliqua neceſſitate conſtitutis licita eſt honeſta negotiatio, habito reſpectu ad eorum conditionem. *c.1. ne cler. vel. monach.*

14 Clericus ære alieno grauatus non gaudet priuilegio *cap. Odoardus de ſolut.* ad effectum, nè aſtringatur vltra id, quod cōmodè facere poteſt, ſi creditor eſt pauperior ipſo debitore. *Carolus de Graſſis de effectib. cler. effect. 7. nu. 56.*

15 Quando clericus, qui erat captus, eſt remittendus à Iudice ſeculari ad Eccleſiaſticum, debet remitti cum cuſtodibus expenſis eiuſdem clerici; ſi autem pauper ſit, remitti debet expenſis Iudicis Eccleſiaſtici. *Ludouic. Molin. ſupra tract. 3. diſp. 49. num. 9.*

Penſio, vide Beneficium num. 12. Clauſula nu. 4. Habitus n. 5. 6. Illegitimus n. 9. Permutatio num. 7.

1 PEnſiones non imponuntur hodie ſuper Epiſcopatibus, per quas non remaneat ſumma ducatorum mille pro Epiſcopo. *Tridentin. ſeſſ. 24. de reformat. cap. 13.*

2 Epiſcopus, neque alius inferior à Papa, citra auctoritatem ipſius Papæ, poteſt penſionem reſeruare alicui, quæ ſucceſſores afficiat. *Melchior. Lotter. tom. 1. de re beneſic.*

neſic. lib. 1. q. 35. num. 37. Poteſt tamen epiſcopus ex cauſa illā imponere, quæ duret ad tempus tenentis beneficium, cui imponitur, vt in *cap. niſi eſſent de prabend.* Item ſuper beneficio à ſe collato ad vitam ſolùm beneficiati. Item gratia litis, & controuerſiæ componendæ inter duos coram ipſo litigantes ſuper eodem beneficio, ex cauſa, quod vnus cedat alteri, reſeruata penſione ſuper eiuſdem beneficij fructibus in fauorem cedentis. *Gigas in tract. de penſion. q. 6. n. 3. & 4. & q. 85. nu. 11. Azor. inſtit. moral. par. 2. lib. 8. cap. 6. q. 1. Suar. de Relig. tom. 1. lib. 4. de ſimonia cap. 51. num. 18.* & in nonnullis alijs caſibus, de quibus per *Oldrad. conſil. 226. & Lotter. loco citato à num. 22.* inter quos numerandus eſt caſus, dum illam imponit ad alendum clericum pauperem. *Sà in aphor. verb. Epiſcop. n. 23.*

3 Poteſt epiſcopus ante collationem beneficij ſubtrahere de fructibus eius ad pios vſus. *D. Thom. 2. 2. q. 100. art. 4. ad tertium verſ. circa collationem.* Quod intellige verum, ſi adſit iuſta, & neceſſaria cauſa, & ſi ſubtractio, ſeu reſeruatio fructuum fiat ad tempus, vt per *Valer. Regin. in praxi for. pœnit. lib. 30. tract. 3. nu. 247.*

4 Epiſcopus penſionem præteritorum annorum ab anteceſſore non ſolutam, ita tenetur ſoluere ex fructibus, quos ipſe percepit, vel in futurum percipiet, vt ab hærede anteceſſoris, qui fructus dictorum

annorum percepit, quod ſoluit, recuperare valeat. *Nauar. conſil. 2. de ſolution. n. 5. par. 1. lib. 3. ed. 2.*

5 Inhabilis ad beneficia per conſtitutionem pœnalem, non eſt inabilitatus ad penſiones ſuper illa, quia non ſunt beneficia. *Nauar. conſ. 12. de reſcript. n. 15. p. 1. lib. 1. ed. 2.*

6 Clerico putatiuo, de cuius clericatu non conſtat, niſi per communem reputationem, poteſt dari penſio, & beneficium. *Garz. de benef. par. 7. cap. 1. n. 9. & 12.*

7 Aetas 14. annorum, quæ requiritur ad beneficia ex decreto *Trid. ſeſſ. 23. cap. 6.* nō eſt neceſſaria ad penſiones, ſed ſufficit ętas ſeptem annorum, prout ante Tridentinū. *Gigas de penſionibus q. 3. Gonzales ad regul. 8. Cancell. gloſſ. 5. §. 5. num. 26. ex S. Congr. Concil.*

8 Penſio extinguitur primò morte Penſionarij. *Gigas de penſion. q. 1. num. 5.* Secundò per contractum matrimonij per verba de præſenti. *Gigas eodem tract. q. 14. num. 5. & 6.* Tertiò per ingreſſum Religionis poſt emiſſam profeſſionem, prout vacant beneficia *Staphil. in tract. de var. modis vacat. num. 40.* Quartò anticipatis aliquot ſolutionibus, etiam ſine auctoritate Papæ ſecundùm quoſdam, de quibus apud *Leon. in Theſaur. for. Eccleſ. par. 2. cap. mihi 22. num. 74.* Verius tamen eſt, poſſe gratis remitti, etiam ſine auctoritate cōſtituētis, non tamen extingui anticipatis ſolutioni-

bus

bus abſque auctoritate Papæ ſine labe ſimoniæ. *Ita docet Nau.cap.23.ſum.n.111. & alij apud Monet.de diſtrib. quotid. par.2. q.18. n.52.*

9 Qui penſionem habet,& non incedit in habitu requiſito, amittit fori priuilegiū, licet non ſit monitus. *Garz. ſup.p.1. cap.5. n.70. cum ſeqq.*

Percuſſio.

1 EPiſcopi poſſunt abſoluere excommunicatos pro violenta manuum iniectione in Clericos. Primò quando percuſſio eſt leuis. *Syl.verbo abſolutio 4. in princ.* Secundò mulieres cuiuſcunque ætatis *cap.mulieres de ſent.excom.* Tertiò impuberes; eſto lethaliter percutiendo peccauerint. *gloſ.in d. c.mulieres in verbo ſui iuris, Lud.Mol.de iuſt.& iur tract.3. diſp.59. num.5.* Quarto ægrotos perpetua, vel diuturna ægritudine impeditos nequientes iter facere. *Nauar. cap.27.ſum. nu.88.* Denique omnes, & quoſcunque legitimè impeditos, ne poſſint Papam adire. *Sayr. de cenſur.lib.3.cap.28. à nu.9. vſque ad fin. DD. ferè omnes in d.c.mulieres.*

2 Epiſcopi arbitrio declarandum relinquitur,quæ dicatur enormis percuſſio,pro qua ſolus Papa;& quæ mediocris, pro qua Papa,& Legatus de latere abſoluūt;& quę leuis pro qua ipſemet abſoluit. *Caiet. verbo*

excom-

excommunicatio cap.10. verſ. demum, Sayr. ſup. num. 2. in fine. In dubio tamen declarare debet potiùs eſſe percuſſionem grauem, & ab ea non poſſe abſoluere, quàm declarando leuem eſſe, occaſionem præbere lædendi ſtatutum Eccleſiaſticum. *Ex extrauag. quæ incipit perlectis, nondum typis mandata, cuius verba refert Nauar. nu.91. & Lud. Mol. diſp.57. num.1. vbi ſup. poſt. Couar. in c. Alma mater par.1. §.9. n.2.* Per leuem percuſſionem non intelligitur in hac materia illa, quæ non peruenit ad peccatum mortale, ſed ea, quæ eſt quidem peccatum mortale, at collatione aliarum magis mortiferarum eſt leuis, & non enormis, neque mediocris. *Nau. d. n.91.*

3 Ad vitandum notorium Clerici percuſſorem, non ſolùm requiritur notorietas facti, ita vt percuſſio nulla tergiuerſatione celari poſſit, ſed etiam quod ita malitioſè facta ſit, vt nulla probabili ratione à peccato mortali, & cenſura canonis excuſari queat. *Sayr. ſup. lib.2. cap.12. num.18.* Iudicio tamen Epiſcopi ſtandum eſt, quando hæc duo concurrant ad effectum, vt eiuſmodi percuſſor ante declarationem tùm priuatim, tùm publicè vitandus ſit. *Abb. in cap. veſtra num.16. de cohab. Cleric. & Mulier. Sayr. loc. cit. nu.19. Auila de cenſur. p.2. cap.6. dub.2. num.4. verſ. Hinc tamen. Conſule Couar. §.2. n.8. & 9. vbi ſup.*

4 Non eſt per Epiſcopum declarandus excommunicatus is, qui percutit Clericum

cum ad ſui defenſionem, ſi vim vi repellendo percuſſerit in continenti, *cap. ſi verò el primo de ſent. excom.* Neque ſi ioco, vel cauſa diſciplinæ, *cap. 1. eodem tit.* Neque ſi ignorabat, illum eſſe Clericum, *cap. ſi verò el 2. eodem tit.* Neque percutiendo eum, qui habitu clericali dimiſſo aſſumpſit habitum militarem, & tertiò monitus non ſe correxit, *cap. in audientia eodem tit.* Neque ſi in adulterio, vel ſtupro cũ vxore; matre ſorore, vel filia illum reperierit, *d. c. ſi verò el primo, & ibi gloſ. in verb. Matre, & verbo turpiter:* quod intellige modò incontinenti id faciat. *Nauar. cap. 27. ſum. num. 184. verſ. vigeſima*. Neque percutiendo Clericum coniugatum cum vna, & Virgine; ſed habitum, & tonſuram non geſtantem *cap. 1. de Cleric. coniug. lib. 6.* Neque ſi neceſſariò percutit ad iuſtè recuperandum ſua bona, quæ iniuſtè capta Clericus aſportat, vel vi occupat, *cap. olim el primo cum ibi not. de reſtit. ſpol.* Idem ſi Clericus debitor meditans fugere, detinetur, vt ſuo Prælato præſentetur. *Abb. & communis in cap. cum non ab homine de Iudicijs.* Ad hæc omnia, & ſimilia videantur *Angel. excommun. V. num. 2. Syl. excommunic. 6. num. 6. verſ. ſciendum eſt. Nauar. ſup. num. 80. Sayr. ſup. cap. 27. per totum, Bonacin. tom. 3. de cenſur. diſp. 2. q. 3. pun. 6. ſect. 4. n. 1: cum ſeqq.*

5 Clericus percuſſus fuſte, ſeù aliter peccat contra iuſtitiam, & contra Religionem

gionem repercutiendo, ſi commodè fugere poteſt. *Eman. Rodriq. 1. par. ſumma c. 135. & alij apud eundem ibi.*

6 Quando vnus eſt à pluribus percuſſus & tandem ex vulneribus illis moritur, nec conſtet, eum potiùs ex vno, quàm ex alio vulnere mortuum eſſe, tunc omnes tenentur de homicidio, & irregulares ab Epiſcopo declarandi ſunt. *Sayr. ſup. lib. 7. c. 4. num. 14. ex cap. ſignificaſti el ſecundo verſ. quod ſi diſcerni de homic. Couar. in Clem. ſi furioſus p. 2. §. 2. n. 4. verſ. quarta, de homic. & alijs multis.*

7 Quando qui Clericum percuſſit, occultus eſt, nec ſcitur, eum id feciſſe, poteſt Epiſcopus abſoluere in foro conſcientiæ illa de cauſa excommunicatum, etiamſi percuſſio enormis fuerit, & ita abſolutus non tenetur poſtea adire Papam, aut ipſius Legatum. *Lud. Molin. de Iuſt. tom 4. diſp. 64. num. 8. Coninck. Suar. Henriq. & alij apud Bonacin. tom. 3. de excom. diſp. 2. q. 3. pun. 6. ſect. 5. nu. 19. Mouentur ex Trid. ſeſſ. 24. de refor. c. 6.*

8 Si quis tribus vulneribus continenter inflictis Clericum percutiat, in vnam dũtaxat excommunicationem incurrit: cenſetur enim moraliter vna numero percuſſio. *Couar. lib 2. var. reſolut. cap. 10. nu. 8. Molina tom. 4. de iuſt. tract. 3. diſp. 41. nu. 5. Azor. p. 1. inſt. moral. lib. 4. c. 4. q. 6. circa fin.* Secus ſi Epiſcopus imponat pro quolibet vulnere pœnam excommunicationis, & tunc

tunc enim pro numero vulnerum debet pœna multiplicari. *Couar. ſup. Graff. lib. 3. conſilior. tit. de voto conſ. 2. n. 19. to. 2.*

9 Excommunicatio lata contrà percuſſores Clericorum non incurritur, quando externa percuſſio, & iniuria per ſe eſt venialis, quamuis mortalis ſit ob prauum percutientis animum; nam actio exterior eſt, quæ eiuſmodi pœna caſtigatur. *Eman. Rodriq. 1. par. ſum. cap. 8. concluſ. 8. n. 8. ed. 2. Sanchez in decal. lib. 2. cap. 8. num. 7. Suar. de cenſur. diſp. 22. ſect. 1. n. 23. & alij.*

Peregrinus, & Vagabundus, vide Abſolutio nu. 3. Matrimonium num. 20. Sacramentum num. 2.

1 SI peregrinus, ſeù hoſpes, cuius hæredes ignorātur, & alicubi inteſtatus moriatur, huius bona ita vacantia ab Epiſcopo loci in pias cauſas erogari debēt, iuxta *auth. omnes peregrini C. commun. de ſucceſſ.*

2 Vagabundi, & peregrini poſſunt ſicut ceteri ſubditi, virtute *Trid. ſeſſ. 24. de refor. cap. 6.* abſolui ab Epiſcopo, in cuius Diœceſi reperiuntur, ab omnibus caſibus, ſeu delictis occultis, nec ad forum contentioſum deductis, exceptis ijs, quæ in Bulla Cœnæ cōtinentur. *Sanch. in decal. to. 1. l. 2. c. 11. n. 8. et 9. Suar. de pœn. diſp. 30. ſect. 2. n. 9.*

Dimiſ-

3 Dimiſſoriæ antiquæ, vt ante decem annos datæ non ſufficiunt Clerico peregrino, vt per Epiſcopum permittatur celebrare, niſi aliter iuſtificetur. *Nau.conſ.1. de Cleric.peregrin.nu.6. part.1.ed.2.*

4 Poteſt Epiſcopus Clericum peregrinum, qui deliquit in ſua Diœceſi, compellere ad ſatisfaciendum parti læſæ; & nolentem excommunicare, quandiù in eius Diœceſi eſt. *Doctores communiter ex cap.final. de foro compet.* Idemque dicendum eſt de eo, qui poſt delictum egreſſus eſt ex illa Diœceſi, modò ante egreſſionẽ fuerit legitimè citatus. *Auila de cenſur.p.2. c.3.diſp.2.dub.3.*

5 Excommunicatio lata per ſententiã in committentes aliquod crimen, non ligat peregrinos hoc committentes, qui in eo territorio exiguo tempore morantur. *cap. à nobis 21. de ſent. excommun. Suarez de cenſuris diſp.5. ſect.5.n.10. Auila ſupra.*

5 Epiſcopus non debet Clericos peregrinos ad diuina celebranda admittere abſque cõmendatitijs litteris ſui Ordinarij. *Trid.ſeſſ.23.de reform.c.16. verſ. nullus.*

7 Cui permittitur ab Epiſcopo peregrinari, tacitè permiſſa eſt facultas eligendi Confeſſarium; non tamen, vt ab eo à caſibus eidem Epiſcopo reſeruatis abſolui poſſit. *Nauar.c.placuit de pœnit.diſt.6.n.62. & 63.ex c.2.de pœnit.& remiſſ.in 6.* contra *Palud.in 4.diſt.17.q.4. & D.Antonin.3.par. titul.17. c.4.* contrarium ſentientes.

Per-

Permutatio.

1 SI beneficium in vna Diœceſi ſitum permutetur cum alio alterius Diœceſis, requiritur in ea permutatione vtriuſque Epiſcopi, ad quos illa beneficia ſpectant, auctoritas, & conſenſus. *Azor. inſtit. mor. p. 2. lib. 7. cap. 29. q. 8.*

2 Permutatio ſimpliciter, & abſque pactis, ac conditionibus poteſt fieri coram Epiſcopo, & in quolibet anni tempore. *Fuſcus de viſitat. lib. 2. cap. 28. num. 22. Barboſ. de poteſt. Epiſc. par. 3. alleg. 69. nu. 9. & 10.*

3 Permutatio coram Ordinario facienda, non requirit mentionem de obtentis. *Menoch. de arbitrar. caſu 201. Barboſ. ſupra nu. 12.*

4 Permutare poteſt quis beneficium coram Ordinario, quamuis nondum adeptus ſit poſſeſſionem. *Gonz. ad reg. 8. Cancell. gloſ. 15. §. 1. n. 15. & 33. Barboſ. ſup. n. 16. & ſeq.*

5 Permutari poſſunt coram Epiſcopo beneficia iuriſpatronatus accedente patronorum cõſenſu; ſecus contra. *Stephan. Quaranta in ſumma Bullar. verbo beneficiorum permutatio. videatur Barboſ. ſupra nu. 20.*

6 Patrono recuſante conſentire permutationi ſine cauſa, poteſt Epiſcopus permutationem approbare. *Abb. in cap.*

cum

cum acceſſerit num. 5. de conſt. Rebuff. in ſua prax. benefic. p. 3. ſignatura ad clauſ. quatenus litigioſum n. 40.

7 Quando beneficia, coram Epiſcopo permutata, ſunt inæqualia, poteſt Epiſcopus ex officio mandare (ceſſante pacto) quod recipiens beneficium pinguius ſoluat aliquam penſionem ſuo tempore duraturam, ad coæquandos fructus. *Gonzalez ſupra gloſ. 14. nu. 38. ex Ancharan. conſil. 279. & aliis per eum ibi citatis. Conſule à Leo. in theſ. fori Eccleſ. p. 2. cap. 22. n. 27.*

Peſtis, vide Abſentia nu. 11. *Renunciatio num.* 9.

1 EPiſcopus tempore peſtis poteſt Presbyteris, etiam cum mortis periculo præcipere, ne ab Vrbe diſcedant; & quod neceſſaria Sacramenta petentibus adminiſtrent. *Leon. Duard. in commentar. ad Bull. in Cœn. Dom. lib. 1. c. 2. q. 2. concl. 4. num. 35.* &, ſi deſint idonei, tenetur etiam ſuis magnis expenſis idoneos quærere, & ad miniſtrandum exponere. *Sà in aphoriſ. ad verb. Epiſcopus n. 43. ex Bannes 22. q. 33. ar. 3. dub. 4.*

2 Licet clericus teſtis eſſe non poſſit coram Iudice ſeculari ſine ſui Ordinarij licentia; eſſe tamen poteſt tempore peſtis. *Conſule Ripam in ſuo tract. de peſte ſub tit. de priuil. Iudic. cauſa peſtis n. 45. vbi fuſius.*

Si

3 Si Epiſcopus diſcedat à ſua Diœceſi, vbi peſtis ſerpit, non facit pro tunc contra præceptum de reſidendo, habitando in aliquo tuto loco vicino Diœceſi, quoad fieri poſſit, & inde attendere ad bonum regimen Diœceſis, prouidendo ouibus in neceſſarijs, quantum potuerit. *Suar. tom. 4. de pœnit. diſp. 44. ſect. 2. n. 11.*

4 Peſtis cauſa Canonicus abſens percipit fructus ſuæ præbendæ, non autem diſtributiones quotidianas, niſi probaretur ex antiqua conſuetudine, diſtributiones dari ſolitas abſentibus ex iuſta cauſa; at, antequam diſcedat propter peſtem, facultatem ab Epiſcopo petere debet, ſi facilè peti poſſit; non tamen eſt neceſſe eam obtinere. *Ripa ſup. num. 140. Moneta de diſtrib. quotid. p. 2. q. 5. nu. 76. & 77. Ex ſacra Cong. Concil.*

Pœna, vide Cenſura nu. 5. Iuriſdictio nu. 13. Lex nu. 6. Percuſſio num. 8.

1 Epiſcopus non poteſt per Conſtitutiones Synodales tollere pœnam ſtatutam per Concil. Trid. contra non reſidentes. *Io. Aloyſ. Ricc. in ſua praxi for. Eccleſ. reſol.* 478. Poteſt tamen ex cauſa illam ante ſententiam minuere, vel augere, ſed non in totum tollere. *Garzias de benef. p. 3. c. 2. n. 150. ex Congr. Concil.*

Epi-

2 Epiſcopus, ſi aliquid muneris in viſitatione vltra id, quod Trident. decernit, accipiat, grauiſſimis pœnis mulctatur præter dupli reſtitutionem intra menſem faciendam. *Trident. ſeſſ. 24. de reformat. cap. 3.*

3 Pœnas pecuniarias ſibi Epiſcopus retinere non debet, ſed pijs locis aſſignare. *iuxta Trid. ſeſſ. 25. de reform. cap. 3.*

4 Nec valet conſuetudo contraria, per quam pars pœnarum applicatur Vicario, vel Cameræ Epiſcopali. *Stephan. Quaranta in ſumma Bullarij verbo pœna pecuniaria, Barboſ. de poteſt. Epiſc. par. 3. alleg. 107. nu. 19.*

5 Epiſcopus, qui condemnauit Clericum ad perpetuum carcerem, poteſt in ſententia reſeruare ſibi poteſtatem minuẽdi pœnam ſuo arbitrio. *Diaz in prax. crim. can. cap. 40. n. 4.*

6 Poſſunt Epiſcopi per ſtatutum eaſdẽ pœnas clericis imponere, quas leges laicis imponunt tale delictum committentibus, dummodò tales pœnæ iuri Pontificio cõtrariæ non ſint. *Diaz ſup. cap 147. nu. 4. ex Anchar. conſ. 18. in 1. q. col. 1. & fin. & alijs per eum ibi relatis.*

7 Quoties in iure reperitur aliqua pœna, quæ propter diuerſitatem opinionum eſt dubia, tunc poteſt Epiſcopus illam imponere ipſo iure. *Ioan. Aloyſ. Ricc. in praxi aurea reſolut. 206. num. 1. ex Ioan. Andr. in c. ex parte il tertio de verb. ſignif.*

Po-

8 Poteſt Epiſcopus imponere pœnam pecuniariam,non tamen pro enormi delicto. *Felin.c.irrefragabili de offic.iudic.ordin. n. 5. & 6.*

9 Pœna pecuniaria poteſt imponi per Epiſcopum pro delicto perpetrato à Clerico, etiam vbi à iure eſſet ſtatuta certa pœna. *Felin.ibid.n.7.*

10 Pœna, qua quis priuatur re ſua iam poſſeſſa, non debetur ante Iudicis ſententiam. *Gloſ.in can.fraternitas 12.q.2.* etiam ſi lex dicat, non requiri ſententiam. *Sà in aphor.verb.pœna n.1.*

11 Quando per Epiſcopum, ſeu alium Superiorē imponitur pœna facienti ſcienter,vel ei,qui auſus fuerit,vel auſu temerario fecerit,vel præſumpſerit,non compræhendit eam ignorantes, eſto quod ignorantia ſit craſſa,modo non ſit ingens temeritas,vel affectata. *Sanchez l.9. de matrim. diſp.32.à n.35.vſque ad 40.*

12 Licet Iudex Eccleſiaſticus in ſuo tribunali non poſſit imponere pœnam ſanguinis,aut mutilationis;pœnam tamen fuſtigationis imponere poteſt; etſi quoad in ſacris conſtitutos non videatur eſſe in vſu. *Ludou.Molin.de iuſt. & iur.tract.3. diſp.49. nu. 12.*

13 Pœnæ excommunicationis, & ſuſpenſionis ordinum poteſt quis ſe obligare. *cap.cum dilectus,cum ibi notatis per gloſ. verbo obligauit de electione, & c.quoties cordis 1.q.7.*

Pœna-

14 Pœnalis lex eſt extendenda ex idẽtitate rationis, quando lata eſt in fauorem animarum, vel Religionis. *Hoſtien. in cap. penult. in fine, qui filij ſint legit. Couar. 4. decret. 2. p. c. 6. in princ. n. 12. Sanchez lib. 1. de matrim. diſp. 39. n. 5.*

Pœnitentia, vide Arbitrium nu. 12. 13. 14. *Hæreſis nu.* 10.

1 NOn poteſt Epiſcopus commutare pœnitentiam à Papa in foro exteriori impoſitam. *Soto in 4. diſt. 20. q. 2. art. 3. ad finem, Henriq. lib. 5. ſeù de pœnitentia Sacrament. lib. 2. cap. 22. num. 1.* At impoſitam in foro interiori, poteſt Epiſcopus ex cauſa impoſitam à Papa, & Parochus impoſitam ab Epiſcopo commutare, & minuere in actu confeſſionis, iterum repetita confeſſione, ſi impoſita ſit ob peccata eiuſmodi, à quibus, qui eam commutat abſoluere potuiſſet. *Suarez to. 4. de pœnit. diſput. 38. ſect. 10. num. 8. verſ. tertio ex dictis, Gabriel Vaſq. tom. 4. de pœnitent. quæſt. 94. art. 2. dub. 3. n. 6. & 7. fauet Sylu. verb. confeſſio 1. n. 31. verſ. 27. Armill. eodem verb. n. 30.* Multi inter quos *Nauar. cap. 26. ſummæ num. 22. & Henriq. vbi ſupra,* hanc commutandi facultatem procedere ampliant, etiam non repetita confeſſione; ſed minùs probabiliter, vt optimè. *Suarez & Vaſq. contra eundem Nau. & ſequaces,*

vbi

vbi ſupra docent; debet enim eiuſmodi commutatio fieri cognita, & examinata cauſa, an clauis errauerit in imponendo pœnitentiam, quæ eſt commutanda, quod fieri nequit, niſi repetatur confeſſio.

2 Pœnitentia publica poteſt à ſolo Epiſcopo imponi. *Oldrad. conſ. 246. nu. 4. verſ. tertia poteſt.*

3 Si Archiepiſcopus, vel Epiſcopus condonauerit pœnitentiam ijs, qui malo ſtudio, ſiuè pro odio, ſiuè pro vindicta ignem apponunt, vel apponi faciunt, aut appoſitoribus conſilium tribuunt, damnum reſtituat, & per annum ab officio Epiſcopali abſtineat. *c. peſſimum 23. q. 8. Sayr. lib. 4. de cenſuris c. 12. n. 44.*

4 Publicè peccantibus publica pœnitentia iniungenda eſt; Epiſcopus tamen hoc pœnitentiæ genus in aliud ſecretum poteſt commutare, ſi ita magis expedire iudicauerit. *Tridentin. ſeſſ. 24. de reformat. cap. 8.*

5 Qui ſolemnem agunt pœnitentiam, ab ordinibus Eccleſiaſticis excluduntur. *c. illud diſt. 50.* vrgente tamen neceſſitate, poteſt Epiſcopus in minoribus tantùm diſpenſare. *can. placuit diſt. 50. Sylu verb. pœnitentia q. 3. Maiol. de irregul. lib. 3. c. 2. n. 1. & 4.* Hodie tamen eiuſmodi ſolemnis pœnitentia non eſt in vſu, non peccatorum defectu, ſed Prælatorum incuria, *teſte Diaz in practit. crimin. canon. c. 23. in princ. Nauar. verò in can. ſi quis nu. 2. de pœnitent.*

diſt.5. & *poſt eum Couar.lib.2.variar.reſol. c.10. n.* 3. teſtantur apud Saxones veſtigia aliqua ipſius reperiri. Vide ibi per eos vbi de hac re pluribus.

6 Si Epiſcopus ſolemniter pœnitentem ignoranter ordinauerit, tantùm ordinatus deponitur, quia tempore ordinationis ſuæ ſuum impedimentũ non manifeſtauit Epiſcopo. Si verò Epiſcopus ordinauerit eum ſcienter, etiam ipſe poteſtate ordinandi priuabitur. *can.ex pœnitentibus 55. diſt.50.* Quod intellige, quando ordinauit ſcienter abſque diſpenſatione, vel eum indiſcretè diſpenſauit, *ſecundùm Archidiacon. in cap. placuit eadem diſtinctione.*

Pœnitentiarius.

1 POenitentiarij officium, & electio perſonæ ad ſolum Epiſcopũ abſque conſenſu Capituli ſpectat, modò non vacet in menſe Apoſtolicò, vel non adſit alia reſeruatio, ſeu affectio; nam tũc pertineret ad Papam ratione reſeruationis. *Gonzal. ad reg.8. Cancell. gloſ. 9.* §. *2. nu.84. Garzias de benef. p.5. c.4.* §. *1. n.144.*

2 In Pœnitentiario requiritur vltrà gradum Doctoratus vel licentia in Theologia, vel Iure Canonico, quod ſit 40. annorum *Trid. ſeſſ.24. de Refor. c.8.* At defectus ætatis 40. annorum non obſtat, vbi aliàs aptior in Ciuitate, aut in Diœceſi per Epiſcopum reperiri non poteſt.

Gar-

Garzias ſup.par.7.cap.4.nu.33. & 34.

3 Pœnitentiarius eo ipſo,quod eſt inſtitutus,habet à iure, & Concil. facultatem audiendi confeſſiones pœnitentium illius Diœceſis, & iuriſdictionem ad abſoluendum à peccatis, abſque alia Ordinarij licentia; & eſt veluti Parochus totius Diœceſis; vnde quilibet de Diœceſi illi confeſſus,ſatisfacit præcepto. *c. omnis vtriuſque ſexus de pœnit. & remiſſ. Garz. ſup. n.112. & 113. Barboſ. de pot. Epiſc. p.3. alleg. 55. n.19. & 20.*

4 Pœnitentiarius ex vi ſui officij non habet facultatem abſoluendi à caſibus Epiſcopo reſeruatis,niſi illam Epiſcopus ei ſpecialiter dederit, cui etiam poteſt Epiſcopus committere abſolutionem, *de qua Trid. ſeſſ.24.de reform.cap.6.Garzias ſupra n.115.& 116. Aloyſ.Ricc.in prax.for.Eccleſ. reſol.492.*

5 Pœnitentiarius, quamuis obtinuerit facultatem abſoluendi à caſibus reſeruatis, tenetur nihilominus integras audire confeſſiones, & omnibus confiteri volentibus ſui copiã facere horis opportunis in loco, & Sede Epiſcopi arbitratu. *Garz.d. par.5. c.4. num.117. & Barboſ. d.alleg.55. num.27. & 28.* Non tamen Epiſcopus poteſt illum cogere ad maiorem reſidentiã, quàm alij Canonici, qui per tres menſes abeſſe poſſunt, dummodò non abſit eo tempore, quò pœnitentes frequentiùs accedunt, & diebus feſtis ſolemnibus v. g.

tempore Quadrageſimæ, Aduentus &c. *Garz.ibid.n.122.Vgol.et alij apud Barb.vbi ſup.nu.33.*

6 Pœnitentiarius poteſt ab Epiſcopo puniri, & priuari, ſi non ſit ſemper paratus ad audiendas confeſſiones,vel ſi pœnitentes recuſet. *Barboſ. ſup.nu.26.*

7 Pœnitentiarius,dum audit confeſſiones in Eccleſia,ſiue in confeſſionario, ſiuè extrà, habendus eſt pro præſenti in Choro *Trid d.cap.8. de Refor.ſeſſ.24.* ſecus ſi non audiat confeſſiones,etiamſi in confeſſionario reſideat alijs in Choro diuina celebrantibus; nec item ſi dixerit Miſſam, aut ſi priuatim officium dicat,etiam vt opportunius confeſſiones audiat, cenſendus eſt præſens in Choro.*Aloyſ.Ricc.reſol.477. nu.6.vbi ſup.Moneta de diſtrib. quotid. p.2. q.11.nu.65.cum ſeqq. Garzias d. par.5.c.4. nu.124.Barboſ.nu.30. vbi ſup. & alij apud eoſdem ibi.*

Pollutio Eccleſiæ, vide Reconciliatio num.2.cum ſeqq. Sententia num. 1.

Pontificalia, vide Baldachinum.

1 Epiſcopus poteſt exercere pontificalia in alterius Diœceſi de Ordinarij loci

loci licentia. *Trid.ſeſſ.6.de reformat.cap.5.* Non tamen in loco exempto, qui non ſit nullius (etiam vocatus) ſine licentia Epiſcopi, intrà cuius fines locus eſt conſtitutus. *Ex declarat.Gregor.XIII. quam Sacra Congreg.ad d.cap.5.allegat.videatur Maiol. lib.2.de irregul. cap.2.nu.4.*

2 Inſignia Pontificalis dignitatis Epiſcopo competentia ratione ſuæ dignitatis ſunt, Mitra, Baculus, Paſtoralis, anulus, cõpagus, hoc eſt Sãdalia, Dalmatica, & Chirothecæ. *Gloſſ. & Doctores in cap. ut Apoſtolica de priuil.in 6. & alij apud Barboſ.de poteſt.Epiſc.p.2. allcg.6.n.9.*

3 Epiſcopum à Pontificalibus ſuſpenſum fieri irregularem celebrando in apparatu Pontificali, hoc eſt cum præfatis inſignibus, probabilis ſententia eſt. Hanc tenet *Nauar. cap.25.ſum.n.163. verſ.ex quo infertur. Angel.Maiol. Viuald. & alij apud Sayr.de cenſur.lib.4.cap.16. num.24.* Contraria, quæ habet, non fieri irregularem, eſt æquè probabilis, & fortè probabilior. Hanc ſuſtinent *Couar. in Clement. ſi furioſus p.1. §.1. n.1. verſ. ſecundum de Homic. Iacob. de Graff. in deciſ. aur. lib. 4. cap.25. num.3. Bonacin.de Cenſur. in partic. diſp.3. q.2.pun.12.num.2.tom.3. Conſule Sayr.vbi ſup.à num.26.vſque ad num.29. incluſiuè, vbi eleganti diſtinctione eiuſmodi controuerſiam conciliat.*

4 Epiſcopus à Pontificalibus ſuſpenſus, poteſt baptizare, confeſſiones audire, Miſſæ

ſacrum facere iuxtà morem aliorum Sacerdotum inferiorum; cenſuras ferre, beneficia conferre, & alios iuriſdictionis actus exercere. Hæc enim non ſunt Pontificalia. *Bonac.nu.3. vbi ſup. & alij,quos ibi refert, & ſequitur.*

5 Non poteſt Epiſcopus committere ſuo Vicario vſum Pontificalium. At, ſi Vicarius eſſet Epiſcopus, de licentia Epiſcopi poſſet illorum vſum exercere. *Iac.Sbroz. de Vic.Epiſc. lib.2.q.7.*

6 Epiſcopus Pontificalia exercens etiã ſolum calicem, vel corporalia conſecrando in aliena Diœceſi ſine licentia Epiſcopi loci, non cogitans id ſibi non licere, nec contrauenire *Conc. Trid. ſeſſ.6. de reform. cap. 5.* ſed benefacere credens, à ſuſpenſione non excuſatur. At excuſatur, vt non pœna præciſa in Concil. contenta, ſed leuiori puniatur, hoc eſt, prout illa incogitantia, & inaduertentia meretur. *Ita Nau. conſ.12. de cleric. excommun. miniſtr. to.2. edit. 2.* At verius eſt, eiuſmodi Epiſcopum excuſari etiam à ſuſpenſione in hoc caſu, ſicut & à mortali culpa, vt optimè docet *Suar.to.5.de cenſur.diſp.28. ſect.4.n.7.*

7 Suſpenſus à Pontificalibus, Miſſam priuatam celebrare non prohibetur. *Auila de cenſuris part.3. diſputat.2. dub.2. concluſ.10.*

8 Pontificale reformatum de ordine Clementis Octaui in omnibus vniuerſi orbis partibus obſeruari debet pro cærimonijs,

monijs, & ritibus per Eccleſiæ catholicæ Pontifices obſeruandis, abolitis omnibus prædeceſſorũ Pontificum Pontificalibus. *Ex Conſtitution. 38. eiuſdem Clementis edita de anno 1596. incip. Ex quo Eccleſia Dei, regiſtr. in Bullar. vltim. edit. pag. 52. tom. 3.*

Præbenda, vide Peſtis nu. 4.

1 SI in electione Theologi, vacante præbenda, inter Epiſcopum, & Capitulum ſit controuerſia, ad Metropolitanum erit recurrendum, & eius iudicium ſequendum. *Sacra Cong. Concil. ad c. 1. ſeſſ. 5. de reform.*

2 Poteſt Epiſcopus ob tenuitatẽ præbendarum aliquas earum cum Capituli conſenſu ſupprimere, ſi cultus diuinus, & dignitas Eccleſiaſtica ob id non minuatur, nec poſſint alia via impugnari. *Trid. ſeſſ. 24. de refor. cap. 15. conſule Nauar. conſ. 5. de rebus Eccleſ. alien. n. 3.* vbi explicat, quo remedio eiuſmodi tenuitas per Epiſcopum impugnari poſſit. Et de præbenda ſingulari, quæ eſt vnius Canonici, ſi per induſtriam illius fructus augmentantur, an debeat aliquid ſubtrahi, & applicari alteri præbendæ tenuiori, *docet Felin. in c. cum M. Ferrarienſis de conſtit. verſic. in gloſ. in verbo per induſtriam n. 22.*

3 Præbenda theologalis, dum vacat, poteſt Epiſcopus illius fructus applicare

alicui perſonæ, quæ ſuppleat munus legendi. *S.Cong.Epiſc.in Camericen.*8.*Februarij 1594. teſte Barboſa in ſuis Collect. Bullar. verb.Prabenda.*

Præcedentia, vide Doctor n. 3.

1 PRæcedentias locorum in publicis proceſſionibus ortas inter perſonas Eccleuaſticas,& Regulares, Epiſcopus cõponat. *Trid. ſeſſ.25. de regul. cap.*15. Idquè ſummariè, ac de plano ſine ſtrepitu, & figura iudicij. *Ex S.Cong.; vt fertur, ad d. cap. 13.*

2 Lites,quæ inter Regulares circa præcedentias oriri ſolent, debet Epiſcopus terminare,prout in Alma Vrbe omnium magiſtra ſeruatur. *Stephan.Quaranta verb. præcedentia, Barboſ.de poteſt.Epiſc.p.3.alleg. 78.nu.35.*

3 Epiſcopus factus Archiepiſcopus prȩcedit Epiſcopum ante ſe creatum, & Canonicus factus Archidiaconus,vel aliam obtinens dignitatem,præcedit alium priùs factum Canonicum. *Nau.conſil.5. de maiorit. & obed. n.9.p.1.ed.2.*

4 Epiſcopi præcedunt Protonotarios, tàm in Vrbe, quàm extra. In Capella tamen Pontificia quatuor ex ipſius Protonotarij, qui de rebus ibi geſtis rogari conſueuerunt, honorabiliorem locum habere debent. *Ex conſtit.4. Pij II. de anno 1459. incip. Cum ſeruare, regiſtr. in Bullar. vltim.*

vltim. edit. pag. 316. tom. 1.

5 Primates præcedunt Archiepiſcopos vbique, illoſque ſubiectos habent. *Melchior Lotter. de re benefic. tom. 1. lib. 1. q. 9. nu. 33. & 34.*

6 Epiſcopi Vicarius Generalis præcedit Gubernatorem, & alios ſimiles Magiſtratus ſeculares in functionibus Eccleſiaſticis, etiamſi conſuetudo, vel ſtatutum extaret in contrarium. *Sbroz. de Vic. Epi. lib. 2. q. 26. nu. 1. & alij apud Aloyſ. Ricc. in prax. for. Eccleſ. reſol. 555. per tot.* Secus de Præſidentibus, & Gubernatoribus prouinciarū, & Ciuitatum Eccleſiæ ſubiectarum, qui immediatè creãtur à Summo Pont. *Sbroz. ibid. n. 26.*

7 Vicarius, præſidente Epiſcopo in Synodo Diœceſana, præcedit Capitulum. *Ità deciſum eſſe refert Aloyſ. Ricc. vbi ſup. reſol. 557. in fine,* etſi ipſe *num. 4. cum ſeqq.* contrarium de iure ſentiat.

8 Canonicus ratione Epiſcopatus, quē habet in terris Infidelium debet præcedere omnibus alijs Canonicis eiuſdem Eccleſiæ, & ſedere in primo ſtallo ſupra omnes. *Ita declaratum audio per S. Cong. Rituum in vna Compoſtellana 11. Iulij 1617.*

Præceptum, vide Edictum. n. 1. cum ſeqq.

1 QVando prælatus præcipit alicui, vt, ſi quid ſcit corrigendum, ei dicatur, intelligendum eſt præceptum ſaluo ordine fraternæ correptionis. At ſi expreſsè præciperet contra hunc ordinem; & ipſe peccat præcipiens; & ei obediens; vnde non eſſet ei obediendum. *D. Tho. 2. 2. q. 33. ar. 7. ad 5.*

2 Præceptum prælati de re leuiſſima, vel inutilis non obligat ſubditum ad mortale, etiamſi prælatus iubeat in virtute obedientiæ, ſi ob id non oriatur ſcandalum. *Caſtro de lege pœnali lib. 1. cap. 5. docum. 2. verſ. ex qua regula, & docum. 6. concluſ. 3. ad fin. conſule Valenz. 1. 2. diſp. 7. q. 5. punct. 6. §. 3.*

3 Præcipi non poteſt, vt ſubditus ſibi membrum abſcindi patiatur ob ſanitatẽ, nec vt reuelet ſuum peccatum omnino occultum. *Armill verb. obedientia n. 4. Sà in aphor. verb. præceptum n. 2.*

4 Præcepta Superiorum ſi non emanant per modum Conſtitutionis à potente eam facere, expirant ſemper morte, illa facientis, etiam re non integra; ſunt enim mandata ab homine. *L. 1. C. de poſtulando.*

5 Superior præcipiens aliquid ſuis ſubditis

ditis ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ,ſed ſine ſcriptura, non propterea dicitur incurrere pœnam latam, *in c. 1. de ſent. excommun. in 6.* contra excommunicantes, & interdicentes ſine ſcriptis; nã textus ille loquitur de ſententia excommunicationis per modum iudicij,& non per modum præcepti. *Iacob. Graff. conſ. 4. de ſent. excommun.*

Prædicatio.

1 EPiſcopus, vel debet per ſe ipſum prædicare, vel, ſi legitimè eſt impeditus, alium conducere, qui id munus exequatur. *Trident. ſeſſ. 5. de refor. cap. 2.* Interdicat concionem cuicunque concionatori, errores, vel ſcandalum in populum ſeminanti. *Trid. ibid. §. ſi verò.* Non ſinat prædicare Regulares nomine,ſed viuentes extra clauſtra, & obedientiam: nec presbyteros ſeculares,niſi ſint noti, & doctrina,& moribus probati. *Trid. ibid. §. caueãt.* Arceat quæſtores eleemoſynarios prædicare præſumentes. *Trident. ibid. §. Quæſtores.*

2 Regulares in Eccleſijs ſuorum ordinum prædicare volentes, etſi non teneantur ab Epiſcopo licentiam obtinere, ſed tantùm à ſuis Superioribus de vita, moribus,& doctrina, examinari, & approbari, ac ab eis habere licentiam; tenentur tamẽ cum eadem licentia perſonaliter ſe co-

ram Epiſcopo præſentare, & ab eo benedictionem petere. *Trident.* §. *Regulares verò, vbi ſupra.* In Eccleſijs verò, quæ ſuorum ordinum non ſunt, vltra licentiam ſuorum Superiorum, etiam Epiſcopi licentiam habere tenentur. *Trident. ibid.* Si tamen cõtrafecerint, non poſſunt ab Epiſcopo puniri, ſed tantùm à ſuis Superioribus. *Steph. Quar. in ſumm. Bull. verb. priuilegia Regularium*. Hodie tamen ſtante conſt. 18. Greg. xv. §. 6. regiſtrata in Bull. vlt. ed. to. 4. pag. 99. Epiſcopus tanquam Apoſt. Sed. deleg. punit.

3 Munus prædicationis per Epiſcopum committi poteſt etiam Clerico, qui non ſit in ſacris ordinibus conſtitutus; nõ enim eſt actus ordinis. *Simanca de cathol. inſtit. tit. 49. n. 1. Nauar. conſ. 7. de offic. deleg. vol. 1. Ita Congr. Concil. ad cap. 4. de reform. ſeſſ. 24.* cenſuiſſe fertur, declarando ſecus de mero laico.

4 Non poteſt Epiſcopus ad libitum, & ſine cauſa rationabili ſuſpendere à prædicatione, *S. Cong. ibid. n. 14. Sà in aphor. verbo prædicare n. 6.*

5 Nec poteſt denegare licentiam prædicandi in parochiali, eo quod prædicetur in Cathedrali, ſed permittere, *iuxta formam dicti cap. 4. ſeſſ. 24. & cap. 2. ſeſſ. 5. de reformat. Ex eadem Sacra Congregat. ad d. cap. 4.*

6 Prædicatoris electio, & deputatio ad ſolos Epiſcopos in eorum Cathedralibus ſpe-

ſpectat, non obſtante quauis etiam immemorabili conſuetudine. *Barboſ. de pot. Epiſc. p. 3. alleg. 76. n. 6.*

7 Poſſunt etiam ab ipſis Epiſcopis abſq. Capituli conſenſu prædicatores deputari pro Eccleſijs ſuæ Diœceſis. *Barboſ. ibid. num. 8.*

8 Si Epiſcopus prædicatorem ſuſpendat, non tenetur cauſam exprimere, quare ad hoc prohibendum moueatur. *Barboſ. ibid. n. 22.*

9 Dum Epiſcopus prædicat, vel coram ſe ſolemniter prædicare facit, ceteris prædicatoribus etiam Mendicantibus in Eccleſijs ſuorum ordinum, ipſo contradicente prædicare non licet. *Sà n. 5. Barboſ. n. 20. vbi ſupra.*

10 An tempore Quadrageſimæ, & Aduentus, quotidie, vel tribus diebus in hebdomada, vel minùs illis tribus diebus prædicetur, arbitrio Epiſcoporũ relinquitur, *d. c. 4. ſeſſ. 24. de refor. & ibi S. Congregat. verbo Quadrageſima.*

11 Epiſcopus tenetur monere populum, vt in quantum fieri poteſt commodè in ſua Parochia verbum Dei audiat. *Trid. d. cap. 4.* Non tamen virtute *d. cap. 4.* poteſt Epiſcopus ad hoc cogere populum mulctis, & pœnis, etiam in cauſa notabilis negligentiæ, aut contumaciæ, ſicut nec vt audiat miſſam, vel pueros doctrinam chriſtianam in dicta propria Parochia, etiamſi voluerit hoc fieri in Oppidis, Villis, aut

alijs

alijs locis extra Ciuitatem. *Ita S.Cong. reſpondiſſe fertur ad d. cap.4.*

12 Epiſcopus non poteſt prædicare in aliena Diœceſi abſque conſenſu Ordinarij. *Ioan.Aloyſ.Ricc.in prax. for.Eccleſ.reſol. 465.nu.5.*

13 An ſumptibus Epiſcopi ſoluenda ſit eleemoſyna Prædicatori, attendenda eſt conſuetudo loci; in dubio verò ab Epiſcopo ſoluenda eſt. *Ioan.Aloyſ. Ricc.ſupra reſol.468.nu.3.*

Prælatus, vide Decimæ num. 11. *Depoſitio num.* 11.

1 PRælati ſunt ſoli Epiſcopi, & eorum Superiores,& alij iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem habentes;item Præfecti Eccleſijs Collegiatis, Secularibus, vel Regularibus, non autem Rectores Eccleſiarũ Parochialiũ. *Nau.conſ.5.de filijs Presbyter. n.4.5.& ſeq.p.1.lib.1.ed.2.*

2 Negligentia Prælati in omiſſione neceſſariorum ad eius officium, vt viſitatione, correctione &c. eſt peccatum mortale,& tenetur non ſolùm de dolo, & lata culpa, ſed etiam de leui culpa, de damno Eccleſiarum,& fortiùs animarum. *Armill. ver.Prælatus n.2.Ex Hoſtienſ.in c.ea quæ de offic.Archidiac.vide fuſiùs per Sylueſt.verb. Prælatus q.4.*

3 Prælaturam accipiens in excommunica-

nicatione, vel alio impedimento occulto, validos exercet actus iuriſdictionis, ſi titulum habeat coloratum, communi errori populi coniunctum. *Leon. Leſſ.lib.2.de iuſt. & iur.c.29.dub.8. n.66.*

4 Non poteſt Prelatus propter temporale, aut corporale damnum populum deſerere, ſi populus eius præſentiam exigat; ſed tenetur, ſicut bonus Paſtor, animam ſuam ponere pro ouibus ſuis. *Sylueſt. ſupra q.8. verſ.2.*

5 Prælatus excedens in ſubditi correctione, non tenetur ab eo veniam petere, ne eius auctoritas eneruetur. *can.quando, diſt.86. Armill. ſupra n.3.*

6 Prælato inferiori, qui eſt in ſtatu nullius Diœceſis, habetque iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem, competunt omnia, quę poſſunt competere Epiſcopo præter ea, quæ ſunt ordinis. *Rota apud Seraphin.deciſ. 1386.n.3.* Non tamen poteſt indicere concurſum, niſi habeat ius congregandi Synodum, ſimulque conſueuerit illam congregare. *Rota apud Mantic.deciſ.228.n.5. vide Suar.to.4. diſp.30.ſect.26.*

7 Prælatus vbi iniuſtè denegaret licentiam Religioſo adeundi Epiſcopum in caſu, quo ipſe, vel alius Superior ſuæ Religionis nequit ipſum abſoluere, tunc Religioſus poteſt eundé adire, vt ipſum abſoluat. *Sanchez tom.1.decalog.lib.4.c.39.n.36. Leonard.Duard.in comment. ad Bullam in Cœna Dom.lib.3.§.2.q.11.n.26.*

Præ-

8 Prælati officium eſt, non ſtatim omnem actionem præbentem occaſionem peccandi prohibere;ſed populum docere, quomodo illa ſine peccato vti poſſit, & liceat. *Nau.conſ.1.de iudæis nu.13.p.2. lib.5. ed. 2,*

9 Prælatus, quatenùs Prælatus eſt, non poteſt ſine peccato mortali contemni: ſecus,quatenùs talis perſona eſt, vt puta Ioannes, Petrus &c. modò conuitijs non afficiatur. *Caſtro lib.1.de lege pœn.c.5.concl. 1. & 2.*

10 Electus in Prelatum non ſeruata ſolemnitate, *cap.quia propter de elect.* Poteſt vti illa electione, ſi coram Deo maior, & ſanior pars Capituli conſenſerit in eum. *Felin.in c.1. n.39. de conſtit.*

11 Prælati bona ſunt tacitè hypothecata pro mala Eccleſiæ adminiſtratione, & ſic poterit Eccleſia contra tertium poſſeſſorem agere,ſicut agit mulier pro dote. *Syluest.verb.dos q.12. ex gloſ.in c. ex litteris de pignor.*

12 Prælatus, ſi appellat à ſententia Iudicis condemnantis illum ad priuationem Prælationis,credendo iuſtè poſſe appellare,omnia, quæ ante condemnationem facere poterat, poteſt pendente appellatione facere; v.g. corrigere, excommunicare Subditum ſuũ &c. quamuis poſtea declaretur,appellationem fuiſſe iniuſtam, & vltimá diffinitiua ſententia priuetur poſtea ſua dignitate, *Alphonſ. à Caſtro de lege pœnali*

nali lib.2.cap.3.circa finem,ex gloſſ.in can.1. 80.q.4.verb. ſententia.

Præſcriptio, vide Decimæ num. 9. Matrimonium num.2. Procuratio num. 4.

1 POteſt Epiſcopus habere Ius in aliena Diœceſi, ex præſcriptione. *Tabien.verbo Præſcriptio n.5. Io. Aloyſ.Ricc. in prax. Aurea reſ.43.n.2.De hac re plura Lud. Mol.de Iuſt.& iu.to.1.tract.2. diſp.47.verſ. Obedientia.*

2 Præſcriptio non currit contra Eccleſiam,etiam quod non interrumpatur. Primo tempore prælati,qui malè alienauit rē Eccleſiæ,*cap. ſi Sacerdos,16.q.2. Genuen.in Prax.cur. Archiep.Neap.cap.87.n.38.ed.1. ex Innoc.in c. cum ex litteris de reſtit. in integrum,& ex Guido.Papa deciſ.150.*

3 Secundo, Si Prælatus eius eſt hæreticus. *Armil. verb. Præſcriptio nu.10.* Tertio tempore excommunicationis ipſius Prælati,vel ſuſpenſionis,*cap.quia diuerſitatem, de præben. Armill.loc.cit. Lud. Molin. ſupra diſp.78.verſ.præſcriptio ceſſat.* Quarto Sede Epiſcopali vacante, *cap. de quarta de præſcript.Fauet Genuen.n.37.vbi ſupra,& Lud. Mol.d.diſp.78.* vbi nonnullos alios caſus addit,in quibus præſcriptio ceſſare, ſeù dormire dicitur.

3 Abbas præſcribit contra Epiſcopum om-

omnia Iura Epiſcopalia in certis Eccleſijs ſuæ Diœceſis, *c.cum olim, & c. auditis de praſcript. vbi Abb.in princ.*

4 Ab obſeruatione diei feſti tunc conſuetudo excuſat,cum eſt præſcripta; quam præſcriptionem interrumpit ſuperioris cõtradictio. *Nau.conſ.1.de ferijs n.1.p.1.lib.2. edit. 2.*

5 Iura omnia Eccleſiaſtica, tàm Eccleſiarum,quàm Monaſteriorum præſcribuntur ſpatio 40. annorum, *gloſ. communiter recepta in c.de quarta in verb.Quadragenaria de Praſcript.* Iura verò Romanæ Eccleſiæ ſpatio centum annorum, *c. ad audientiam eod.tit.*

Præſentatio, vide Patronus num. 1. 5. *cum ſeqq.*

1 PRæſentatio facta à Patrono coram Prælato exiſtente extra propriam Diœceſim,valida eſt. *Roch.de Curte.de iurepat.in princ.n.7.Lamber.de Iurepat.lib.2. p.2 q.2.princ.ar.6.n.1.*

2 Præſentatus ad beneficium de Iurepatronatus, etſi perſonaliter coram Epiſcopo ſe præſentare debeat, vt per *gloſ. verb.praſentari in clemen. dudum de ſepult.* Attamen ſi conſtet Epiſcopo de illius ſufficientia, poteſt etiam abſens ab ipſo inſtitui, *gloſ. verb. ignorata. in c. de Petro. diſt.57.Innoc.in c.Lateranen. in fine de Prab.*

Patro-

3 Patronus poteſt de conſenſu Epiſcopi pró vna vice præſentare ad beneficium, eum,qui non habet omnes qualitates in fundatione appoſitas. *Seraphin. deciſ.871. n.4.ex Felin.in c.cum.acceſſiſſent n.19. verſ. ſecundò reſtringitur de conſtitut. & Bero. in conſ.5. n.38. lib.1.*

4 Præſentatio,quando fieri debet corā Epiſcopo,Sede Epiſcopali vacante,fieri poteſt coram Capitulo.*Barboſ.de pot.Epiſ.p.3. alleg.72.n.149.*

5 Irrita eſt præſentatio alicuius ad beneficium abſolutè facta, ſi præſentatus eo tempore, quo Epiſcopo exhibetur, laicus ſit, *cap.cum adeo,& ibi gloſ.verb. Nec clericus,de reſcript.Garzias de benefic.p.7.cap.1, nu. 25.*

Prima Tonſura, vide Dimiſſoriæ litteræ n.6. Ordo n.4. 8. 18.

1 NOn poteſt Epiſcopus primam Tōſuram conferre infanti;requiritur enim ætas ſaltem ſeptem annorum. Nec illitterato neſcienti legere,nec ſcribere ſaltem lingua vulgarí. Nec homini alterius Diœceſis abſque ſui Prælati licentia. Nec coniugato,cuius vxor, *iuxtà c. coniugatus de conuerſ. coniug.* continentiam non promittit. Contrà facientes per annum ſuſpēduntur ab eius collatione, *c.Nullus Epiſcopus de temp. ordin. in 6. videatur Trident. cap. 4.*

cap. 4. cum ſeq. ſeſſ. 23. de Reform.

2 Epiſcopus,qui inuito, aut reclamanti primam tonſuram conferre præſumpſit, per annum à celebratione Miſſæ ipſo Iure eſt ſuſpenſus, *cap. Epiſcopus, qui inuitum diſt. 74.*

3 Poteſt Epiſcopus primam tonſuram in ſuos ſubditos conferre intra alienam Diœceſim,nullo illius Epiſcopi petito cõſenſu:nam collatio ipſius eſt voluntariȩ iuriſdictionis. *Rebuff.in Prax.p.1.n.12. tit.de Cleric.& à quibus,& quom.cre. Azor.inſtit. mor.p.2.lib.3. c.48.q.5.*

4 Primam Tonſuram,vel minores ordines ab alieno Epiſcopo, vel cum falſis, vel ſine dimiſſorijs, vel extra tempora accipiens,licet peccet, nullam tamen incurrit cenſuram;poteſt tamen ſuſpendi,& puniri in foro exteriori. *Nau.conſ.1.de temp.ordin. n.1.4.& 5.& conſ.8.de Sacram. non iter. n. 2.p.1.lib.1. ed.2.*

Priuilegium, vide Abbas num. 2. 6. Libri num. 6. Punitio num. 1.

1 PAtriarchȩ,Primates,& Epiſcopi,poſſunt abſolutè priuilegia concedere contra Statuta ab ipſis poſita : contra Ius verò commune non niſi in certis caſibus. *Azor. Inſtit. moral. part. 1. lib. 5. cap. 22. q. 3.*

Pri-

2 Priuilegium Epiſcoporum,vt per vniuerſum mundum poſſint prædicare, intelligitur,niſi in alienis Diœceſibus prohibeãtur ab Epiſcopis locorum. *Barboſ.de poteſt. Epiſcop.p.3.alleg.76. n.3.*

3 Priuilegium obtinens à Sede Apoſtolica ad recipiendos ordines à quolibet Epiſcopo, non indiget nouis litteris dimiſſorialibus,ſed teſtimonialibus tantùm proprij Ordinarij de vita, & moribus. *Barboſ. ibid.p.2.alleg.7.n.15.*

4 Priuilegia Epiſcopis conceſſa, v.g. de eligendo confeſſore, de vſu Altaris portatilis, competunt Electis, & Confirmatis, etiã ante conſecrationem. *Suar.de cenſur. diſp.28.ſect.2.n.7.*

5 Priuilegium habentes Regulares non accedendi ad proceſſiones publicas, non tenentur ad eas conuenire, etiamſi ſemel, vel ſæpiùs conueniſſent;quia eſt priuilegiũ facultatis, & poſſunt ire ſi velint, & nullũ Ius queritur Epiſcopo,etiamſi ab eo vocati accederent,quia precario dicerentur cõueniſſe. *Vgolin.de offic. & pot. Epiſc. cap.20. §.2.num.5. part.1. ex Calder. in conſil.8. de Regular.*

6 Clericus,cui reſeruata eſt penſio,tanquam Clerico, non eſt per Epiſcopum admittendus ad priuilegium fori, dum habitum,& tonſuram non defert; ſecus ſi beneficium Eccleſiaſticum habeat. *Gonzal. ad regul.8.Cancellar.§.5.gloſ.5.num.6. Garzias de benefic.1.par.cap.5. num.70. conſule*

Leſſ.

Leſſ.lib.2.de iuſtit.cap.33. dub.5.n.38.

7 Priuilegium alicui Canonico conceſſum, vt percipiat in abſentia fructus ſui beneficij integrè, ac ſi in Eccleſia ſua reſideret, non comprehendit deſtributiones quotidianas. *Moneta de diſtribut. quotidianis par.1.quaſt.6.num.10. & 12.* &, ſi fuerit conceſſum, vt poſſit in abſentia percipere fructus, redditus, prouentus, obuentiones, & emolumenta ſui Canonicatus, atque etiam diſtributiones quotidianas, adhuc non comprehendit mortuaria, ſeu anniuerſaria. *Moneta par.2.q.14.nu.22. vbi ſupra.*

8 Omnibus Eccleſiarum Prælatis interdictum eſt, ne præſumant interpretari priuilegia, & indulta conceſſa Fratribus Ordinis S.Dominici, vel S.Franciſci, ſiuè clara, quæ interpretatione non indigent, ſiue dubia contineant; ſed facultas interpretandi reſeruatur Sedi Apoſtolicæ, cum eius ſit interpretari, cuius eſt condere. *Ex conſtitut.12.Clem.IV. edita anno 1208. incip.Ordinis veſtri, regiſtr. in Bullar. vlt. edit. tom 1. pag. 119.*

Pro-

Probatio, vide Confeſsio num. 10. *Delictum num.* 5. *Teſtis num.* 4. 9. 10.

1 EDicta Epiſcoporum, quæ obligant ad denunciandum, non obligant eos, qui non poſſunt probare, nec quæ fiunt ad reuelandum, obligant vbi non præceſſit fama. *Nau. conſ. 11. de offic. ord. n. 4. p. 1. lib. 1. ed. 2.*

2 Excommunicatione detentus, ſcienter recipiens ordines, præſumitur in contemptum ſuſcepiſſe, & probatio in cõtrarium non debet admitti. *Gloſſ. in cap. cum illorum, verbo contemptum, de ſentent. excommun.*

3 Depoſitio Epiſcopi per ſcripturam non probat ad fauorem illius, qui habet neceſſe producere teſtes in iudicio; teſtes enim debent eſſe præſentes. *Gloſſ. in c. teſtes in verbo ſed præſentes 3. q. 9. & ibi Archidiacon. n. 6. Præpoſit. n. 8. in fine.* Secus ſi quis vult probare actum extraiudicialem factum in ijs, quæ ſpectant ad Epiſcopi officium, quia tunc illius atteſtationi in ſcriptis creditur. *Gloſ. in d. c. teſtes verb. ſcriptutam in fine, & Præpoſ. n. 7.*

4 Epiſcopus, quando ei opponitur exceptio, quod non ſit Epiſcopus, poteſt probare ſe Epiſcopum. Primò, per Bullas, ſeu litteras electionis. Secundò per ordinis col-

collationem ſibi factam. Tertiò per communem opinionem, quod pro Epiſcopo habeatur. Quartò ex diuturnitate temporis, quæ facit præſumi Prælatum canonicè promotum fuiſſe, & alijs modis, de quibus apud *Maſcardum de prob. vol. 2. concl. 622. per totam*.

5 Epiſcopus ſemper poteſt cogere poſſidentem beneficium ad probandum titulum, vbi ius commune reſiſtit poſſidenti. *Maſcard. concl. 1373. num. 25. vol. 3. vbi ſupra.*

Proceſsio, vide Canonicus num. 1. Præcedentia n. 1. 6. Priuilegium num. 5.

1 IN proceſſionibus, & alijs actibus publicis tribuendus Epiſcopo eſt honor conueniens dignitati, locuſque ad ſui electionem. *Trident. ſeſſ. 25. de reform. cap. 6.*

2 Ad eundem Epiſcopum, & eo abſente ad eius Vicarium pertinet cum conſilio Capituli decernere, quò dirigendæ, deducendæque ſint proceſſiones, non obſtante immemorabili conſuetudine in contrarium. *Ex S. Cong. Concil. ad d. cap. 6. nu. 16.*

3 Poteſt Epiſcopus compellere per cẽſuras, & alias pœnas arbitrarias ſuos clericos accedere ad proceſſiones publicas, tàm

tùm beneficiatos, quàm non beneficiatos habentes officium in Eccleſijs. Regulares vltrà medium miliare à Ciuitate non diſtantes, Confraternitateſque laicorum. *Hieronym. à Sorbo Capuc. in annot. ad compend. priuileg. Fratrum Minor. verbo proceſſiones, Genuenſ. in prax. Curiæ Archiep. Neapol. cap. 59. nu. 9. conſule Aloyſ. Ricc. in collectaneis deciſionum p. 4. collect. 882. Gratian. in deciſ. Rotæ Marchiæ 232. & Piaſec. in ſua prax. Epiſc. par. 2. cap. 3. nu. 47.* Clerici verò nullum officium, aut beneficium Eccleſiaſticum obtinentes in Ciuitate, vel Diœceſi ad id non ſunt compellendi, *Barboſ. de pot. Epiſc. alleg. 78. n. 13. p. 3.* Neque Regulares, qui in ſtrictiori clauſura perpetuò viuunt. *Trid. ſeſſ. 25. de regul. c. 13 in fine.*

4 Publicæ proceſſiones, ad quas Epiſcopus compellit, ſunt, quæ fiunt in litanijs maioribus, atque in minoribus, vel pro bono publico, vel imminente peſte, alioque flagello, vel in aduentu Epiſcopi, vel in feſto Corporis Chriſti, & quæ Epiſcopo videbuntur; remittitur enim hoc Epiſcopo, ſicut etiam decernere Eccleſias, quæ adeantur. *Abb. in cap. nimis de exceſſibus prælatorum cum ibi notatis. Vgolin. de offic. & poteſtat. Epiſcop. cap. 20. §. 2. nu. 6. par. 1.*

5 Non eſt per Epiſcopum tolerandum, vt in proceſſione Corporis Chriſti reliquię geſtentur. *Sà in aphor. hoc eodem verb. num. 1.*

6 Proceſſiones ex deuotione populi, & confratrum introductæ, poſſunt ex cauſa ab Epiſcopo prohiberi. *Ita poſt S.Congreg. Rit.in Elboren. 14. Ianuarij 1617. fuiſſe deciſum, refert Barboſ. in ſuis Collect. Bullar. verbo Proceſſio.*

7 Regulares non poſſunt impedire quò minus Epiſcopus per ſuos Canonicos cantari faciat Miſſas in eorum Eccleſijs etiam exemptis, ad quas dirigantur, & terminentur proceſſiones. *Barboſ.ibid. verbo Regularis; deciſ.in firmana 25. Ianuarij 1603.*

Procuratio.

1 PRocurationes, hoc eſt impenſę, quas ſoluere debent Prælato viſitanti ij, qui viſitantur, regulariter non debentur, niſi à viſitatis. *Syluest. verb. hoſpitale n. 16.* Excipiuntur aliqui caſus, in quibus à viſitatis procuratio non debetur. Primò, dum viſitat eos, qui à viſitatione, vel à præſtanda procuratione ſunt exempti. *Marc.Ant. Cucchus inſtit.maior.lib.4.tit.9.n.73. Azor. inſtit.moral.p.2. lib.3. c.42. q.2.* Secundò, dum viſitat Clerum Ciuitatis, vbi ſita eſt cathedra. *Piaſec.in ſua prax.Epiſc.p.2. c.3. n.165.* Tertiò, dum viſitat hoſpitalia, & domos pauperum, vel infirmorum, vel Clericos, ſeu Eccleſias pauperes. *Card.in clem. quia contingit de relig. dom. Syluest. ſupra.* Quartò, dum exit per Villas, & Oppida, vt Sacramentum confirmationis tantùm cōferat

ferat. *Ex S.Cong.Concil.Trid.ad c.3.de refor. ſeſſ.24. vt fertur.*

2 Si viſitati, in quorum electione eſt, præſtare procurationem epiſcopo in victualibus, vel in pecunia, *iuxtà Trid. ſupra*, elegerint vno anno eam præſtare in pecunia, poſſunt annò ſequenti variare, & eam præſtare in victualibus. *Ioan. Andr. in cap. felicis de cenſibus in ſexto, quem refert, & ſequitur Genuenſ. in ſua prax. Archiep. Neapol. cap. 19. n. 7. Fauet Sylu. verbo viſitatio q. 5.*

3 Poteſt pacto ſtatui procurationis modus, puta ne maiorem certo expreſſo numero comitatum viſitans ducat, vel ne plus ſumptuum, quàm inter eos conuentum fuerit in procuratione à viſitatis fiat, modo pactio ſit honeſta pro dignitate viſitantis. *Marc. Anton. Cucch. ſupra nu. 59. & 60.*

4 Procurationis exemptio non præſcribitur de iure communi, *cap. cum ex officij de præſcript.* hodie tamen *ex noua conſtit. Concil. Trident. d. cap. 3.* præſcribitur, nec per viſitantem peti poteſt, vbi illam non dandi viget conſuetudo propter illa verba Concil. ibidem. *In ijs verò locis, ſeu Prouincijs, vbi conſuetudo eſt &c. conſule Piaſec. ſupra.*

5 Procuratio ſoluenda eſt epiſcopo viſitanti beneficium à Cardinale poſſeſſum; quia eſt onus reale ſuper beneficio, non perſonale ſuper perſona Cardinalis. *Sacra*

Congreg.Concil.in Neritonen.13. Sept.1631. teſte Barboſ. in ſuis Collect. Bullar. verbo Procuratio in fine.

Profeſſio fidei, vide Fidei profeſsio.

Profeſsio, vide Metus num.5.

1 PRofeſſio, facta ante decimumſextũ annum expletum, & ante annum probationis poſt ſuſceptum habitum, non tenet, debetque nulla ab Ordinario declarari. *Trident. ſeſſ.25. de regular. cap.15. & ibi Sacra Congregat. verbo profeſſio antea facta.*

2 Profeſſio valida eſt, non expleto probationis anno. Primò, quando ſponſus, aut ſponſa de præſenti tranſit ad religionẽ, matrimonio nondum conſumato. Secundò, cum profeſſus in religione non mendicanti tranſit ad aliam non mendicantem. Tertiò, cum Moniales Ordin. Prædicatorum habentes ſexdecim annos ſunt in mortis articulo conſtitutæ. *Sanchez in præcept. decal. to.2. lib.5. cap.4. nu.11.12.16. vbi fuſiùs.*

3 Nulla renunciatio, aut obligatio facta ante profeſſionem valet, ſine licentia Epiſcopi, aut eius Vicarij, idque ante duos menſes ante profeſſionem; ante quã nullum

lum ſortitur effectum. *Trid. ſupra cap. 16.* vbi non prohibetur teſtamentum, ſed donatio inter viuos, nec diſpoſitiones de bonis ſuis ante ſuſceptum habitum, modò non fiant intuitu Religionis, *iuxtà Ludou. Molin. de iuſt. diſp. 139. verſ. antequam vlterius, Leon. Leſſ. lib. 2. de iuſt. c. 41. dub. 4. n. 40. verſ. ſecundò & ſi, & nonnullos alios recentiores*. Probabilior tamen eſt opinio tenentium, eiuſmodi diſpoſitiones de bonis proprijs, ante ſuſceptum habitum valere etiam ſi fiant intuitu religionis. *Hanc ſuſtinent Sanchez vbi ſupra lib. 7. cap. 5. nu. 4. quam optimis rationibus, & multorum auctoritatibus, & ſignanter S. Cong. Concil. ad d. c. 16. optimè probat.*

4 Regularis prætendens profeſſionem nullam, debet cauſas proponere coram Superiore regulari, & Ordinario, cum alijs requiſitis *à Trident. ſupra cap. 19.* quæ requiſita ſunt eſſentialia, &, ſi vnum deficit, actus eſt nullus. *Io. Aloyſ. Ricc. in prax. aur. reſol. 20.*

5 Epiſcopus poteſt admittere ad profeſſionem in Monaſterio ſibi ſubiecto, vel vbi admitteret nomine alicuius valentis incorporare approbatæ religioni. *Syluest. religio 3. q. 14. ad fin Nauar. conſ. 40. de regul. n. 2. p. 1. lib. 3. ed. 2. vide ſup. verb. Abbatiſſa n. 4.*

6 Profeſſus Religionem in communi, etiam emiſſis tribus votis in manu Epiſcopi, non eſt verè profeſſus, ſed ſunt illa

vota ſimplicia. *Syluest. vbi ſupra circa medium.*

7 In dubio de profeſſione Monialis, aut de donatione valida, debet illa examinari ab Epiſcopo extra clauſtra, *Sà in aphoriſm. verbo religio nu. 24. ex Sacra Congreg. Concil.*

8 Explorare voluntatem Monialis, antequam faciat profeſſionem, cuiuſcunque Monaſterij illa ſit, pertinet ad Epiſcopum, & Præfecta Monaſterij vno menſe ante de huiuſmodi profeſſione facienda ſignificare debet Epiſcopo. *Trid. ſeſſ. 25. de regul. c. 17. & declaratum fuiſſe à S. Congregatione in vna Burgen. refert Paulus Piaſecius in ſua prax. Epiſcop. p. 2. cap. 3. n. 55. verſ. explorare quoque.*

Promotio, vide Corpore vitiatus,

Punitio, vide Correptio nu. 8. *Delictum num.* 1. 2. 3. *Iniuria num.* 1.

1 EPiſcopus, qui ex priuilegio poteſt punire ſubditos alienos, non debet procedere contra Clericos alienos reos criminum etiam atrocium, niſi ex proprij Clericorũ Epiſcopi, aut perſonæ ab eo deputandæ interuentu. *Trid. ſeſſ. 14. de ref. c. 8.*

Epi-

2 Epiſcopus puniens, debet aſſimilari patri carnali, qui filium flagellat, & tamen ei omnia bona ſua ſeruat, & eum hæredẽ habere deſiderat. *Greg. epiſt. 16. lib. 2. ad Abbatem Montis Sinai.*

3 Epiſcopus propria manu neminem punire percutiendo debet, *can. non liceat 86. diſt.*

4 Poteſt Epiſcopus pecunialiter punire, ſi delinquens non poteſt excommunicari, vt ſi Iudæus ſit &c. *Eſt caſus in cap. poſtulaſti, de Iudæis, & Saracenis.*

5 Qui poſt] delictum cõmiſſum, aſſumpſit Clericatum, fraude tamen, & dolo, vt Iudicis forum declinet, adhuc manet ſub iuriſdictione Iudicis ſecularis; non poterit tamen per eum pœna corporali puniri, ſed tantùm in confiſcatione bonorum, ac pœna pecuniaria. *Couar. pract. quæſt. c. 32. n. 4. verſ. tertia concluſio, Iul. Clar. in pract. crim. §. fin. q. 36. verſ. ſæpe numero contingit, vbi de communi teſtatur.*

6 Epiſcopus poteſt punire Clericum ratione beneficij ſibi ſubditum pro delicto alibi commiſſo, ac ſi eſſet ſibi ſubditus ratione domicilij. *Diaz. in pract. crim. can. c. 10. n. 3. vbi Salzedo, verb. puniri poteſt*, declarat id procedere, quando non petitur remiſſio à Iudice loci, vbi delictum fuit cõmiſſum, *ex Butrio n. 10. & Felin. n. 9. in c. fin. de foro compet. & alijs per eum ibi citatis.*

Quarta Epiſcopalis. Vide canonica portio.

1 QVarta mortuariorũ, quæ eſt quotà pars eorum, quæ legantur Eccleſijs, debetur Epiſcopis, *c. requiſiti de teſtã.* At de legatis ad pias cauſas eiuſmodi quarta deduci non poteſt, *c. vlt. de teſtam.* vt ſi relinquatur legatum pro alendis pauperibus, pro monacandis, vel maritandis puellis, pro reſtauranda, vel ornanda Eccleſia, *cap. 2. de ſepultur. iuncta gloſ. verbo decreuerit, & in terminis habetur deciſio Rotæ Romanæ in vna Siracuſana, quam per extenſum refert Quaranta in Sum. Bullar. hoc eodem verbo.*

Quæſtores, vide Eleemoſyna num. 1. 9.

1 PRaui eleemoſynarum quæſtores, *de quibus Trid. c. 2. ſeſſ. 5. & ſeſſ. 21. c. 9. de Refor.* poſſunt per Epiſcopum incarcerari, & acriter puniri, quia delinquunt in religionem Eccleſiaſticam. *Genuen. in prax. Archiep. Neapol. cap. 59. nu. 13. & ſeq. ed. 1.*

2 Idem dicendum eſt de Quæſtoribus eleemoſynarum S. Antonij, ſiue ſancti Sepulcri, ſiue aliorum Hoſpitalium: ſi enim atten-

attentauerint aliquid contra eorum au-ctoritatem, poſſunt puniri per Epiſcopum loci, non obſtante quocunque priuilegio. *Abb. in cap. cum ex eo de pœnit. & remiſſ. n.2. & 3.*

3 Quæſtores, qui ſine indulgentiarum publicatione petunt pro loco pio, quiuè eleemoſynas collectas in pios vſus erogant, non debent admitti, niſi iuxta formam *dict. cap. cum ex eo* veras litteras Apoſtolicas, vel Diœceſanorum oſtendant, & niſi iuxta formam *Clem. abuſionibus de Pœnit. & remiſſ.* per Epiſcopum examinentur. *Vide Fuſcum lib.1. de viſit. c.30. n.36.*

4 Archiepiſcopus poteſt mittere quæſtores Eleemoſynarum per totam prouinciam pro fabrica Eccleſiæ Metropolitanæ; quibus ſi à ſubditis ſuffraganeorum reſiſtitur, non poterit Archiepiſcopus contra eos procedere, ſed contra ſuffraganeos quatenus culpabiles, *cap.1. de pœnit. & remiſſ. in 6. fuſiùs Quaranta in Sum. Bullar. verbo Archiepiſcopi auctoritas n. 26.*

Ratiocinium.

1 ADminiſtratores cuiuſuis fabricæ, Confraternitatis, & quorumcumque piorum locorum, ſingulis annis debent reddere rationem Ordinario; & ſi in fundatione eſt cautum, vt alijs ratio ſit reddenda, cum ijs adhibendus eſt etiam

Ordinarius; aliter liberationes adminiſtratoribus non ſuffragantur. *Trid. c. 9. ſeſſ. 22. de refor.*

2 Poteſt Epiſcopus pluries in anno exigere ab adminiſtratoribus piorum locorum rationes, quando redditio non fuit finalis, vel dolose, ſeu erroneè factam fuiſſe ei conſtiterit. *Aloyſ. Ricc. in collect. deciſ. p. 3. collect. 714.*

3 Electi ſede vacante à Capitulo pro negotijs, ac prouentibus Eccleſiæ, tenentur Epiſcopo ad eandem Eccleſiam vacãtem promoto rationem reddere adminiſtrationis, & cuiuſcunque eorum muneris. De ſcripturis verò eiuſdem Eccleſiæ ad capitulum ſpectat rationem reddere. *Trid. c. 16. ſeſſ. 24. de refor.*

4 Obligatus ad ratiocinia Reipublicæ ex adminiſtratione, quam geſſit, non poteſt ante redditam rationem ab Epiſcopo ordinari. *Sylu. verb. ratiocinium. q. 1.*

Reconciliatio.

1 Eccleſia conſecrata reconciliari debet à proprio Epiſcopo, vel ab alio Antiſtite ex eius conſenſu, *c. aqua de conſecr. Eccleſia.* Poteſt etiam per ſimplicem Sacerdotem reconciliari, mandato tamen Romani Pontificis, non Epiſcopi, & aſperſione aquæ per Epiſcopum ſacratæ cũ ſale, vino, & cinere. *Syl. verb. conſecrat. 2. q. 8. Azor. inſt. mor. p. 2. lib. 9. c. 1. q. 5.* Si vero non

ſue-

fuerit conſecrata, reconciliari poteſt per ſimplicem Sacerdotem, & aſperſione aquæ benedictæ à ſimplici presbytero, *gloſ.in cap.fin.verb.lauetur.d.tit.de conſecr. Eccleſia.*

3 Eccleſia polluta reconciliatione indiget. Primò iniurioſa ſanguinis effuſione, *cap. propoſuiſti de conſecrat. Eccleſ.* Item polluitur nulla ſanguinis effuſione, vt ſi Iudex furem in eccleſia ſuſpendat, vel ſiquis furem ſuffocat, *gloſ.in c.1.de conſecr. Eccleſ. in 6.verbo ſanguinis. Io.Paul.Lancell.inſtit. canon.lib.2.titulo de conſtruen.& repar. Eccleſ.§. ſed ſi Eccleſia, in gloſ.in verb. ſanguinis*, vbi idem tenent, ſi Martyr in eccleſia occidatur, quamuis nõ ſit lauandus locus, in quo effuſus eſt ſanguis. Secundò pollutione humani ſeminis voluntaria, viri, vel fœminæ, ſiuè fiat ſecundùm naturam, ſiuè contra, ſiue illicito concubitu, ſiue licito, qualis eſt copula coniugalis. *Nau. cap.27. Summ. n. 257.* Tertiò ſi in ea ſepeliatur excommunicatus denuntiatus, *c. conſuluiſti. d.tit. de conſecr. Eccleſ.* Quartò ſi in ea ſepeliatur infidelis; & tunc non ſolùm eſt reconcilianda eccleſia, ſed etiam eius parietes ſunt abradendi, ſeu dealbandi, *can. Eccleſiam 2.& ibi gloſ.verb. Et raſis de conſecr. diſt. 1.* Quintò quando eccleſia conſecratur, vel benedicitur per epiſcopum publicè excommunicatum, vt habetur *d.cap.conſuluiſti.* Sextò quando omnes parietes, vel maior pars eorum ſimul deijciũtur,

tur, quod rarò fit. *Nau. nu. 258. loc. cit.* Ad hæc omnia vltrà *Nauar. videntur Syl. q. 5. Azor. q. 1. per totam; vbi ſupra; Tolet. lib. 5. Sum. c. 8. n. 7. & 8.*

3 Eccleſia non dicitur polluta, & per conſequens non indiget reconciliatione, ſi ſupra eam in tecto, vel ſubter eam in ſpecu fiat etiam in magna quantitate iniurioſa ſanguinis effuſio. Nec ſi ob iuſtam defenſionem, vel ioco, & ludo licito, licitè facto, vel per furioſum, ſeu puerum iudicio carentem intra eccleſiam effuſio fiat: nec ſi vulnus extra fuit datũ, & intus effunditur ſanguis; ſed ſi è contra, ſic; nec ſi ab eccleſia mittatur ſagitta, & feriat extra eam, ſed contra, ſufficit. *Nau. ſup. n. 256.* Neque per copulam coniugalem, ſi fiat propter bonum animæ ad euitandam illicitam corruptelam in ſe, vel ſocio, nec alibi fieri poteſt. *Syl. verb. Debitum coniugale. q. 3. Azor. ſup. illa q. 1. verſ. Dubia quæſtionis.* Neque ſi pollutio non fuerit publica, & notoria apud multos. *Toled. ſup. d. nu. 8.*

4 Caſus eccleſiæ pollutæ non habent locum in oratorijs, ſed in locis ſacris, templiſuè conſecratis, aut benedictis. Iura enim loquuntur de templis benedictis, aut conſecratis tantùm, & de cœmeterijs, *cap. Eccleſiam, c. conſuluiſti, c. ſi Eccleſia de conſecrat. Eccleſ. vel Altar. idem docet Suarez to. 3. diſt. 81. ſect. 4. col. 8.*

5 Qui celebrat in Eccleſia publicè polluta,

luta, antequam reconcilietur, peccat mortaliter, non tamen debet is per Epiſcopum reputari irregularis; nam violatio Eccleſiæ non eſt propriè cenſura. *Nauar. cap. 25. ſummæ num. 83. Henriq. & alij apud Auilam de cenſuris par. 5. diſp. 7. dub. 3.* At, ſi Eccleſia eſt conſecrata, poteſt Epiſcopus, ſeù eius Vicarius ex cauſa diſpenſare, vt in ea celebretur. *D. Thom. 3. p. q. 83. art. 3. ad 2.* v. g. ſi Epiſcopus abeſt, & non poteſt aduenire ad illam reconciliandam, *Auila ſupra concluſ. 2. & alij, quos refert, & ſequitur Sayr. de cenſuris lib. 5. cap. 16. nu. 29.*

6 Regulares Prælati poſſunt reconciliare Eccleſias quacunque ex cauſa pollutas aqua per ipſos benedicta, ſi Epiſcopus, qui illam benedicat, diſtet vltra duas dietas. *Ex conceſſione Leon. X. de qua in compend. priuil. Mendicant. verbo benedicere num. 14.* continet autem quælibet dieta viginti milliaria, ſeù circiter ſeptem leucas. *Gloſſ. verbo vltra duas dietas in cap. nonnulli de reſcriptis, vide Sayr. ſup. nu. 31. vbi de his fuſiùs.*

Regu-

Regularis, vide Delegatus Apoſtolicus nu.2.4.23. Exemptus nu.5. Monaſterium nu.2.3. Prædicatio n.1.2. Teſtamentum n. 8.10. Viſitatio nu. 4.

1 Epiſcopus contrà Regulares' exemptos iuriſdictionem prætendere poteſt in illis, quæ in ipſorum priuilegijs non ſunt expreſſa, *c.porrò de priuil.gloſſ.in c. ſanè de exceſſ. prælat.*

2 Regulares non poſſunt hodie ab Epiſcopis ordinari, etiam in ſuis domibus, ſine licentia Diœceſanorum, in quorum diſtrictu eorum Monaſteria ſunt ſita, *ex conſt.9. Gregor. XIII. incip. In tanta rerum &c. regiſtrata in Bullar.vlt.edit. tom.2. pag.370.* qua reuocantur omnia priuilegia circa hæc Regularibus conceſſa à Pio V. in 41. ſua conſtitutione, quæ incipit: *Et ſi Mendicantium, regiſtrata in eodem tom.2. Bull. vltim.edit.pag.228. Idem ex Trident.ſeſſ.6. de reformat. c.3.probat Miranda in manual. prælat.tom.1.q.38.ar.3.* Inſuper neque poſſunt Regulares ab Epiſcopis abſolui, ſeu diſpenſari ſine licentia ſuorum Superiorum: *Sanchez in decalog.to.1.lib.4.cap.49. nu. 32.*

3 Regulares, Epiſcopi approbatione non indigent, cum eorundem Regularium confeſſiones audiunt. *Barboſ. de poteſt.*

Epi-

Epiſcop.part.2.allegat.25. num.45.

4 Epiſcopi, ſi idoneos Regulares ex odio Ordinis Mendicantis ſine cauſa ad examẽ nolunt admittere, cum eis à Prælato ſuo legitimè præſentantur ad confeſſiones ſecularium audiendas, poteſt idem Prælatus eo ipſo eos ad tale munus exponere. *Clement. dudum de ſepulturis, Fagundez in quinque præceptis Eccleſiæ præcept. 2. lib. 7. cap. 2. num* 15. *vbi num. 16.* hoc idem ampliat, ſi ex eodem odio limitatè ad annum, ad homines ſolùm, non ad fœminas, ad hunc locum, non ad alium eoſdem Religioſos probos, & doctos approbent.

5 Parochus regularis delinquens extra pertinentia ad Parochiam, non ab Epiſcopo, ſed à ſuis Superioribus puniri debet. *Aloyſ. Ricc. in prax. for. Eccleſ. reſol. 513. vide Sà in aphor. verb. Religio n. 32. & conſt. 18. Gregor. XV. §. 2. quæ habetur in Bul. vlt. ed. pag. 98. p. 4.*

6 Regulares exemptos, qui habent priuilegium, ne poſſint excommunicari, poteſt Epiſcopus declarare excommunicatos à Iure, vel Apoſtolicis conſtitutionibus. *Clem. 1. de priuil.* declaratio enim nihil noui inducit. Videatur *Nau. conſ. 2. de ſentent. excomm. n. 2. par. 2. lib. 5. ed. 2. vbi aliter ſentire videtur.*

7 Regulares exempti quoad ea, quæ vigore Concil. Trid. ſubduntur Ordinarijs, vel ab illis vigore d. Concil. Trid. poſſunt compelli, poſſunt & excommunicari.

Genuen.

Genuen. in Prax. Archiepiſcop. Neapol. c. 59. n. 9. ed. 1.

8 Regularis manens extra Clauſtrum, ſi deliquerit, ab Ordinario loci puniri, & corrigi poteſt, *Trid. ſeſſ. 6. de refor. c. 3.* idque etiam ſi in ſtudijs moretur, ſeù alias de ſuperioris licentia in Ciuitate extrà monaſterium ſui ordinis habitet *Trident. ſeſſ. 25. de Regul. cap. 4. in fine, fauet Genuen. n. 2. vbi ſupra.*

9 Regularis intra clauſtra degens, licet aliàs Epiſcopo non ſit ſubiectus, ſi tamen, extrà clauſtra ità notoriè deliquerit, vt populo ſcandalo ſit, poteſt ab Epiſcopo puniri, ſi ad requiſitionem ipſius Epiſcopi à ſuo Superiore infra tempus ab eodem Epiſcopo præfixum non fuerit punitus. *Trident. d. ſeſſ. 25. cap. 14. Videatur ad hac Conſtit. 39. Clement. VIII. incip. ſuſcepti muneris, reg. in bullar. vlt. ed. tom. 3. pag. 53. vbi multa ponuntur pro executione dict. cap. 14.*

10 Epiſcopi virtute d. Conc. Trid. mandant Regularibus, vt cenſuræ, & interdicta non ſolùm à Sede Apoſtolica, ſed etiam ab Ordinarijs promulgata, in eorum Eccleſijs publicentur, atque ſeruentur. Quod dies feſti, quos in ſua Diœceſi ſeruandos præcipiunt, ſeruent etiam ipſi Regulares. *Trid. d. ſeſſ. 25. de Regular. cap. 12.* & quod vocati ad proceſſiones, accedant. *Trident. ibid. cap. 13.*

11 Regularis profeſſus, iuridicè per ſen-

ten-

tentiam diffinitiuam eiectus, tenetur ſe præſentare Epiſcopo loci, & ſub eius obedientia viuere, ac ſeruare tria vota eſſentialia ſuæ Religionis,& ab eodem impetrare victum, ſeu facultatem viuendi de ijs, quæ ſuo labore honeſtè lucratur. De eo verò,quod ad honeſtũ victum illi ſupereſt, idem Epiſcopus diſponit. *Nau.in comment. 2. de Regular. ſuper cap. non dicatis 12. q.1. num.35.& in conſ.79.de regul.n.1.& 4.p.1. lib. 3. ed.2.*

Religio Religioſus, vide Coniugatus n.1.2.Dignitas n.10.Ordo n.3. Profeſſio n.1.2.6. Votum nu. 7. 9. 11. 14.

1 EPiſcopus ſine Papæ licentia Religionem intrare non poteſt, *c.licet de regul.*

2 Religioſum, clericum ſecularem verberãtem,abſoluit Epiſcopus in ijs caſibus, in quibus clericum abſolueret,ſi alium clericum verberaſſet,puta ſi leuiter verberaſſet,ſi æger, ſi habet inimicitias capitales,ſi in mortis articulo conſtitutus &c. *c.religioſo, & ibi gloſ. verbo eo caſu de ſent. excommun.in 6.*

3 Religioſi,qui non ad curam animarũ, ſed ad aſſiſtendum choro, diuiniſque officijs ſunt deſtinati,tuta poſſunt conſcientia ab Epiſcopis ordinari, ſi benè cantare, & lege-

legere ſciunt,eſto quod in lingua lati na aliquatenus deficiant. *Barboſ.de pot.Epiſc.p.2. alleg. 46. n.14.*

4 Profeſſus in communi Religionem, emiſſis tribus votis in manu Epiſcopi, non intrans Monaſterium, ſed ſtans in domo ſua ſub obedientia Epiſcopi, non eſt verè profeſſus,ſed ſunt illa vota ſimplicia. *Sylu. verb. religio 3. q.14.*

5 Religioſus,ſi fiat Epiſcopus, debet ſui ordinis habitum geſtare,attento iure communi,*c.penult.de vita,& hon.Cleric.in fine, & ibi Abb.Nau.conſ.74.de Regul.n.2.par.1. lib.3.ed.2.* At hodie attenta conſuetudine ſatis eſt, vt in veſtibus Epiſcopalibus conformet ſe alijs Epiſcopis retento colore habitus ſuæ Religionis. Et, ſi prætextu Epiſcopalis dignitatis,aſſumit albam illam & candidam veſtem,quæ ab Epiſcopo exteriùs defertur,licet malè faciat,non tamē per hoc incurrit excommunicationem latam contrà Religioſos dimittentes habitum ſuæ Religionis, ex magis communi, quam refert,& ſequitur *Azor.inſtit.moral. p.1.lib.12.q.4.verſ. verum de habitu,*& alij de quibus apud *Ant.Sanctarellum in tract. de Hæreſi tit.de Apoſtaſia cap.1.n.15.*

6 Si Religioſus per ſententiam iuſtam eiectus alicui Eccleſiæ ſeruiat, bona ab ipſo acquiſita ad eandem ſpectare debent; ſi autem nulli Eccleſiæ ſeruiat, ſiuè beneficiatus non ſit, tunc bona eius à Papa, vel Epiſcopo, tanquam vacātia ſint,poſt mor-

tem

tem ipſius Religioſi eiecti vindicari poſsút. *Azor. inſt. mor. p. 1. lib. 2. c. 16. q. 9. conſule Abb. in cap. vnic. de inf. expoſ.*

7 In voto Religionis diſpenſandi cauſam dant, leuitas vouendi; perturbatio animi; grauis ætas; periculum cum dedecore retrocedendi; & auerſio à religione; credulitas extrà illam melius proficiendi. *Nau. conſil. 4. de voto num. 3. & 4. par. 1. lib. 3. edit. 2.*

8 Quando in Epiſcopo eſt facultas abſoluendi in aliquo caſu, & non eſt in prælato Monaſterij exempti, tunc ſaltem de conſenſu prælati abſoluere poteſt Epiſcopus religioſum exemptum ſuæ diœceſis. *Sylueſt. verbo abſolutio 5. num. 2. & 3. Sanchez in decal. tom. 1. lib. 4. cap. 39. nu. 3. & ſeq.*

Reliquia, vide Sepultura num. 8.

1 RElíquiarum nomine in propoſito intelliguntur Sanctorum corpora, & quælibet corporum particulæ, ſiuè oſſium, ſiuè carnium; capilli, vngues, dentes, cineres, aut puluere, in quæ conuerſa ſunt, & alia, quibus ipſi vſi ſunt, dum viuerent: ea itidem vela, panni, & cetera, quæ ad eorum oſſa, aut corpora admouentur. *Azor. p. 1. inſt mor. lib. 9. cap. 8. q. 1. Sanchez in decal. tom. 1. lib. 2. cap. 43. num. 2.*

Bonacin.

Bonacin.to.2.de legibus diſp.3. q.1. punct.4. nu. 1. Secus de vermibus, qui ex ipſis corporibus Sanctorum fiunt. *Suar. tom.1. in 3.par.diſp.55.ſect.1.in fine,Sanchez loc.cit. ex Vaſquez de adorat.Imag.lib.3.diſp.3.c.8. n.124. fauet.Bonac.vbi ſup.*

2 Reliquia, ſi eſt inſignis,hoc eſt caput, corpus,brachium,crus, aut illa pars,in qua paſſus eſt Martyr,modò ſit integra, & non parua, & legitimè per Epiſcopum approbata, fieri poteſt officium duplex de Sancto,cuius eſt Reliquia.*Gauantes in manual. Epiſc.verb.Reliquia n.45.ex Cong.Rituum 8. April.1628.*

3 Qui Reliquias ex Cœmeterijs, Criptis, & Catacumbis, intrà, vel extrà Vrbẽ exiſtentibus,extrahere,etiam in modica quantitate præſumpſerit, vel ad id auxiliũ, vel fauorem præbuerit,grauiter Superioris arbitrio punitur, & excommunicationis latæ ſententię pœnam ipſo facto incurrit, cuius abſolutio Summo Pontifici reſeruatur. *Ex edicto ab Eminentiſs. Card. Millino de mandato Pauli V.edito die 24. Aug.1613. de quo plura apud Bonac.de cenſur. in particulari diſp. 2.q.3. punct. 13. §. incidens tom. 3.*

4 Epiſcopus procedere non poteſt cõtrà eos, qui Reliquias collo ſuſpenſas deferunt, ſi honorificè, & piè, ac religioſè deferantur, nullaque vana circumſtantia addatur. Nec committunt nouum peccatum neceſſariò in confeſſione fatend ũ, dum

dum eas deferendo peccant, modò peccatum non ſit directè contrà cultum eis debitum, quale eſſet, turpiter, & obſcenè eas pertractare. *Sylu. verbo Reliquia q.4. Azor.d.c.8.q.6.Sanchez c.40.nn.27. & 28. vbi ſup. & alij.*

5 Si Reliquię Sanctorum ſint perpetuę ſepulturæ traditæ, non poſſunt transferri abſque auctoritate Papæ, vel Epiſcopi, vel ſanctæ Synodi, niſi neceſſitas immineat, vt incendij &c. quia tunc ſatis eſt auctoritas præſidis prouinciæ, *cap. corpora de conſecrat. diſt. 1.* ſecus ſi non ſint traditæ perpetuæ ſepulturæ. *Gloſ. d. cap. corpora verbo Principis, Angel. verbo reliquia nu.1. & ibi Sylu. q. 3.*

6 Non poteſt Epiſcopus abſque licentia Summi Pontificis reliquias ſuæ Eccleſiæ alijs concedere, vel donare; computantur enim inter mobilia pretioſa Eccleſiæ, quæ alienare non poteſt, *per extrauag. ambitioſè de reb. Eccleſ. non alien. Gennenſ. in Prax. Archiep. Neapic. 71. p. 4. ed. 1.*

7 Vnicuique Epiſcopo in ſua Diœceſi competit, adhibitis in conſilium theologis & alijs pijs viris, approbare, ac examinare Reliquias, an ſint Sancti canonizati, vt publicè venerentur, *Trid. ſeſſ. 25. in princ. in decreto de innoc. & vener. & reliquij s Sanctorum*, at ipſorum ſententia audita, ſolius Epiſcopi eſt deciſio. *Sanchez infrà nu. 15.* Hanc approbationem, etiam extrà propriam Diœceſim abſque facultate Epi-

ſcopi

ſcopi illius Diœceſi, in qua eſt, facere poteſt. *Fagundez in quinque Prae. Eccleſ. prae. 1. lib. 1. c. 4 nu. 7. & 8. Sanchez tom. 1. decal. lib. 2. c. 43. n. 14.*

8 Quando reliquiæ ſunt legitimè approbatæ cum Bulla Apoſtolica, aut etiam cum teſtimonio Epiſcopi Diœceſis, à qua in aliam translatæ ſunt, non eſt Epiſcopi diœceſis, ad quam transferūtur, earum veritatem examinare, ſed ſufficit vt examinet antequam reliquiæ publicè exponantur, an ſint illæ, quæ in litteris Apoſtolicis, aut teſtimonio Epiſcopi legitimè fuerunt approbatæ. *Sanchez ſup. n. 18.*

9 Si extet dubium, an Reliquiæ de nouo inuentæ ſint alicuius Sancti canonizati, aut beatificati, vel ſi reliquiæ Sancti canonizati permixtæ ſint cum alijs ſanctorū non canonizatorum, non poteſt Epiſcopus eas tunc venerandas proponere, ſed cuſtodiendas ſeparatim in loco decenti. *Sanchez d. c. 43. n. 12. & 29. Fagundez ſup. n. 10. & 12.* Priuatim verò poteſt quilibet venerari Sanctum nondum canonizatum, & eius Reliquias colere. *Azor. p. 1. inſt. mor. lib. 9. q. 8. Sanchez ſup. n. 4. cum ſeqq.*

10 Reliquiæ ad ornatum crucis in cruce collocatæ poſſunt poni vnà cum cruce ſuper altare, etiam ſi ab Epiſcopo non fuerint approbatæ; non enim tunc exponuntur propter ſe, & vt adorentur, ſed ſolùm ad crucis ornatum. *Sanchez ſup. n. 17.*

11 Non eſt per Epiſcopum permittendum

dum, reliquias antiquas extrà capſam oſtédi, vt ſunt oſſa nuda, quia multorum deuotio tepeſceret, *c. final. de reliq. & vener. ſanct. & ibi Abb. in princ.* At haberi debent ea veneratione, qua hactenus habitæ ſunt. *Ita fuiſſe deciſum teſtatur Barboſ. de poteſt. Epiſc. p. 3. alleg. 97. nu. 12.*

12 Venditio reliquiarum apertiſſima ſimonia eſt, quia ſacræ; ideo prohibita. At ad extrahendum illas de manu infidelium non eſt illicitum dare pretium; quia tunc non ſacrum, quod eſt in reliquijs, emitur, ſed vexatio redimitur, qua fideles vexant retinendo iniuſtè reliquias illas. *Sanchez ſup. n. 22.*

Renunciatio.

1 EPiſcopo, qui propter ſenectutem vult Epiſcopatui renunciare, non datur renunciandi facultas per Pontificē, ſi neceſſarius, & vtilis ſit Eccleſiæ ſuæ, & adhuc eſt corporis, & animi viribus ſatis viuidus, *cap. 1. de renunciat. Nauar. conſ. 1. nu. 1. eodem titulo lib. 1. par. 1. ed. 2. conſule D. Greg. in paſtorali p. 1. c. 5. & lib. 6. epiſt. 5. ad Cyriacum Patriarcham Conſtantinopolitanum.*

2 Epiſcopus poteſt Epiſcopatui renunciare, ſi hæ cauſæ concurrant, videlicet, conſcientia criminis, debilitas corporis, defectus ſcientiæ, malitia plebis, graue ſcandalum, & irregularitas, *cap. niſi cum pri-*

pridem de renunciatione, Fuſcus de viſitatione lib. 2. cap. 28. à num. 1. vbi hæc examinat.

3 Epiſcopatus renunciatio dupliciter poteſt fieri, vel renunciando loco, vt cum renunciatur cura retenta dignitate, & ea, quæ ſunt ordinis Epiſcopalis; vel renunciando loco, & dignitati, amittendo dignitatem, & illius denominationem: quo caſu Epiſcopus non poteſt exercere pontificalia, etiam ſi conſentiant Ordinarij locorum. *Maiol. de irregularitate lib. 4. c. 20.* quæ quidem renunciatio regulariter fit ob crimen. *Abb. in cap. 1. de ordinatis ab Epiſc. qui renunc. Epiſcopatui, Fuſcus ſupra nu. 10.*

4 Non eſt iuſta cauſa renunciandi Epiſcopatui, ſi Epiſcopus velit ingredi Religionem approbatam cauſa mutandi ſtatum, & vitam, *can. ſuggeſtum 7. q. 1.* neque ratione otij, & quietis, ſeu propter labores, qui ſuſtinentur in cura paſtorali. *Nau. conſ. 2. vbi ſupra, Flamin. de reſig. lib. 5. q. 3. à num. 216.*

5 Offendens Epiſcopum conſecratum, qui renunciauit Epiſcopatui, excommunicationem Bullæ Cœnę contrahit, etiam ſi Epiſcopus loco, & dignitati, ſeu ordini renunciauerit: nam eiuſmodi renunciatione non dicitur renunciaſſe quoad poteſtatem, & habitū, ſed ſolùm quoad executionem, & exercitiū. *Leon. Duard. in comment. ad Bull. Cœn. Dom. lib. 2. can. 1. q. 8. n. 5. et 6.*

Epiſco-

6 Epiſcopus electus, & confirmatus, etiam ſi nondum conſecratus, non poteſt renunciare Epiſcopatui ſine Papæ licentia. *Valer.Regin.in prax.for.pœnit.lib.30.tract.3. num. 331.*

7 Renunciatio Epiſcopatus in manibus Capituli,(etiam ſi ad ipſum ſpectet ius eligendi) ſine licentia Papæ non valet. *Nau. conſ.2.n.1. vbi ſupra.*

8 Epiſcopus regularis, qui renunciato de licentia Papæ Epiſcopatu non vult ad priorem religionem redire, non poteſt ad laxiorem tranſire. *Bonac. de clauſura q.2. punct.9. §.2.propoſ.2. n.8.to.2.*

9 Si Parochus tẽpore peſtis ob periculum, in quo ſe videt, voluerit renunciare beneficium, quod habet in manu Epiſcopi ſui, non debet admitti renunciatio. Imò nec ei licitum eſt hoc tempore abeſſe per duos illos menſes,aut tres,qui à *Conc.Trid. ſeſſ.23. de reform. cap. 1.* conceduntur per ſingulos annos. *Eman. Rodriq. in ſumma caſ.conſc. par.2. cap.37.num. 3. & 5. èdit. vlt.*

Reſcriptum.

1 Reſcriptum delegatorium ab excõmunicato à Papa impetratum ad aliquem Iudicem, qui cognoſcat ſuper articulo excommunicationis ex eo quod loci Ordinarium, qui eiuſmodi excommunicationis ſententiam contra eum tulerat

 habe-

habebat aliqua ratione ſuſpectum, validũ eſt. At ſuper alio articulo, quam excommunicationis ab eo impetratum, eſt ipſo iure nullum, *c.1 de reſcrip.in 6.*

2 Reſcripti interpretatio reducenda eſt ad iuris terminos, in quantum fieri poteſt; & propterea reſcriptum, ſi remoueat appellationem, vel exceptionem, intelligitur de iniuſta appellatione, & exceptione, non de valida, &, ſi conferat nõ obſtante collatione alteri facta, non cenſetur tollere validã collationem. *Marc. Ant. Cucchus. inſt. maior. lib. 1. de reſcript. tit. 4. n. 54. 55. & 56. vbi pluribus.*

3 Licet reſcriptum debeat in dubio accommodari iuri communi; ſecus tamẽ vbi apertè conſtat de contraria voluntate Papæ illud concedentis. Item licet reſcripta debeant interpretari ſtrictè, vt reducantur ad ius commune, fallit tamen vbi ſunt expreſsè contra ius commune; quia tunc latiſſimè interpretantur, quantùm patitur proprietas verborum, & mens mandantis. *Syl. verb. reſcriptum circa finem.*

4 Reſcripta gratiæ ad beneficia ſubreptitia ſunt ipſo iure nulla, etiam ſi aduerſarius impetratis conſentiat; non enim eſt in aduerſarij poteſtate dare titulum ex ſuo conſenſu, cum beneficium eccleſiaſticum non poſſit obtineri ſine canonica inſtitutione, *reg. 1. de reg. iur. in 6. Rebuff. in prax. benef. p. 1. tit. de differentia inter reſcr. gratiæ & iuſt. n. 12.*

Re-

5 Reſcripta gratiæ, vt diſpenſationis, impetrationis beneficij, immunitatis, & priuilegij ſine ſpeciali mandato impetrari poſſunt, non tamen reſcripta iuſtitiæ. Item in reſcriptis gratiæ attenditur tempus datæ; in reſcriptis iuſtitiæ attenditur tempus præſentationis eorum. *Cucchus ſup. nu. 24. 25. 26. & 27.*

6 Reſcriptum vitiat expreſſio, vel ſuppreſſio eius, ſine quo illud non fuiſſet conceſſum, etiam ſi concedatur motu proprio; quia motus proprius, licet excludat ſubreptionem, non tamen confirmat gratiam contra intentionem concedentis. *Syl. ſup. q. 7. verſ. & ſecundo quod.*

7 Reſcriptum perpetuò durat, niſi ſecundum impetretur, quo illud prius abrogetur. *Abb. in c. plerumque n. 4. de reſcript. ex l. falſo C. de diuerſ. reſcript.* & in hoc differt reſcriptum à priuilegio, quod tollitur per non vſum, *vt per Abb. ibid.*

8 Reſcripta iuſtitiæ re integra expirant obitu Papæ, at reuiuiſcunt per regulam Cancellariæ, quam quilibet Papa, qui de nouo ſuccedit, facit de reualidatione litterarum prædeceſſoris gratiæ, & iuſtitiæ. *Gonzal. ſuper regul. 8. Cancellar. gloſſ. 12. nu. 51. & 52.*

9 Reſcriptum poteſt quandoq. corrigi à ſcriptore, neque opus eſt clauſula, perinde valere, ſi error fuit commiſſus ab ipſo ſcriptore. *Marc. Ant. Cucch. ſup. n. 104.*

Reſidentia , vide Abſentia per tot. Alternatiua num. 4. 5. 6. Cardinalis num. 1. Peſtis num. 1. 3. 4.

1 NOn reſidentia Epiſcopi in ſui odiũ habetur pro reſidentia. *Gonzal. ſuper reg. 8. Cancell. gloſ. 43. nu. 110.*

2 Clerici habentes qualiacũque beneficia reſidentiam exigentia, nequeunt longæ peregrinationis, aut aliorum in ſuæ Eccleſiæ præiudicium vergentium voto ſe aſtringere abſque Epiſcopi licentia , *c. magnæ verſ. ipſum etiam votum, de Voto.* At votũ Religionis poſſunt emittere, & exequi, etiam contradicente Epiſcopo , *can. final. 19. q 2. Sanchez in decal. tõ. 1. lib. 4. cap. 25. n. 43. & 47.*

Reſignatio.

1 REſignatio ad fauorem ab Epiſcopo non poteſt admitti, ſed à Papa admittitur. *Nau. cap. 23. ſum. n. 107. verſ. Ad decimum . Gonzal. ſuper. regul. 8. Cancell. gloſ. 14. num. 21.* Caputaq. *Rebuff. & alij apud eundem , & Sà in aphor. verb. beneficium in fine .* Libera verò , & ſimplex admittitur cum cauſa aliqua ex ijs , quæ requirit *conſtit. 58. Pij V. incip. Quanta Eccleſia , edita de anno 1586. Kal. Aprilis , regiſtrata*

ſtrata in Bullar. vlt. edit. pag. 253. tom. 2. Per quam diſponitur,quod ex tunc Epiſcopi, & alij Ordinarij nullas admittant, nec recipiant reſignationes beneficiorum, niſi illorum,qui aut ſenio confecti, aut valetudinarij, aut corpore impediti, vel vitiati, aut crimini obnoxij, cenſuriſque Eccleſiaſticis irretiti,aut nequeunt,aut non debent Eccleſiæ, vel beneficio inſeruire, ſeu qui vnum aliud, vel plura beneficia obtinuerint, vel quos ad aliud contigerit promoueri, Religionem quoque ingreſſuri, vel matrimonium contracturi,ſi ſtatim poſtea id re ipſa exequantur, & in alijs caſibus contentis *in cap. niſi cum pridem de renunc.* Qui etiam ob capitales inimicitias nequeunt, vel non audent in loco beneficij reſidere ſecuri; pro cuius conſtitutionis explicatione conſule. *Genuenſ. in prax. Curia Archiepiſcop. Neapol. cap. 65. ed. 1. & Quarant. in ſumm. Bullar. verb. beneſ. reſign. verſ. additio, vbi pluribus.*

2 Epiſcopis, locorumq Ordinarijs admittentibus reſignationes ſine aliqua cauſa ex ijs,quæ in prẹfata conſt. Pij requiruntur,nulla per eam imponitur pœna, ſed tãtùm reſignatio eſt nulla; imponitur tamen pœna Ordinarijs conferentibus beneficia ex prædictis cauſis reſignata,ſuis, ſiuè reſignantium affinibus,nimirum,vt ſint ſuſpẽſi à collatione beneficiorum,officiorũ &c. *vt §. 6. eiuſdem conſtit. vide Genuenſ. ſupra num. 6.*

3 Reſignatio beneficij facta in manibus laici, vel coram Notario, ſeu alio, qui non eſt Superior Eccleſiaſticus reſignantis, valet in præiudicium reſignantis, ita vt poſſit eo ſpoliari; non tamen ita, vt vacet, niſi legitimi Superioris conſenſus acceſſerit. *Leon. Leſſ. de iuſt. & iur. lib. 2. c. 34. dub. 35. n. 191. verſ. vbi aduerte.*

4 Reſignans beneficium de iurepatronatus, qui eſt patronus eiuſdem beneficij poteſt præſentare quem vult ad dictum beneficium, & Epiſcopus inſtituere, non obſtãte dicta Conſt. 58. Pij v. ſup. n. 1. citata, *Ex S. Cong. Concil. quæ in Viterbien. 18. Martij 1628. ita cenſuiſſe dicitur.*

Reſtitutio, vide Alienatio num. 8. Bellum num. 5. Impedimentum num. 5. Negligentia num. 1. Viſitatio num. 6.

1 RESTITUTIO incertorum poteſt regulariter fieri pauperibus ſine Epiſcopi licentia, *iuxtà veriorem ſententiam, de qua apud Syluest. reſtitutio 5. q. 5. Nau. c. 17. ſumma n. 92. Sayr. in claui reg. lib. 10. tract. 5. c. 2. nu. 15.* Nec Epiſcopus poteſt præcipere contrarium reſtitutoribus, ſed confeſſarijs poteſt, ne abſque conſilio ipſius Epiſcopi illos abſoluãt, aut diſtribuant.

Nauar.

Nauar. loc. citat. fauet Sayr. num. 19. vbi ſupra.

2 In quatuor caſibus poteſt Epiſcopus ſe intromittere in reſtitutione incertorũ. Primò, quando mortuo debitore nullus relictus eſt hæres, vel executor ad reſtituendum, vel ſi is, qui eſt relictus non implet. Secundò, quando debitor non vult reſtituere, & in iudicio agitur contra eum. Tertio, quando reſtituens malè diſpenſat, puta amicis, qui non indigent. Quartò, quando talia incerta ſunt manifeſtorum vſurariorum. *Syl. Nauar. Sayr. vbi ſupra, Eman. Rodriq. p. 2. ſumma c. 43. nu. 9.* Imo Epiſcopus poteſt cogere ad reſtitutionem eiuſmodi vſurariorum bona, etiam ſi illa ſocio ſint communicata. *Stephan. Gratian. tom. 2. diſceptat. forenſ. cap. 243. num. 45. Salicet. in l. ſi ſocietatis in fine verſ. quare vnus C. pro ſocio.*

3 In diſtributione incertorum per Epiſcopum, ſiuè per alium facienda, non eſt de neceſſitate præcepti eligere pauperiores, aut meliores, ſed de conſilio, vnde ſatis eſt, vt veri pauperes eligantur, &, ſi ipſe diſtributor, ſeu reſtitutor eſt talis, ſe ipſum eligere poteſt, *iuxtà notata ſupra in verbo pauper num. 12.* Per pauperes intelliguntur etiã Eccleſiæ, Monaſteria, Xenodochia &c. *Syl. q. 3. Nau. n. 95. Sayr. n. 22. vbi ſupra, Petr. à Nau. lib. 4. de reſtit. c. 2. n. 59.*

4 Non tenetur reſtituere, qui pro reſtitutione incertorum fecit compoſitionem

cum papa, aut epiſcopo, aut cui à papa facta eſt eorum remiſſio. *Sà in aphor. verbo reſtitutio num. 35. videatur Bannes 2. 2. q. 62. art. 5. dub. 6. Sayr. dub. 8. num. 23. vbi ſupra.*

5 Epiſcopus accipiens dona, vt ordinaret, vel conferret beneficium &c. ſi non contulit, tenetur reſtituere dona danti, & non pauperibus. *Nauar. cap. 17. ſumma nu. 30.*

6 Epiſcopus ſuo prauo exemplo inducens ad furandum, ſeu percutiendum clericos, ſeu &c. non tenetur ſatisfacere læſo. *Sanchez in decal. tom. 1. lib. 1. cap. 6. num. 5.*

7 Epiſcopi ad reſtitutionem damnorũ iniuſtè datorum à ſuis officialibus non tenetur, quando officiales litteratos, ac integræ opinionis elegerint, ſecus contra. *Felin. in c. Petrus de homicid. n. 9. & 11. Rebuff. in prax. benefic. p. 1. In forma Vicariatus &c. n. 188. & 189.*

8 Epiſcopo bonorum Eccleſiaſticorum diſſipatori, antequam adminiſtratio ei interdicatur, rectè fit reſtitutio. *Nau. cap. 17. ſumma n. 29. & conſ. 3. de reb. Eccl. alien. n. 5. p. 1. lib. 3. ed. 2.*

9 Si Epiſcopus, vel Parochus confeſſarius ex ignorantia, vel culpa lata non monuerit pœnitentem, vt reſtituat, quod reſtituere tenetur, valde probabile eſt, vt reſtituere debeat loco pœnitentis, *teſte Leon. Leſſ. lib. 2. de inſtit. & iur. cap. 13. dub. 10.*

dub. 10. num. 77. hanc opinionem tenet Nauar.cap.17.ſumma n.22.Petrus à Nau. lib.3. cap.4. n. 125. vbi ſupra,& alij,quos refert,& ſequitur Sayr. in clau. reg. lib.10. tract.2. cap.14. num.17. At probabilius eſt in hoc caſu,nullum confeſſarium ad id teneri. *Ita Io. Azor. inſtit. moral. p. 3. lib.4. cap.16.q.7.Gregor.de Valentia tom.3.diſp.5. q.6. punct.3. controuerſ.3. Suarez tom.4 de pœnit.diſp.32.ſect.6. ad finem, quem refert, & ſequitur Sanchez tom. 1. decalog. lib. 1. cap. 6. num. 5. fauetque Leſſius vbi ſupra num. 78. ad finem;* quorum præcipua eſt ratio, quia confeſſarius non tenetur ex officio bonum creditorum procurare, ſed ſolius pœnitentis, & ideo in ordine ad illos non peccat contra iuſtitiam, ſed contra ſolam religionem exercendo negligenter ſacrum miniſterium.

Sacerdos, vide Filius num. 1. 2. 4. *Miſſa num.* 4. 6. 9. *Mortuus num.*2.

1 SAcerdotes ſummi vocantur epiſcopi ad differentiam ſimplicium Sacerdotum. *Barboſ. de poteſt. Epiſc. tit.1.c.2.n.3. par.1.*

2 Epiſcopus repreſentat Chriſtum in hoc, quod alios miniſtros inſtituit, & Eccleſiam fundauit. Sacerdos autem repræſentat Chriſtum,in hoc,quod per ſe ipſum

miniſterium impleuit. *D.Tho.4.diſt.24.q.3.art.2.q.1.ad tertium.*

3 Sicut Diaconus participat illuminationem, & virtutem Sacerdotis; ſic & Sacerdos Epiſcopi. *D.Tho. p.3. q.82.art.3.ad tertium.*

4 Si Sacerdos, qui non eſt Epiſcopus, exerceat actus Epiſcopales, v.g. ſi adminiſtret Sacramentum confirmationis, vel ordinis, irregularis efficitur. *Auila de cenſuris p.7.diſp.9. ſect.2.dub.15. verſ. ſecunda concluſio.* Manet autem ſolùm irregularis, ne in Epiſcopum conſecrari poſſit. In Sacerdotio verò manebit ſuſpenſus biennio, vel triennio arbitrio Epiſcopi; ab executione autem inferiorum ordinum non manebit impeditus. *Suar.tom.5. de cenſuris diſp.42. ſect.4.nũ.7.verſ. ſed quod, conſule Maiol. in tract.de irregularitate lib.4.c.13.vbi n.1.* ad finem affirmat, ſatis eſſe ad incurrendam irregularitatem, ſi Sacerdos benedicat publicè, vt Epiſcopus cum illis verbis. *Sit nomen Domini benedictum &c.*

5 Sacerdos, qui obtinuit ab Epiſcopo facultatem abſoluendi per annum, an validè abſoluat elapſo anno, alij aiunt, alij, & quidem magis probabiliter, negant, *conſule Bonac.de matrim.q.2.punct.8.n.29. vbi cum Maſcard. to 2. concl. 1383. n. 5. negantem ſententiam pariter ſuſtinet contra Henriq.*

Sacra-

Sacramentum, vide Inhabilitas num. 1.

1 SOlus Epiſcopus poteſt diſpenſare illa Sacramenta, quæ ponunt ſuſcipientē in aliquo gradu perfectionis ſuper alios. *D. Tho. p. 3. q. 82. ar. 3. ad tertium, & in 4. diſt. 13. q. 1. ar. 1. q. 2.*

2 Peregrinantes, dū à parochia abſunt, ex tacita voluntate Ordinariorum per cōſuetudinem firmata à quouis expoſito Sacerdote Sacramenta pœnitentiæ, & Euchariſtiæ, etiam tempore paſchali accipere poſſunt, ſi ad propriam parochiam facilè accedere nequeant. *Syluest. verb. confeſſor 1. q. 11. Nau. cap. placuit n. 66. diſt. 6. de pœnit.*

3 Parochus excuſatur à peccato, ſi probabili mortis metu tempore paſchatis nō deferat ad Epiſcopum, vel non denunciet eos tanquam interdictos, qui tempore ab Eccleſia præſcripto pœnitentiæ, vel Euchariſtiæ Sacramentum non ſuſceperunt. *Bonac. de legib. diſp. 2. q. 8. punct. 2. num. 10. tom. 2.*

4 Sacramenta licet accipere, & petere, etiam extrà neceſſitatem ab Epiſcopo, ſiuè ab alijs, quibus ex officio incumbit, quamdiù ſunt tolerati, etiam ſi ſciatur eſſe irregulares, aut ſuſpenſos, aut excommunicatos, modo non ſint denunciati, aut publicè

clerici percuſſores. *Toled. lib. 1. ſummæ cap. 92. num. 3. verſ. dico tertio, iuncto cap. antecedent. Sà in aphor. hoc eodem verbo num. 2.*

Sacrilegium.

1 SAcrilegij crimen Epiſcopo reſeruatum, debet intelligi de ſacrilegio propriè, & ſtrictè ſumpto, vnde Sacerdos fornicans cum non ſacra non comprehenditur in prædicta reſeruatione. *Iacob. Graff. in conſil. 2. num. 13. de pœnitent. & remiſſ.*

2 Sacrilegium non eſt effuſio ſanguinis, vel ſeminis, quæ fit extrà corpus Eccleſiæ in locis ipſi adiacentibus, puta in campanili. *Sot. in 4. diſt. 32. q. 1. ar. 3. in fine.* Neque ſi fiat in cryptis ſubterraneis eiuſdem Eccleſiæ. *Lopez p. 1. inſtruct. conſc. c. 33. ſub tit. de circumſtantia loci ſacri, verſ. ſed circa ſecundum caſum.*

3 Sacrilegium lethale eſt, res venales ad locum ſacrum aſportare, ibique vendere, tanquam in foro publico. *Lud. Molin. de contract. diſp. 344. in principio vbi de communi teſtatur; fauet Trid. ſeſſ. 22. in decreto de ſeruandis in celebr. Miſſ.* vbi præcipit inter alia prælatis, vt ſeculares omnes actiones, vana colloquia &c. ab Eccleſia arceant. Vendi autem in Eccleſijs candelas, & modica alia ad cultum diuinum ſpectātia, prælati tolerare poſſunt: meliùs tamen eſt,

eſt, vt hæc extrà Eccleſiam habeantur. *Molin. loc. cit. cum Syl. & alijs verbo negotiatio.*

Satellites, vide Familia num.2.

1 SAtellites Curiæ Epiſcopalis gaudent priuilegio fori; & propterea non poſſunt, nec debent de iure per Iudicem laicũ capturari. *Ex S.Cong. Epiſc. & Regul. in vna Sorana 23. April.1614. quam refert Barboſ. in Collect. Bullar. in verbo Baricellus.*

Scandalum.

1 BOna Eccleſiæ, cõmiſſa prælatis, & bona Reipublicæ eius Rectoribus, nõ ſunt propter ſcandalum dimittenda, ſicut nec alia, quæ ſunt de neceſſitate ſalutis. *D.Tho.2.2.q.43.art.8.in corpore.*

2 Ad effectum vitandi ſcandalum, non ſunt per Epiſcopum mutanda Eccleſiæ Sacramenta, nec etiam Sacramentalia. *Syl. verb. conſecratio virginum q.1.*

3 Prælatus Eccleſiæ interdum debet exactionem debitorum differre ob ſcandalum infirmorum; non ita verò propter ſcandalum ex malitia. *D.Thom. ſup. D.Antonin.p.2.tit.8.c.4. §.6.*

4 Scandalizatus dicitur populus, cum decem graues viri, & honeſti ſcandalizantur. *Sà in aphor. hoc eodem verb.n.6.*

Schiſ-

Schiſma, vide Oblatio nu. 5.

1 VEre,& propriè ſchiſmaticus eſt,qui recuſat Summo Pontifici ſubeſſe, & obedire,tanquam Chriſti vices in terris gerenti.Idem eſt ſi nolit ſeſe cum Eccleſiæ membris coniungere, quatenùs Eccleſiæ membra,& partes ſunt. *Syl verb. ſchiſma, paulo poſt principium. Azor.inſt.moral. p.1. lib.8.c.20.q.4.& alij apud Sanchez in decal. to.1.lib.2.c.36.n.3.*

2 Qui ab Epiſcopo ſuo,vel Eccleſia particulari ſe ſegregat,volens tamen eſſe ſubiectus Summo Pontifici, & cũ alijs membris Eccleſiæ vniuerſalis communicare, ſecundùm quid,& impropriè ſchiſmaticus eſt, ideoque canonicis pœnis non ſubiectus. *Azor ſupra, Vgolin.de cenſuris Papæ reſeruat.p.2.c.1. verſ.necnon ſchiſmaticos n.3. Leonard.Duard. in comment.in Bulla Cœnæ lib.2. in can. 1. q. 56.* etſi grauiores auctores contrarium ſentiant, de quibus apud *Sanchez n.6.& 13.vbi ſupra.*

3 Epiſcopus ſchiſmaticus, denunciatus tamen, *vt per Azor. ſupra q.9.* iuriſdictione caret; vnde inualidè abſoluit, excommunicat, beneficia confert, indulgentias concedit &c. Habet tamen poteſtatem ordinis, quare verè conficit, & conſecrat Euchariſtiam,verè confirmat,verè ordinat, &,ſi altaria, vaſa, aut templa conſecret, ratum eſt, & firmum,quod facit. *D.Thom.*

2.2.

2.2.quæſt.39.ar.3.in corpore, Azor.ſupra d. quæſt. 9.

4 Clericus ſcienter ſuſcipiens ordines ab Epiſcopo ſchiſmatico manifeſto,eſt ipſo facto ſuſpenſus ab eorum vſu. *Azor. d. q.9.& q.11. & Duard illa q. 56.n.14. vbi ſupra*. Redditurque inhabilis ad beneficia obtinenda,etiam poſt abiuratum ſchiſma: in quo caſu ſolus Papa diſpenſat. *Sanchez ſupra n.18. ex Abb.in c. quia diligentia n.7. de electione*. Si tamen ſchiſmatis delictum eſſet occultum, poſſet Epiſcopus diſpenſare *virtute Trid.ſeſſ. 24. de refor. c.6. vt per Sanchez ibid. ex doctrina Henriq. lib. 13. de excommunic.cap.56.num.1.in commento littera F.*

5 Clericus ſchiſmaticus incorrigibilis, ab Epiſcopo deponendus eſt, & curiæ ſeculari tradendus. *Sayr.de cenſuris lib.5.cap. 22.num.23. ex Abb.in cap.at ſi clerici n.38. de iudicijs.*

Scholaris, vide Collegium num.2. Domicilium num.5.

1 SCholares ſtudentes in vniuerſitatibus quoad Sacramenta confeſſionis, & Euchariſtiæ, ſubditi ſunt Epiſcopo loci. *Suarez tom.4. de pœnit. diſp.30.ſect.2. num.3.*

2 Poſſunt ab Epiſcopo puniri, non obſtantibus priuilegijs vniuerſitatibus ante

Conci-

Concilium Trident. conceſſis, quæ fuerunt ſublata. *Ex declar. S. Cong. eiuſdem Concilij, quæ ad ſeſſ. 14. cap. 4. de reform. in vna Salmantin. dicitur cenſuiſſe.* Et de iure communi Epiſcopus eſt Iudex ſcholariū. *Iul. Clar. §. fin. q. 35. n. 23.*

3 Priuilegia conceſſa ſcholaribus extenduntur ad eorum famulos, quandiù in eorum ſeruitio ſunt; vnde videntur ſubijci Epiſcopo. *Conſule Doctores in authent. habita C. ne fil. pro patre, & Leonard. Duard. in comment. ad Bull. Cœnæ can. 15. q. 8. concl. 2. num. 5.*

De ſede Epiſcopali vacante, vide Capitulum nu. 5. 6.

1 BEneficia vacantia ſede Epiſcopali vacante, cuiuſque ſpeciei, & qualitatis ſint, reſeruantur diſpoſitioni Summi Pontificis, *ex conſt. 55. Pij V. incip. Sanctiſſimus in Chriſto Pater, regiſtrata in Bull. vlt. ed. pag. 251. p. 2.*

2 Capitulum vacante ſede, etſi non conferat beneficia libera, quorum collatio ad Epiſcopum propriè ſpectat; inſtituit tamen præſentatos à patronis, confirmat electos, recipit reſignationes cauſa permutationis, vnitque beneficia poſtulante cauſa. *Gloſſ. in c. his quæ de maiorit. & obedient. Rebuff. in prax. tit. de reuolut. n. 95. Garzias de benefic. p. 5. c. 7. à n. 55.*

Capi-

3 Capitulum ſede vacante ſuccedit in omnem iuriſdictionem Epiſcopalem per ſe, vel per alium ad id idoneum exercendam, & ſucceſſiuè inuitandi Epiſcopum alienum, vt celebret ordinationes in ſua Eccleſia, & dandi licentiam ſuis clericis, vt ordinentur ab eo. *Nauar. conſil. 44. de tempor. ordin. num. 1. 2. & 3. part. 1. lib. 1. edit. 2.*

4 Capitulum non ſuccedit ſede vacante in iuriſdictione Epiſcopo delegata; quia cenſetur electa induſtria perſonæ; ſuccedit tamen in iuriſdictione, quæ ipſi iure ordinario ratione prælaturæ commiſſa eſt; v.g. in commiſſione facta in *Concil. Trid. ſeſſ. 24. c. 6. de reform. Sanchez de matrim. lib. 8. diſp. 2. n. 10. conſule ad hæc Stephan. Quaranta in ſumma Bull. verb. capitulum ſede vacante in principio, vbi fuſiùs.*

5 Contractus, & alienationes à Capitulo ſede vacante extrà neceſſitatis caſum, & extrà Papæ auctoritatem factas, Epiſcopus poſtea confirmatus infirmare poteſt; ſed & confirmare, ſi Eccleſiæ vtiles videãtur, *can. ſi qua de rebus 12. q. 2. Abb. in c. 1. ne ſede vacante, & in cap. edoceri n. 12. de reſcriptis.*

6 Sede Epiſcopali vacante pro ſuſcipiendis Ordinibus, non eſt adeundus vicinior, vel Metropolitanus; ſed adeunda eſt Sedes Apoſtolica. *Garz. de benefic. p. 5. c. 7. n. 93. in fine.*

Semi-

Seminarium, vide Vnio n.7.8.

1 ECcleſiarum Cathedralium, & aliarum maiorum Eccleſiarum Pręlati in Seminarij erectione, eiuſque conſeruatione ſi ſint negligentes, Epiſcopum Archiepiſcopus, Archiepiſcopum, & Superiores, Synodus prouincialis acriter corripere, eoſque ad omnia hæc cogere debet. *Trid. ſeſſ. 23. de refor. c. 18.*

2 Epiſcopo incumbit eligere locum, in quo Seminarium eſt erigendum, & curare, vt pueri, qui in illo aluntur, ſingulis diebus interſint miſſę, & ſaltem ſingulis menſibus confiteantur peccata, & pro confeſſoris arbitrio communicent, ac Cathedrali, & alijs loci Eccleſijs diebus feſtis inſeruiant. *Trid. ibid.*

3 Non poteſt Epiſcopus *vigore d. c. 18.* applicare, & vnire Seminario beneficia, quæ reſidentiam requirunt, veluti Canonicatūs &c. Nec ea beneficia, quę ſunt ad inferiorum collationem. Nec quę commẽdata ſunt. Nec beneficia iuriſpatronatus, etiam Eccleſiaſtici. Neque, quæ Monaſterijs ſunt vnita, vel annexa. *Ex Sacr. Congregat. ad d. cap. 18. verb. vniones, & applicationes. Vide Sà in aphoriſm. verb. religio nu. 59.*

4 Debet Epiſcopus ex ſuis, & ſui Capituli fructibus contribuere Seminario, & poſtea reliquos ſuo exemplo ad idem coge-

cogere, *ex Sacra Congreg. ad idem cap. 18. verbo ex fructibus*. Ad eandem contributionem tenentur Cardinales de fructibus beneficiorum, quæ habent in Diœceſi, vbi eſt Seminarium. *Aloyſ. Ricc. collectanearum p.7. collect. 2625. & S. Cong. Conc. in Adrian. 3. Decemb. 1622.*

5 Canonici, qui adhibentur ab Epiſcopo ex decreto Trident. in iis ſtatuendis, quæ ad Seminarium rectè inſtituendum pertinent, ſi quando ea de cauſa tempore diuinorum officiorum eos abeſſe ſimul cum Epiſcopo contingat, priuantur quotidianis diſtributionibus: contrarium tamen ſtatuto, vel conſuetudine induci poteſt. *Moneta de diſtribut. quotid. p.2. q.11. n.59. & 60.*

6 Confraternitates habentes redditus Eccleſiaſticos, etiam intra Regularium Eccleſias exiſtentes, compelluntur per Epiſcopum, vt Seminario contribuant. *Barboſ. de pot. Epiſc. p.3. alleg. 77. n.10. ex S. Congr. Conc. Trid.*

7 Hoſpitale vnius Diœceſis, habens beneficium annexum, quod eſt alterius Diœceſis, tenetur contribuere pro rata fructuũ beneficij annexi Seminario, quod eſt in Diœceſi, in qua eſt ſitum beneficium. *Barboſ. ſup. n.9.*

8 In Eccleſijs, amplas Diœceſes habentibus, poteſt Epiſcopus vnum, vel plura in Diœceſi, prout ſibi opportunũ videbitur, habere Seminaria; quæ tamen ab illo vno,

quod

quod in Ciuitate erectum,& conſtitutum fuerit,in omnibus dependeant. *Trid.ſup.d. c.18.§.in Eccleſiis.*

9 Cardinalis Epiſcopus, habens indultum, poteſt non obſtante decreto Clem. VIII. ante vacationem vnire Seminario beneficium, quod obtinet familiaris Papæ defuncti. *Ita S.Cong. Conc. in vna Tudertina 15. April.1628. cenſuiſſe dicitur.*

Sententia, vide Brachium ſeculare num.4.13.16. Iudex n.4. 10. 19.

1 SEntentia mortis contra aliquem in Eccleſia lata,eam non polluit,dummodò mortis executio extrà illam fiat. *Nau.c.27.ſumma n. 256.*

2 Sententia non lata, ſed ferenda cenſetur, vbi hæc ponuntur verba: *Sub pœna excommunicationis, ſub interminatione excommunicationis, ſub interpoſitione excommunicationis. Gloſſ.in can.Salonitana in verbo ſub excommunicationis diſt.63. & gloſ.in c.ſicut tuis verb. ſub interminatione anathematis,& ibi Abb.n.6. de ſimonia.* Item quando ponuntur hæc verba: *Excommunicetis aliquem, vel, qui hoc fecerit,erit excommunicatus, ſeù excommunicationis vinculo innodetur. Gloſſ.in c.2. §.inhibemus in verbo innodetur de hæretic. in 6. Ad hæc vide gloſſ. in cap. in pœnis de regul.iur.in 6.*

Angel.

Angel. verb. excommunicatio 2. n. 7. Tabien. ibidem, verſ. ſexto quæritur. Nauar. ſupra nu. 12.

3 Per ſententiam latam ſuper crimine, non cenſetur quis priuatus beneficio, niſi hoc in ſententia exprimatur; ſecus quando crimen erat tale, quod inducebat priuationem beneficij, vel quando irrogabat infamiam ipſo facto. *Abb. in c. inter dilectos num. 11. & 12. de exceſſ. Prælat. conſule Pe. Rebuff. in prax. beneſic. 3. p. de modis amittendi beneficia,* vbi latè diſſerit de caſibus, in quibus quis ipſo Iure ſit beneficijs priuatus, vel per ſententiam priuandus ſit.

4 Sententia Vicarij cum clauſula, salua moderatione, & commutatione Epiſcopi, valet, *Genuen. in prax. Archiep. Neap. c. 57. n. 3. ed. 1.*

5 Iudex Eccleſiaſticus iniuſtam ſententiam ferens, aut iuſtam ferre negligens amore, odio, metu &c. ipſo facto eſt ſuſpenſus, & irregularis, ſi antequam abſoluatur ab ea, celebrat, *c. 1. de ſent. & re iud. in 6. Nau. c. 25. ſum. n. 12. verſ. ſecundo peccat.*

6 Clericus ob crimen ipſo Iure beneficio priuatus, poteſt illud tuta conſcientia retinere ante ſententiam Iudicis, niſi ipſa lex expreſſerit, vt ipſo facto ante quamlibet criminis declarationem debeat beneficium dimittere. *Ita cũ Syl. Angel. & alijs docet Azor. inſt. mor. p. 1. lib. 5. c. 8. q. 3. fauet Lud. Molin. to. 1. de Iuſt. & iu. diſp. 96. verſ.*

quod

quod attinet. Sanchez to. 1. decal. lib. 2. c. 22. nu. 26.

7 Sententia, lata per Iudices Eccleſiaſticos ſuper crimine hæreſis, debet ſtatim per Iudicem ſecularem executioni demãdari, itaut non conſideretur, num ritè, & rectè Eccleſiaſticus proceſſerit: ſecus verò in alijs ſententijs per eos datis ſuper crimine, de quo alias Iudex ſecularis poteſt cognoſcere. *Foller. in prax. crim. can. in 4. p. princip. ſub Rubr. Pœnis debitis feriantur n. 56. & 57.*

Sepultura, vide Cappella n. 7.

1 EPiſcopus, non electa ſepultura decedens, ſepelitur in ipſius Eccleſia Cathedrali. Si decedat in locis ab ea remotis ſepelitur in Eccleſia Cathedrali loci vbi moritur. Si habet diſpenſatiuè duos Epiſcopatus, quorum vnus non eſt vnitus alteri, ſepelitur in Eccleſia Cathedrali, in qua maiori parte conſueuerit reſidere. Si vnus eſt vnitus alteri, ſepelitur in Eccleſia Cathedrali, cui facta eſt vnio. Epiſcopus verò datus tanquam coadiutor alteri Epiſcopo, ſi moritur, non ſepelitur in Eccleſia Cathedrali Epiſcopi, cui datus eſt Coadiutor. *Petrus de Vbald. de Cano. Epiſ. & Paroc. c. 9. num. 32 Tractatum Illuſtr. tom. 15. p. 2. pag. 237. ed. vlt.*

2 Epiſcopus ſepeliri debet de bonis Ec-

clesiæ

cleſię Cathedralis. *Pe. de Vbal. ſup. c. 13. n. 2. pag. 239.*

3 Archiepiſcopus ſepelitur cum Pallio. *Guliel. Red. de ſimonia ment. p. 1. cap. 16. n. 9. Tract. Illuſtr. vbi ſupra pag. 46.*

4 Nulli poteſt dari locus ſepulturæ etiã cum auctoritate Epiſcopi quo ad proprietatem, ità vt, cui datur fiat dominus eius. At illum alicui concedere quoad vſum, videlicet vt habeat ius ſepeliendi in eo mortuos ſuos, & impediendi nè alij ſepeliant in eo, licet cum auctoritate Epiſcopi. *Nau. conſ. 1. de ſepult. n. 1. p. 1. lib. 3. ed. 2. fauet Abb. in cap. abolendæ de ſepult. n. 5. vbi cum Hoſtienſ.* Idem dicendum eſſe *ait* in ſedibus, quæ laici vendicant ſibi in Eccleſijs: inuito enim Epiſcopó non poſſunt ſibi ius tale acquirere in Eccleſia; ſed tolerantur (*inquit*) in iſtis solùm ex gratia.

5 Vendere ſepulturæ locum, auctoritate Epiſcopi deputatum, eſt ſimonia. *Guliel. Red. ſup. p. 3. cap. 16. n. 15. pag. 94. Genuen. in Prax. Cur. Archiep. Neap. c. 41. n. 18. ed. 1.* Si autem conſuetudo habet, vt aliquid detur, poſſunt laici compelli ad obſeruandum laudabilem conſuetudinem, *gloſ. final. in d. c. abolendæ, & ibi Abb n. 6. Vide ad idem Roman. conſ. 213. & in annot. ad Genuen. ad d. nu. 18.*

6 Sine Epiſcopi licentia non poteſt exhumari Cadauer poſitum in alieno ſepulchro. *Io. Bertach. de Epiſcopo 3. p. quarti libri nu. 26. Tract. Illuſtr. tom. 13. par. 2. pag. 334.*

Nec

Nec transferri oſſa fidelis à ſepultura perpetua. *Sà in aphoriſm. verbo ſepultura num.4*

7 Epiſcopus ex cauſa poteſt in Sepulcro vnius alium ſepelire. *Syl. verb. ſepultura q. 3.*

8 Sanctorum Corpora perpetuę ſepulturæ tradita non poſſunt erui,& transferri ſine auctoritate Papæ,vel Epiſcopi,vel Synodi excepta neceſſitate v.g. Incendij, *c. corpora de conſecrat. diſt. 1.* At,ſi perpetuæ ſepulturæ tradita non ſunt, poſſunt ad alium locum religioſum transferri nón petita venia Prælati. *D. Anton. 3. p. tit. 12. c. 8. ante §. 1. Angel. verb. Reliquiæ §. qua auctoritate nu. 1.*

9 Licet Ius ſepulturæ ſolis Eccleſijs Parochialibus de iure competat; at ex cauſa poteſt Epiſcopus cum conſenſu Capituli Ius illud Eccleſiæ non Parochiali concedere, *Clem. dudum §. verum de ſepulturis Abb. in c. certificari de ſepultur. num. 9. Lud. Mol. tom. 1. de iuſt. tract. 2. diſp. 214. verſ. ius ſepeliendi.*

10 Cadauer debitoris non debet inſepultum detineri ad petitionem creditorũ, vt pignus quoddam,donec æs alienum integrè ſoluatur. *Couar. lib. 2. var. reſol. cap. 1. nu. 10.*

11 Sepeliens publicè excommunicatũ vel nominatim interdictum ſcienter, ipſo Iure in excommunicationem maiorem incidit, & nullatenus eſt abſoluendus, niſi prius

priùs ad arbitrium Diœceſani Epiſcopi eis, quibus per id fuerit iniuria irrogata, ſatisfactionẽ exhibuerit competentẽ. *Clem. 1. de ſepult. Sayr. de cenſur. lib. 3. c. 35. n. 8. & 9. vbi fuſiùs.*

12 Abſolutus in articulo mortis à cenſuris, in foro pœnitentiæ, poteſt per Epiſcopum ad Eccleſiaſticam ſepulturam admitti. *Vgol. de cenſur. tab. 2. cap. 9. fauet Nauar. conſil. 5. de ſepult. num. 1. & 3. par. 1.* Secus de eo, qui in eodem articulo dedit ſigna contritionis, ſed nondum obtinuit abſolutionem ab excommunicatione: non tamen videtur exhumãdus, ſi fuit ſepultus: ſed quàm primùm petenda eſt abſolutio à legitimo Superiore, vt fiat dignus Eccleſiaſtica ſepultura, & vt illius oſſa non proijciantur. *Bonac. de cenſur. diſp. 2. q. 2. pun. 3. §. 3. nu. 7. tom. 1. ex Vgol. vbi ſup. Sayr. lib. 2. de cenſur. c. 3. n. 13. Filiuc. & alijs.*

13 Religioſi, qui liberam à Papa ſepeliendi poteſtatem habẽt, ſi cum Epiſcopo, vel Parocho paciſcantur de non ſepeliendis Parochianis, valet pactum, dum tamen aliàs ſit licitum, & honeſtũ; & ſufficit Priorem; vel Guardianum vnà cum capitulo conſentire, licet non interueniat licentia Generalis, *c. Quia ex eo, de pactis in 6. Armil. verb. Pactum n. 5.*

14 Conſuetudo loci, ne Parochus teneatur ſepelire mortuum, niſi priùs ei ſoluatur, quod conſuetum eſt dari, vel detur pignus, ſeu idonea cautio de ſoluendo il-

lud, non eſt per Epiſcopum prohibenda, ſi id fiat ad tollendas contentiones, & futuras moleſtias, quæ probabiliter timentur. *Genuenſ. ſup. c. 76. n. 9. vbi id paſſim Neapoli ſeruari affirmat.*

15 Epiſcopus prohibere debet, nè cadauera ſepeliantur ſub Altaribus, neque ſub gradibus eorum. *Gauant. in manual. Epiſc. verb. ſepultura n. 6. ex Congr. Epiſc. die 6. Septemb. 1593.*

Simonia, vide Dimiſſoriæ num. 10. *Sepultura num.* 5. *Vicarius num.* 11.

1 EPiſcopus cũ ſimoniaco quocumq. qui non fuerit ſimoniacus in ordine, vel beneficio, diſpenſare poteſt; nullibi enim prohibetur. *Hoſtienſ. in ſumm. tit. de ſimonia n. 16.*

2 Diſpenſat cum ſimoniaco in beneficio, ſi crimen ſit occultum, etiam ſi fuerit commiſſa ſimonia ſciente Epiſcopo. *Nau. conſ. 97. n. 12. verſ. ad octauam tit. de ſimon. ed. 2. p. 2.* Non tamen poteſt illum rehabilitare ad beneficia in poſterùm obtinenda, iuxta veriorem ſententiam, quam refert, & ſequitur *Leſſ. lib. 2. de iuſtit. cap. 35. dub. 25. num. 140.*

2 Diſpenſat, vt quis obtinere poſſit beneficium ſimplex per ſimoniam alienam ſe ignorante commiſſam poſt renunciatio-

nem

nem liberam ſtatim factam poſt certificationem: obtentum verò per ſimoniam propriam, vel, ſe volente, admiſſam, non poteſt habere ſine diſpenſatione Papæ, etiam ſi ſit ſimplex. *Abb. in cap. de ſimonia num. 7. vide gloſſ. in cap. penult. de elect.*

4 Epiſcopus, conferens ordines per ſimoniam realem, eſt ipſo facto excommunicatus excommunicatione reſeruata Papæ, *ex extrauag. cum deteſtabile de ſimon.* Item ſuſpenſus à collatione cuiuſuis ordinis, etiam primæ tonſuræ, ab executione omniũ munerum Pontificalium, vt à conſecratione Templorum, calicum &c. Eidẽ eſt interdictus ingreſſus Eccleſiæ; &, ſi cõtra ſuſpenſionem, & interdictum illud fecerit, eſt ſuſpenſus ab adminiſtratione ſuæ Eccleſiæ, & à perceptione fructuum omnium ſuorum beneficiorum. *Ex conſtit. 91. ſanctum, & ſalutare Sixti V. edita de anno 1588. in malè promouen. & promotos, regiſtr. in Bullar. vlt. edit. part. 2. pag. 651.* ſufficit autem ad incurrendam eiuſmodi ſimoniã realem, vt impleatur ab vtraque parte ſaltem quoad aliquam partem promiſſorum. *Nau. c. 23. ſumma n. 105.* Pœnæ verò ſimoniaci intelliguntur ſolùm in ordine, & beneficio. *Nau. ibid. num. 111. verſ. ſeptimo quod.*

5 Epiſcopum accipere aliquid pro expeditione litterarum beneficij, ſimonia eſt. *Sà in aphoriſm. verbo ſimonia num. 3.* Idem

dicendum eſt, ſi pro pecunia accepta dimiſſorias dederit. *Azor. inſtit. moral. par. 3. lib. 12. cap. 5. q. 1. vide ſupra verbo dimiſſoria.*

6 Epiſcopus nõ committit ſimoniam, accipiens famulum conſtituta certa mercede, donec ei beneficium conferat, ſi nullum pactum, poſt illud collatum, de gratis ſeruiendo intercedat. *Nauar. cap. 25. ſumma num. 113. & conſil. 16. de ſimon. n. 4. p. 2. ed. 2.*

7 Neque ſi conferat beneficium amico alterius Epiſcopi cum intentione mentali tantùm ſine pacto, quòd aliquando ille cõferet aliud alicui ſuo amico. *Nau. conſ. 10. de renunc. n. 3. p. 1. lib. 1. ed. 2.*

8 Simoniam realem non cõmittit, promittens per inſtrumentum 100. ſcuta Epiſcopo, vt cõferat, ibi beneficiũ ſine animo ſoluendi illa: eſt tamen conuentionalis, quę nec excommunicat, nec obligat ad relinquẽdum beneficium ſic acquiſitum. *Nau. c. 13. ſumma n. 106. verſ. ad tertium.* Probabilius eſt, eiuſmodi promittentẽ, nullam incurrere ſimoniam; promittit enim non animo emendi, aut ſoluendi, ſed mendacio decipiendi. Peccat tamen, quia alterum inducit ad ſimoniam, & facit opus, quod etſi non in foro interiori, in exteriori tamen ſimonia iudicatur. *Ita Toled. lib. 5. ſum. cap. 90. ad finem Leon. Leſſ. ſup. dub. 1. num. 11. ex Caietan. opuſc. 9. quæſt. 2. to. 2. & Soto lib. 9. q. 8. ar. 1.*

Simo-

9 Simonia non eſt, mutuare Epiſcopo principaliter ob amicitiam,& ſecundariò, vt quærat ſibi,vel alij beneficium. *Nauar. conſ.14.de ſimon.nu.6.p.2.lib.5. & conſil.22. n.3. ed.2.*

Sponſalia.

1 IN diſſoluendis ſponſalibus de futuro ex certa, & iuſta cauſa, non eſt opus Iudicis Eccleſiaſtici auctoritate, ſi ceſſet ſcandalum. *Syl. verb. ſponſalia q. 9. Sanchez lib 1.de matrim diſp.09.n.3.*vel cõſuetudo loci aliud non ſuadeat, de qua *D.Thom. in 4.diſt.27. q.2.ar.3.*

2 Recuſans implere ſponſalia,priùs monendus, & renuens cogendus per cenſurã, præſertim ſi interceſſit iuramentum, niſi, attentis circumſtantijs, arbitretur Iudex, ex inuitis nuptijs grauia mala, & ſcandala timeri. *Couar.4.decretal.1.p.c.4. in principio n.5. Ant.Cucchus lib.5.inſt.maior. tit.10.n. 20. & 21.* At videns Iudex ſponſum obſtinatum ita, vt non profit cenſura, eſt abſoluendus,quamuis abſolutio ab illo nõ petatur. *Sanchez ſup.diſp.29.n.4.7. & 8.*

3 Tam Iudex Eccleſiaſticus,quàm ſecularis poteſt ad ſponſalia cogere,dummodo de ſponſalium valore minimè agatur, quo caſu Eccleſiaſticus adiri debet.*Sanch.ſupra num.9.*

4 Ordines minores ab Epiſcopo poſt ſponſalia aſſumpti, ſponſalia non dirimũt,

neque ſi ſponſus à Pontifice in Epiſcopum eligatur, etiam addito præcepto, vt acceptet, niſi, ex certa ſcientia ſponſalium, id Pontifex faciat, quia tunc cenſetur diſpenſare. *Sanc. ſup.diſp.47.n.1. & 3. ex Palud.4. diſt.27.q.1.art.3.caſ.5.n.22.*

5 Sponſalia impuberum, qui ſunt doli capaces, ita eorum iuramento firmantur, vt neutri liceat pubertatem adepto, reſilire. At, quando puer non eſt ita doli capax, vt eius iuramentum confirmet ſponſalia, indiget relaxatione iuramenti; quæ facilè concedenda eſt ab Epiſcopo propter ætatis imbecillitatem. *Sanchez ſup. diſp.51. à n.22. vſque ad 25.*

6 Sponſalia non diſſoluuntur, quando alter, vel vterque legitimè fuit impeditus, licet tranſeat terminus; quando verò tranſit terminus à Iudice poſitus ob periculum fornicationis imminens; eo trāſacto, is, per quem non ſterit, poteſt aliud inire matrimonium. *Sanchez ſup.d.lib.1.diſp.53.n.6.7. 8. & 9.*

7 Si cauſa diſſolutionis ſponſaliū occulta, infamiæ grauis nota aliquē afficiat; vt ſi ſit occulta ſpōſę reputatę virginis fornicatio, poteſt in iudicio detegi, vt ea diſſoluātur, quando priùs fuit monita ad diſſoluendum, vel ad deſiſtendum, & ſecundo per parentes, & Prælatum noluit deſiſtere. *Sanchez ſup.diſp.70.*

Statu-

Statutum, vide venditio n.2.

1 EPiſcopo licitum eſt,ſtatuta in Diœceſana Synodo condere,quatenus ſacris canonibus, & Metropolitanis ſtatutis non repugnent , *c. quod ſuper his , & c. cum inferior,de maior. & obedient.* & quod non ſint in præiudicium priuilegiorum,ſeu diminutionem emolumentorũ ipſius cleri, *c. de Eccleſiaſticis 25. q. 2. c. veſtra nobis, de locat.*

2 Quando ſtatutum generaliter loquitur, & dubitari poteſt,nè inferat præiudicium Clericis, vel Eccleſijs, poteſt Epiſcopus cogere ſtatuentes, vt declarent, quod ſtatutum illud non extenditur ad Clericos, vel Eccleſias . *Io. Andr. in cap. fin. de immun.Eccleſ.in 6.& alij ,quos refert, & ſequitur Felin. in cap.Eccleſia S.Mariæ n.107. de Conſtitut.* Quod ſi notorium ſit, ſtatutum eſſe contra libertatem Eccleſiæ, Epiſcopus poteſt illud tollere, vel mandare, vt tollatur , etiam non auditis, nec citatis ſtatuentibus. *Lapus in d. cap. fin.n.4. Bald. in l.Presbyteri la.1.C.de Epiſc. & Cleric. Felin. ſup. n.108. Carolus de Graſſis de effectibus Clericatus effect.2.n.514.cum citatis per eum ibi .*

3 Poteſt Epiſcopus contra canones aliquid ſtatuere . Primò,ex cauſa noua,quam veriſimiliter canon non præuidit, quod declara, *vt per Abbat.in cap.fin.de conſuet.*

Secundò,in caſibus à iure non determinatis, vel ſi ſtatuendum ſit contra ius ciuile. Tertiò,ſi aliquid ſtatuat, antequam canon promulgetur, *cap.1. de conſtitut. in ſexto.* Quartò,ſi ſtatueret contra ius, ſolùm in ſuum præiudicium, *c. cum dilectus, iuncta gloſ. verbo conſtitutum,de conſuetudin.* Quintò, ſi faceret ſtatutum conſuetudini minùs rationabile contrarium. Sextò, ſi iuris intellectus ſit dubius,*ex Paulo Piaſecio in ſua prax.Epiſcop.par.2.cap.2.titul.de ſtatutis ab Epiſcopo faciendis num.7. verſic. in caſibus tamen. Videatur Moneta in tract.de diſtrib.quotid.p.2.q.13. à n.6.vbi pluribus.*

4 Non poteſt ſtatuere Epiſcopus, vt Sacerdotes pro Miſſæ ſacrificio non accipiāt minorem pitantiam, quàm ab illo taxatam.*Barboſ.de pot.Epiſc.p.2. alleg.24.nu.9.*

5 Epiſcopus poteſt ſaltem ad vitam ſuam condere ſtatutum optandi; quod idem perpetuò durabit, ſi acceſſerit conſenſus Capituli. *Gloſſ.in cap. 2. de his, quæ fiunt à Prælat. ſine conſenſ.Capit.Ioan.Petr. Moneta in ſuo tract. de option.c.2. q.3.n.59.*

6 Epiſcopus ſine Capitulo, aut Capitulum ſine Epiſcopo non poteſt ſtatuere in ijs, quæ ſpectāt ad ſtatum Eccleſiæ.*Monet. d.q 13.n 23.vbi ſupra nu.2.*

7 Statutis pœnalibus Ordinariorum non ligantur ſubditi extrà Diœceſim delinquentes, *c. fin.de conſtit. in 6.* neque illa ignorantes, niſi quando eorum ignorantia fuerit affectata.*Io.Andr.Abb.& ceteri,quos*

refert,

referi, & ſequitur Azor.inſtit.moral. par.1. lib.1. cap.15. q.4. quorum ſententiam veriorem appellat contra Couar. & cæteros oppoſitum tenentes. Ligantur verò extranei in Diœceſi delinquentes, ſi illa nouerint. *Vgolin. de offic. & poteſt.Epiſc.p.2. cap.47. §.1. num.2. ed.2*. etiam ſi ſint Epiſcopi, quia Epiſcopus in Diœceſi alterius reputatur priuatus. *Abb. in c. ſanè de foro compet.num.7. Anchar. cap. poſtulaſti nu.3. eodem tit.Mar. Alter.de cenſur. diſp.10. c.5. §. ſecundò dicendum*.

8 Statutũ habens, quod prouiſus de capellania ſit Sacerdos, vel Capellanus, oportet, vt ſit actu Sacerdos. *Barboſa ſup.nu.38.*

Subcollector.

1 SVbcollectores non poſſunt viſitari, nec corrigi ab Epiſcopo. *Nicol.Garzias de benefic.p.3.cap.2.n.19.8.verſ. ad decimum octauum*. De materia hac plura, *per Stephan.Quaranta in ſumma Bullar. verbo Spolia Clericorum circa finem verſ. inſtructioni à ſubcollector. pag.mihi 619.*

2 Subcollector, abſque Epiſcopi licentia alloquens cum Monialibus, poteſt excommunicari; et ſi deliquerit, & delictum ſaltẽ fuerit notorium, poteſt Epiſcopus capere, vel capi facere de eo informationem ad effectum tranſmittendi ſuo Superiori. *Ità S.Cong.Concil. in vna Hipporegien. 13. Maij 1628. cenſuiſſe fertur*.

Subſidium charitatiuum, vide charitatiuum ſubſidium.

Suffraganeus, vide Archiepiſcopus num. 2. 6. *cum ſeqq.*

Suſpenſio, vide Abbas num. 12. *Alienatio num.* 1. *Concubinarius n.* 1. *Conſecratio num.* 4 5. *Dimiſſoriæ num.* 7. 8. *Excommunicatio n.* 14. *Interdictum num.* 2. *Irregularitas num.* 1. 7. *Iudex num.* 17. *Monitio num.* 1.

1 EPiſcopus ſi ordinauerit etiam in propria Diœceſi non ſibi ſubditũ ſine Ordinarij ſui dimiſſorijs, morumq. teſtimonio, à collatione ordinum per annum eſt ſuſpenſus. *Trident. ſeſſ. 23. de reformat. cap. 8.*

2 Si ordinauerit Sacerdotem indignũ, ſuſpenditur à collatione ordinis ſacerdotalis, *cap. ſi qui Epiſcopi 1. q. 1.* Si ad beneficium præſertim curatum admittat, à beneficiorum collatione eſt ſuſpenſus; *c. graue nimis de Præben. Trid. cap. 3. ſeſſ. 7. de Reform.*

3 Si ordinauerit vno die aliquem ad duos ſacros ordines, vel die Sabbati ad

vnum,

vnum, ſequenti verò Dominica ad alterũ, licet continuato ieiunio, ſuſpenditur à collatione eorumdem ordinum quouſque diſpenſetur à Papa, *c. litteras de temp. ordin.*

4 Si ordinauerit aliquem accepta ab eo promiſſione de non petendo ab ipſo prouiſionem ſuam, ſuſpenditur per triennium à collatione ordinum, *cap. ſi quis de Simonia.*

5 Si conferat primam tonſurã illiterato, qui ſaltem requiſita à *Trid. ſeſſ. 23. c. 4. de reform.* non habeat, vel infanti infra ſeptẽnium, ſuſpenditur per annum à collatione primæ tonſuræ, *cap. fin. de temp. ordin. in 6. vide Suar. de cenſur. diſp. 31. ſect. 5. nu. 1. & ſeq.*

6 Epiſcopus, ſi pontificalia exerceat in aliena Diœceſi ſine Ordinarij loci expreſſa licentia, aut Capituli ſede Epiſcopali vacãte, vel cum dicta licentia in non ſuos, aut in perſonas eidem Ordinario non ſubiectas, eſt à Pontificalibus ſuſpenſus. *Trid. ſeſſ. 6. c. 5. de reform. & ibi S. Congr. eiuſdem Trid.*

7 Si percipiat fructus primi, vel ſecundi anni beneficij alicuius defuncti ita, vt non relinquat portionem *in extrauag. ſeq.* ſtatutam ſucceſſori, eſt à pontificalibus ſuſpẽſus, & ab ingreſſu Eccleſiæ, & durat donec reſtituat, *extrauag. 2. incip. ſuſcepti regiminis de elect. Ioan. XXII.*

8 Si Titularis Epiſcopus alienum ſubdi-

tum ſine Prelati proprij expreſſo conſenſu ſub aliquo prætextu,ſeu familiaritatis continuæ,tonſurare præſumpſerit,eſt per annũ à Pontificalibus ſuſpenſus. *Trid. ſeſſ. 14. de reform. c. 2.*

9 Si Prælatus per negligentiam confirmauit indignum electum ad regimen animarum,eſt ſuſpenſus à poteſtate confirmãdi primum ſucceſſorem, & à perceptione proprij beneficij, *c.nihil,il 44.de elect.*

10 Epiſcopus ſuſpenſus à Pontificalibus non eſt ſuſpenſus à Iuriſdictionalibus. *Abb. i 2 c.cũ dilectus de conſuet. Syl. verbo ſuſpenſio q.5. verſ.cum autem ſuſpenſio.*

11 Suſpenſus à Collatione Diaconatus, non poteſt conferre Sacerdotium; ſed, inferiores ordines conferre, non eſt prohibitus. *Hoſtien. in cap. dilectus filius, de temp. ordin.Angel.verbo ſuſpenſio 3.verſ.Aduerte tertio.*

12 Epiſcopus poteſt ſuſpendere ſubditũ à beneficio,quod in alia Diœceſi habet,& ab officio,ne in aliquo loco illud exerceat, nam ſententia hæc non fertur in beneficium,ſeu officium,ſed in perſonã.*Suar to.5. de cenſur.diſp.27.ſect.1. verſ.tertio principaliter n 17. cum ſeq.*

13 Epiſcopus abſoluere poteſt ab omni ſuſpenſione à Iure lata,& Papæ non reſeruata, vt pro adulterio, & alijs minoribus criminibus.*Na.conſ.4.de filijs Presb. n.2. p. 1.lib.1.ed.2.*Et facultas illi conceſſa diſpẽſandi *per c.6.de refor. ſeſſ.24. Conc.Trident.*

æquè

æquè extenditur ad irregularitates incurſas ob violationem ſuſpenſionum, ac ob alias cauſas. *Na.conſ.7.de cleric.excom.n.8. p.2. lib.5. ed.2.*

14 Epiſcopus, ſi ſuſpendit aliquem per disiunctionem, nempe ab officio, vel beneficio, ille à neutro ſuſpenſus eſt propter dubium, *gloſ. in cap.latores in verbo ab officio de Cleric. excom. depoſito vel interd.* cuius ſententia non videtur tuta, per ea quæ docet *Valer.Regin.in Prax. fo.Pœnit.lib.32. tract.2 num.21.* & propterea ſic ſuſpenſus, vel ab vtroque, *vt per d. gloſ.* tangitur, vel ab altero eorum, *ſecundùm ipſius ſententiam*, abſtinere debet.

15 Suſpendere cenſetur Epiſcopus, quando ſubditum in ſcriptis in ordinibus miniſtrare prohibet; nam, quando tantùm verbo, præſumitur ſolam ſimplicem prohibitionem facere. *Nau.conſ.3.de Præſump. n.3.p.1. lib.2. ed.2.*

16 Epiſcopi nullam ſuſpenſionis, vel interdicti incurrunt ſententiam, niſi in ſententia ſint expreſſi, *cap. quia periculoſum, de ſentent. excommun. in ſexto.*

Syno-

Synodus, vide Abbas num. 5. 14. 15. *Statutum num.* 1.

1 Qvilibet Epiſcopus in ſua Diœceſi ſemel in anno ſynodum conuocare debet. *Trid. cap. 2. ſeſſ. 24. de Reform.* At, ſi legitimè fuerit impeditus, poteſt deputare aliquem in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutum, qui loco ipſius ſynodo præſit, & illam celebret. *Paul. Piaſ. in ſua Prax. Epiſc. p. 2. tit. de Synodo n. 1.*

2 Ad Diœceſanam Synodum citandi ſunt exempti omnes, qui aliàs ceſſante exemptione intereſſe deberent, & Capitulis generalibus non ſubduntur. Ratione tamen Parochialium, aut aliarum ſecularium Eccleſiarum, etiam annexarum citādi ſunt ij, qui illarum curam gerunt, quicūque illi ſint. *Trident. dicto cap. 2. §. Synodi quoque.* Sufficit autem vnica citatio, licet in iudicialibus trina requiratur, *gloſ. in cap. ſi Epiſcopus in verbo Perceptione Regia, diſt. 18.*

3 Non ſolùm Diœceſani, ſed etiam Rectores, qui nullius Diœceſis ſunt, tenentur accedere ad Synodum Diœceſanam illius Epiſcopi, qui tanquam proximior, virtute eiuſdem. *Trident. d. ſeſſ. 24. cap. 4.* poteſt viſitare eorum Eccleſias. *Ex S. Cong. Concil. ad d. c. 2. verb. ad quas exemptiones, & Sayr. in floribus deciſ. ſub tit. de offic. ord. deciſ. 11.*

Præ-

4 Prælati exempti ratione membrorum non exemptorum tenentur ire ad Synodum, & coram Epiſcopo poſſunt conueniri, & ab eodem puniri, ſi in membris delinquant. *Henric. Botter. de Synodo Epiſcopi p. 1. nu. 9. 62. & ſeq. Trid. cap 2. ſeſſ. 24. de Reform.* licet enim quis probet exemptionem capitis, non ideo probauit exemptionem membrorum, *gloſ. in cap. ex ore in verb. Quæ non probantur, de priuil. vbi Innoc. nu. 2.*

5 Legitimæ cauſæ, excuſantes citatos de non accedendo ad Synodum, ſunt videlicet; ſi in citatione cauſa iniuſta exprimeretur, & idem ſi ſciretur, Synodum congregari per Epiſcopum propter malam cauſam, & eſſet talis cauſa, cui contradicere non auderent, ſi præſentes eſſent, puta ſi eſſent ſuper fauore præſtando Principi excommunicato. *Innocent. in c. quod ſuper his, de maiorit. & obedient. Felin. in c. veniens n. 4. de accuſat.* Item excuſantur, ſi eſſent infirmitate, ſenectute, neceſſitate, & alia grauiori cauſa detenti, *arg. c. Epiſcopus il primo, diſt. 18.* Sunt & aliæ cauſæ excuſantes, *de quibus apud Henricum Bot. de Synodo Epiſcopal. par. 2. à n. 56* inter quas *nu. 58.* enumerat peſtem, ſi ſit magna, ſecus ſi parua.

6 Legitimè impeditus accedendi ad Synodum, poteſt impedimentum probare per vnum teſtem cum ſuo iuramẽto. *Gloſſ. in can. placuit, vt quotieſcumque, verbo ratio-*

rationem diſt.18.ibique Card.de Turrecrem. nec per hoc, quod accedere non poteſt, tenetur mittere Procuratorem. *Henric.ſupra n.68.* Sed ſatis eſt, quod ſe excuſet per Nuncium fide dignum cum litteris impedimentorum, *c.prudentiam in princip.& ibi gloſ.de offic.deleg.gloſ.& Abb.in c.bona il primo de electione.*

7 Epiſcopus non poteſt facere, quod ij, qui non habent votum deciſiuum in Synodo Diœceſana, dent votum. *Mareſcot.ſenior var.reſol.lib.1. c.69.n.26.*

Teſtamentum, vide Bona Epiſcopalia nu.6. Hæreditas num. 1.5. Legatum nu. 1.6.9. Profeſſio num. 3.

1 EPiſcopus in bonis patrimonialibus, & in his, quæ ab Eccleſia non habuit, poteſt teſtamentum facere, & hæredem quem voluerit, etiam omiſſa propria Eccleſia, inſtituere. At in ijs, quæ habuit ab Eccleſia, non poteſt, quia cedunt Eccleſiæ, *can.Epiſcopi 12.q.1.& can. ſeq.& quæſt. 5.per totum, Couar.de teſtam.cap.1. num. 3.*

2 Commutationes vltimarum voluntatum non mandantur executioni, niſi priùs Epiſcopus ſummariè, & extraiudicialiter cognoſcat, non fuiſſe tacitam veritaté, vel falſitatem narratam in precibus. *Trid. ſeſſ. 22.de reform. cap.6.*

Teſtam-

3 Teſtandi licentia, facta Epiſcopo per Pontificem, non expirat primo actu, ſed virtute illius licet Epiſcopo toties quoties libuerit teſtamẽtum facere vſque ad mortem, ac priùs factum reuocare. *Sanchez de matrim. lib. 8. diſp. 1. n. 18. Rota Romana decis. 47. n. 1. & 11. p. 1. in nouiſſimis.*

4 Quando clericus, & laicus ſunt executores teſtamenti, Iudex Eccleſiaſticus compellit laicum ratione clerici adiuncti. *Iaſ. in l. ſi emancipati col. 4. in princ. C. de collat. Rob. Maranta de ord. iud. p. 4. diſt. 11. nu. 19.*

5 Si teſtator ſpecificè non prouidit de executore in relictis pauperibus, vel pro redemptione captiuorũ, debet Epiſcopus, tanquam Pater pauperum, exequi. *Abb. in c. nos quidem de teſtam. n. 3.*

6 Epiſcopus compellit executores teſtamenti ad exequendas pias voluntates defunctorum, etiamſi à teſtatore id contingeret interdici, *c. tua nobis il 17. de teſtament. vbi gloſ. verbo interdici, & Couar. num. 6.*

7 Epiſcopum ſupplere negligentiam executoris teſtamenti in omnibus relictis, etiam ad non pias cauſas, valdè probabile eſt. *Videatur Abb. ſupra num. 8. & Couar. in c. ſi hære: nu. 3. verſ. eadem verò, de Teſtament.*

8 Epiſcopus rationem exigit à Religioſis etiam exemptis de teſtamentorum executionibus, quas geſſerunt: &, ſi malè geſſerint,

ſerint,ab eodem puniuntur, *clem.vnica de Teſtament.*

9 Teſtator fundans cappellã,non poteſt eam eximere ab Epiſcopi poteſtate. *Abb.in c.dilectus n.4.de conſuet.*

10 Monachus,in Epiſcopum translatus, abſque conceſſione Papæ teſtari non poteſt. *D.Tho.2.2.q.185 art.8.ad tertium*; nec teſtamentum ante profeſſionem factum reuocare. *Sanchez tom.2.decal.lib.7.cap.11. num. 6.*

11 Teſtatoris mandata exequi non ſolùm poteſt,ſed etiam de præcepto tenetur Epiſcopus, conſtito de negligentia executorum. *Barbeſ.de poteſt. Epiſc. p.3. alleg.82. n. 26.* At illius voluntatem mutare non poteſt, ſed Papa ſolùm ex cauſa. *Nauar. conſil. 5. de prabend. num. 3. part. 1. lib.3. edit. 2.*

12 Epiſcopus Iudici laico inhibere poteſt,ne teſtamentum inceſtuoſi exequatur. *Bertach.in tractatu de Epiſc.in 4.par. quinti libri q. 6. & 30. & Corradus lib. 2. cap.5. de Epiſcop. §. quarto de dignit. & poten. Epiſcop.*

13 Teſtari poſſunt Epiſcopi, & Clerici in Vrbe, & diſtrictu decedentes de omnibus eorum bonis,etiam ex fructibus beneficiorum,licitè tamen acquiſitis, & de illis diſponere etiam ad fauorem incapacium, excluſa Reuerenda Camera Apoſtolica. *Ex Bulla Iulij Tertij edita anno 1550.incip. Cupientes vt Alma Vrbs, regiſtrata in Bullar.*

lar. vlt. edit. tom. 1. pag. 695. de qua plura Nau.conſ.3.de teſtam. per totũ. p.1.lib.3.ed. 2. Attendenda tamen eſt in hac re conſt. 18. aliàs 14. Pauli V. edita anno 1606. incip. In eminenti, regiſtrata in Bullar. vlt. edit. to.3. pag. 299.

14 Monaſterium, quod non poteſt conſtrui in loco per teſtatorem electo, debet arbitrio executoris, & Epiſcopi alibi conſtrui, ſicut & pecunia legata Ciuitati ad ſpectaculum, quod in ea fieri non licet, adhibito conſilio hæredum, & primorum Ciuitatis in aliam rem conuerti debet. *Conar. in c. 3. de teſtam. n. 9. per text. in authent. de Eccleſ. tit. §. ſi quis in nomine magni Dei, collat. 9.*

15 Hæres, negligens per annum ſoluere legatum factum Eccleſiæ, ad duplum poteſt conueniri: &, ſi præmiſſa bina admonitione facta ab Epiſcopo per publicum nuncium, nihilominus exequi non curauerit, etiam ante annum priuatur cõmodis ex teſtamento ei delatis. *Conar. in c. ſi hæres n. 5. vbi ſupra.*

Teſtis, vide Denunciatio nu. 4. Falſitas num. 3. 4. & 5. Probatio num. 3.

1 EPiſcopus poteſt eſſe teſtis in cauſa Eccleſiæ ſuæ, quando vniuerſaliter pro Eccleſia agitur: ſecus ſi ſpecialiter pro bonis

bonis Eccleſiæ de menſa Epiſcopali exiſtentibus. *Maſcard. de probat. concl. 624. Epiſcopus vol. 2.*

2 Epiſcopus, vbi eius dicto tanquam teſtis quis vti vult, debet voce, non litteris etiam ſigillatis teſtificari. *Maſcard. ſupra concluſ. 1303. num. 40. incip. non modica vol. 3.*

3 Licet regulariter non poſſit Epiſcopus compelli ad ferendum teſtimonium; poterit tamen per ſuperiorem compelli in defectum aliarum probationum. *Abb. in c. cum Nuntius nu. 5. de teſtib. & atteſt. verſ. de Epiſcopis.* In foro verò ſeculari hoc habet priuilegium, vt ei credatur vt teſti ſine iuramento. *Abb. in c. nuper vobis de teſtib. n. 3. Felin. ibid. eod. n. 3.*

4 Non ſufficit probare per teſtes, quod Papa pronuntiauerit aliquem Epiſcopum, vt recipiatur ab Eccleſia tanquam Epiſcopus; ſed opportet, quod probetur per litteras Papæ. *Abb. in c. noſti n. 4. & c. qualiter n. 1. de electione.* At collatio Epiſcopi probari poteſt per teſtes ſine alia ſcriptura Epiſcopi. *Rota deciſ. 38. de probationibus in antiquis.*

5 Iudex Eccleſiaſticus non debet, nec poteſt in criminalibus controuerſijs, clericis facultatem præſtare, vt coram Magiſtratibus ſecularibus contra reum teſtimonium proferant: quam ſi de facto præſtiterit, non eſt ei obtemperandum. *Diaz. infra nu. 26.* At ad defenſionem, & tutelam rei accu-

accuſati, & in ciuilibus controuerſijs poteſt illam præſtare. *Diaz. in pract. crim. can. cap. 101. n. 23.* vbi ſubdit quod ſi clerici in his caſibus abſque præfata licentia deponant, eorum teſtimonium non vitiatur, licet male faciant.

6 Clericus ferens teſtimonium in fauorem rei, non incurrit irregularitatem. quando mors ſequitur accuſatori, eò quod reus inuentus ſit innocens, & accuſator compertus ſit in iudicio calumniator. *Auila de cenſur. p. 7. diſp. 5. ſect. 2. dub. 13. Vgolin. Suar. & alij apud Bonacin. to. 1. de cenſur. in communi diſp. 7. q. 4. pun. 3. nu. 4.*

7 Ad condemnationem Epiſcopi Cardinalis requiruntur 72. teſtes, *can. Præſul. 2. q. 5. Sayr. in claui regia lib. 12. cap. 21. nu. 26.*

8 Archiepiſcopus non poteſt compellere ſubditos ſuffraganei ad perhibendum teſtimonium. *Io. Aloyſ. Ricc. in ſua praxi for. Eccleſ. reſol. 458.*

9 Ad hoc, vt clericatus dicto vnius teſtis probetur, requiritur, vt teſtis deponat, ſe vidiſſe illum ab Epiſcopo ordinari. *Nau. conſ. 3. de ſucceſſ. ab inteſtat. nu. 1. p. 1. lib. 3. edit. 2.*

10 Si cauſa, ob quam ab Epiſcopo petitur diſpenſatio, vera ſit, ſed probetur falſis teſtibus, vt ſi teſtes conſcij non erant talis cauſæ, vel ſi putabant, illam non eſſe verã, valida eſt diſpenſatio. *Sanchez de matrim. lib. 8. diſp. 21. n. 33.*

Cor-

bonis Eccleſiæ de menſa Epiſcopali exiſtentibus. *Maſcard. de probat. concl. 624. Epiſcopus vol. 2.*

2 Epiſcopus, vbi eius dicto tanquam teſtis quis vti vult, debet voce, non litteris etiam ſigillatis teſtificari. *Maſcard. ſupra concluſ. 1303. num. 40. incip. non modica vol. 3.*

3 Licet regulariter non poſſit Epiſcopus compelli ad ferendum teſtimonium; poterit tamen per ſuperiorem compelli in defectum aliarum probationum. *Abb. in c. cum Nuntius nu. 5. de teſtib. & atteſt. verſ. de Epiſcopis.* In foro verò ſeculari hoc habet priuilegium, vt ei credatur vt teſti ſine iuramento. *Abb. in c. nuper vobis de teſtib. n. 3. Felin. ibid. eod. n. 3.*

4 Non ſufficit probare per teſtes, quod Papa pronuntiauerit aliquem Epiſcopum, vt recipiatur ab Eccleſia tanquam Epiſcopus; ſed opportet, quod probetur per litteras Papæ. *Abb. in c. noſti n. 4. & c. qualiter n. 1. de electione.* At collatio Epiſcopi probari poteſt per teſtes ſine alia ſcriptura Epiſcopi. *Rota deciſ. 38. de probationibus in antiquis.*

5 Iudex Eccleſiaſticus non debet, nec poteſt in criminalibus controuerſijs, clericis facultatem præſtare, vt coram Magiſtratibus ſecularibus contra reum teſtimonium proferant: quam ſi de facto præſtiterit, non eſt ei obtemperandum. *Diaz. infra nu. 26.* At ad defenſionem, & tutelam rei accu-

accuſati, & in ciuilibus controuerſijs poteſt illam præſtare. *Diaz.in pract.crim.can. cap.101.n.23.* vbi ſubdit quod ſi clerici in his caſibus abſque præfata licentia deponant, eorum teſtimonium non vitiatur, licet male faciant.

6 Clericus ferens teſtimonium in fauorem rei, non incurrit irregularitatem. quando mors ſequitur accuſatori, eò quod reus inuentus ſit innocens, & accuſator compertus ſit in iudicio calumniator. *Auila de cenſur.p.7.diſp.5. ſect.2.dub.13.Vgolin.Suar. & alij apud Bonacin. to.1. de cenſur.in communi diſp.7.q.4.pun.3. nu.4.*

7 Ad condemnationem Epiſcopi Cardinalis requiruntur 72. teſtes, *can. Præſul. 2. q. 5. Sayr. in claui regia lib. 12. cap. 21. nu. 26.*

8 Archiepiſcopus non poteſt compellere ſubditos ſuffraganei ad perhibendum teſtimonium. *Io.Aloyſ.Ricc.in ſua praxi for. Eccleſ. reſol. 458.*

9 Ad hoc, vt clericatus dicto vnius teſtis probetur, requiritur, vt teſtis deponat, ſe vidiſſe illum ab Epiſcopo ordinari. *Nau. conſ.3. de ſucceſſ.ab inteſtat.nu.1.p.1. lib.3. edit. 2.*

10 Si cauſa, ob quam ab Epiſcopo petitur diſpenſatio, vera ſit, ſed probetur falſis teſtibus, vt ſi teſtes conſcij non erant talis cauſæ, vel ſi putabant, illam non eſſe verã, valida eſt diſpenſatio. *Sanchez de matrim. lib.8.diſp.21.n.33.*

Cor-

11 Corpore vitiati non ſolùm ab ordinibus ſacris repelluntur, ſed etiam à teſtimonio ferendo in criminalibus cauſis contra clericum. *Diaz. ſupra cap. 17. n. 17.* quod temperandum eſt, *vt per Couar. practic. qq. c. 18. nu. 2.*

12 Probabile eſt, teſtem non peccare contra iuſtitiam, ſi fugit poſt citationem, aut aliqua arte, vel fraude vtitur, vt euitet teſtimonium, poſtquam iuridicè, & legitimè à Curia Epiſcopali citatus eſt; quia citatio Superioris non imponit citato obligationem iuſtitiæ, ſed obedientiæ ad teſtãdum. *Molin. Leſſ. & alij apud Bonacin. tract. de legibus diſput. 10. q. 3. punct. 3. num. 13. tom. 2.*

13 Teſtificatio, ſeù confeſſio Prælati, licet regulariter non præiudicet Eccleſiæ, *vt per gloſ. in cap. 2. de teſtibus in 6.* Præiudicat tamen, ſi ſit aliundè adminiculata, vel geminata, & ſæpius repetita, vel quando facta eſt in iudicio per modum contẽtioſæ iuriſdictionis, vel quando concernit actum geſtum ab ipſomet Prælato, qui cõfitetur. *Aloyſ. Ricc. collectanearum par. 7. collect. 3132.*

Titularis Epiſcopus, vide Ordo num. 2.

1 Titularis Epiſcopus ſine expreſſa proprij Epiſcopi licentia, aut litteris

teris dimiſſorijs nullum ordinare poteſt, etiamſi in loco nullius Diœceſis, vel exempto reſederit, non obſtante quouis priuilegio. *Trid. ſeſſ. 14. de refor. c. 2.*

2 Epiſcopus titularis non amittit penſionem ob eius promotionem. *Flamin. Pariſ. de reſignat. benefic. to. 1. lib. 3. q. 1. nu. 10.* neque per conſecrationem beneficia ante quæſita, niſi adipiſcatur poſſeſſionem ſui Epiſcopatus. *Nauar. conſ. 14. de elect. n. 2. & 3. p. 1. lib. 3. ed. 2.*

3 Titularis Epiſcopus, carens clero, & populo, non acquirit ſuo Epiſcopatui non habenti clerum, nec populum. *Nau. conſ. 7. de ſolution. n. 20. vbi ſupra.*

4 Acquiſita à Religioſo in Epiſcopatu titulari, non acquiruntur Monaſterio, vt quidam putauerunt; ſed Pontifici. *Azor inſtit. mor. p. 1. lib. 12, c. 10. q. 7. in fine.*

Titulus, *vide Ordo num.* 9. 10. 14. *Patrimonium num.* 1. 2.

1 Epiſcopus tenetur prouidere illi, cuius titulus, ad quem promotus fuit, chaſmate, vel alluuione perijt, ſi Pater non ſit ſoluendo. *Barboſ. de poteſt. Epiſc. p. 2. alleg. 20. n. 11. & 13.* Inſuper & ſupplere titulum ordinato habenti illum, ſed non ſufficientem. *Iacob. de Graff. in aur. deciſ. lib. 3. c. 2. n. 19. Henriq. in ſumma lib. 10. c. 17. §. 3. ſub littera Q. & R.*

Si

2 Si Epiſcopus, vel alius ſuperior approbat titulum alicuius, non poteſt amplius eum vexare, dummodò ius commune non reſiſtat. *Felin. in cap. licet de ſimonia num. 8.*

3 Epiſcopus de nouo creatus poteſt, cogere clericum ſubditum antiquum poſſeſſorem oſtendere titulum ſui beneficij. *Felin. ſupra n.12.*

4 Confeſſio facta Sacerdoti, cui Epiſcopus facultatem audiendi confeſſiones fictè conceſſit, non eſt irrita, quia adeſt error communis, & titulus præſumptus collatus à legitimo ſuperiore. *Sanchez de matrim. lib. 3. diſp. 22. n. 64.*

Tranſlatio Beneficiorum ob collapſas Eccleſias, vide Eccleſia num. 9.

1 Epiſcopus, vt delegatus poteſt Eccleſias Parochiales, & non Parochiales transferre in Matrices, aut aliàs Eccleſias pro ſuo arbitrio, ſi ſint lapſæ, vel labantur, & ob inopiam nequeant inſtaurari. *Trid. ſeſſ. 21. de reform. c. 7.*

2 Eccleſiam, quam minantem ruinam populus non vult reparare, diruenda. In quos vſus non ſordidos ruinæ ipſius ſint conuertendæ, relinquitur arbitrio Epiſcopi: et, ſi vendantur, pretium conuerti debet in vtilitatem Eccleſiæ arbitrio eiuſdem

 Epiſco.

Epiſcopi. *Ita Sac.Cong.Concil.Trid.ad d.c.1. declaraſſe fertur.*

3 Facultas transferendi Eccleſias collapſas non competit Vicario Generali, niſi de mandato ſpeciali Epiſcopi. *Ex eadem S.Congr. loc.cit.*

Tutela.

1 EPiſcopus nullam tutelam ſuſcipere debet, niſi miſerabilium perſonarum, quarum bona perirent, niſi ipſe ſuccurreret. *Authen. de Sanctis Epiſc. §. Deo autem amabilis. Authent.Presbyteros 3. C. de Epiſc. & Cleric. Lud. Mol. de iuſt. & iu. tract.2.diſp.221.verſ.Epiſcopus*. Quo caſu non per ſe ipſum, ſed per Archipresbyterum, aut Archidiaconum id agere debet, *can.Epiſcopus il 3.diſt.88.Syl.in verbo Tutela q.3.*

2 Clericus tutelam legitimam ſuſcipere poteſt, ſi velit, non tamen datiuam, vel teſtamentariam, niſi in ſubſidium; hoc eſt quando Pupilli eſſent pauperes, vel miſerabiles perſonæ, nec aptior ipſo ad tale gubernium inueniri poſſet. Imò tunc per Epiſcopum ad id compelli poſſet, ſi renueret, *cap.fin. diſt. 86. cap.1. diſt. 88. Graff. in deciſ.aur.p.2,lib.3.c.2.num.12. & alij apud Carol. de Graff. de effectib.Cleric. effectu 16. n.17.& 18.*

3 Tutor non poteſt per Epiſcopum ad Ordines admitti, niſi depoſita tutela, &

reddita ratione præteritæ adminiſtrationis, *c.1.d.53. & c. vnico de obligat. ad Ratiocin. vbi omnes ſcribentes, Paul. Montan. in tract. de tut.c.31.regul.1. n.199.*

4 Si Clerico ſit aliquid legatum cum conditione, vt ſuſcipiat tutelam filiorum teſtatoris, poterit ea non obſtante legatū conſequi, & à tutela ſe excuſare. *Alber. in Auth. Presbyteros n.2. C.de Epiſc.& Cler. & alij apud Corol.de Graſſ. d. effect.16. n.4. vbi nu. 6.* hoc idem affirmat de Epiſcopo, qui non poteſt eſſe tutor, niſi quando aliter miſerabilibus perſonis ſuccurri non poteſt.

5 Clerico minori per Iudicem Eccleſiaſticum dandus eſt tutor. *Bar. in l. 1. ff. de Tut. & Cur. datis ab his &c. Ruin. conſ. 89. n.7. vol.5. Roland. à Valle, & alij apud eundem Car.de Graſſ.effectu 1. nu.958.* Quod ſi d. Clericus minor litigaret coram Iudice ſeculari, poſſet dari Curator ab illo Iudice, coram quo lis eſſet ventilanda, etiā ſi aliàs eſſet incompetens. *Rober.Marantà de Ord. Iudiciorum p.4. diſt.11. n.64. ex deciſione Rotæ 207. in Antiq. Decius conſ. 150. num.7. tom.1.* Sicut è conuerſo Iudex Eccleſiaſticus dat Curatorem liti, quando minor Laicus litigat coram eo, *vt per eundem Marantam n. 13. vbi ſup.*

Vaga-

Vagabundus, vide Peregrinus, Velatio Virginum, vide Virginum conſecratio, Venditio, vide Sacrilegium num. 3.

1 EPiſcopus poteſt laicos compellere, vt frumentum, & alias res vendant tempore penuriæ. *Barboſ. de poteſt. Epiſc. p. 3 alleg. 82. n. 8.* Item vt eodem pretio merces, & res victui neceſſarias peregrinis, & hoſpitibus vendant, quo publicè ab incolis vendi ſolent. *Abb. in cap. placuit n. 5. & 6. de empt. & vend. Tiraq. de priuil. pia cauſa priuil. 149.*

2 Epiſcopi officium eſt decernere, nè Clerici vendant triticum, ſiuè quid aliud ſimile vltra id, quod à ſecularium ſtatuto, ſeù lege iuſte taxatum eſt; nam licet ij ſtatutis, ſeù ſecularibus legibus non ſubijciantur, ſubiecti tamen ſunt legi naturali, & diuinæ, quæ præcipit, nè quis ſua vltrà iuſtum pretium vendat. *Nauar. cap. 23. ſum. n. 88. Lud. Moliη. de contract. diſp. 364. n. 14. Azor. inſtit. moral. p. 1. lib. 5. c. 12. q. 4. Eman. Rodriq. in ſum. caſ. conſc. p. 1. c. 195. concl. 1.*

3 Epiſcopus ad obuiandum ſubditorum peccatis non poteſt prohibere, ne vendãtur res, quibus quis poteſt benè vti, & credit benè vſuros, quamuis plures homines ad malum vtantur, vt ſunt chartæ luſoriæ, taxilli, fuci, pigmenta, arma tempore belli

illiciti &c. Imò nec prohibere poteſt venditionem Idoli Gentili, qui eo creditur abuſurus, ſi ex aliqua rationabili cauſa fiat, & ſi ſecus ſi abſque cauſa. *Bonacin. de Reſtit. diſp. 3. q. 2. pun. 2. num. 12, & 13. tom. 2.*

4 Sacræ res Eccleſiæ, vt Calices &c. poſſunt per Epiſcopum, & ceteros, ad quos ſpectat, ex cauſa vendi etiam integra, & non mutata forma, quatenùs propter materiam, & operam æſtimabilia ſunt, ſed perſonis Eccleſiaſticis ad vſus ſacros. Nam ſi hominibus profanis vendenda eſſent, priùs opporteret confringere. *Syl. verb. Simonia q. 12. Nau. cap. 23. Sum. n. 108. Gregor. de Val. to. 3. 22. q. 16. de Simonia punct. 2. verſ. prioris generis.*

5 Domum, ſeu agrum loci ſacri conſtructioni, ſeu amplificationi neceſſarium, vel vtilem pauco domini detrimento poteſt Epiſcopus cogere vendi. *Sà in aphor. verbo Venditio n. 25.*

Veſtis, vide Habitus per totum.

1 CLerici penſiones, vel beneficia obtinentes ſummam ducatorum ſexaginta de camera excedentia, tonſuram, & veſtes talares deferre debent. Aliàs beneficia ipſo facto vacant, & tanquam vacantia impetrari poſſunt. Penſiones verò remanent extinctæ. *Ex Conſt. Sixti V. incip. Paſtoralis eſt cura, regiſt. in Bullar. vlt. edit. tom. 2.*

tom. 2. pag. 654. immediatè poſita poſt 92. Conſt. eiuſdem Pont. Sunt autem in hac re iudicandæ veſtes talares, quæ iuxtà loci conſuetudinem Clericis ſunt decentes, quamuis non ſint nimis longæ, neque ad pedes deſcendant. *Viuald. in Candel. Aur. in expoſ. d. Conſtitutionis poſita in fine Candel. n. 9. verſ. tertia aſſertio, Garz. de benefic. p. 7. c. 1. n. 21. & 22. fauent dicta in verb. Habitus n. 2.*

2 In pœnam d. Conſtitutionis Sixti V. non incidunt Clerici, qui ratione paupertatis, vel ex corporis neceſſitate, congruẽtem veſtem geſtare non valent; neque ſi propter aliquod veriſimile periculum transformari cogantur, *cap. Clerici el 2. iuncta gloſ. in verbo cauſa de vita, & honeſt. Cleric. Carolus de Graſſ. de effectibus Cleric. effectu 1. nu. 1124. & ſeq. fauet Iul. Clar. in pract. crim. §. fin. q. 36. verſ. quæro nunc.* Neque ſi ratione itineris, vel peregrinationis, ſeu alterius rationabilis cauſæ, veſtibus breuioribus vtantur, *c. Epiſcopi 21. q. 4* Neq. ſi non portent duas veſtes longas: nam ſufficit, quod veſtis ſuperior ſit Clericalis, & cooperiat interiorem. *Viuald. verſ. quarta aſſertio, Garzias nu. 23. vbi ſup.* etiamſi interior eſſet merè laicalis, ſi non appareat. *Carol. de Graſſ. n. 1186. loc. cit.*

3 Epiſcopus tenetur cogere Clericos ad ſeruandum Canones antiquos de veſtitu, victu, & alijs eorum moribus diſponentes, ſiuè ſint in viridi obſeruantia, ſiuè non.

bonis Eccleſiæ de menſa Epiſcopali exiſtentibus.*Maſcard. de probat.concl.624.Epiſcopus vol. 2.*

2 Epiſcopus, vbi eius dicto tanquam teſtis quis vti vult, debet voce, non litteris etiam ſigillatis teſtificari. *Maſcard. ſupra concluſ. 1303. num. 40. incip. non modica vol. 3.*

3 Licet regulariter non poſſit Epiſcopus compelli ad ferendum teſtimonium; poterit tamen per ſuperiorem compelli in defectum aliarum probationum. *Abb. in c. cum Nuntius nu. 5. de teſtib. & atteſt. verſ. de Epiſcopis.* In foro verò ſeculari hoc habet priuilegium, vt ei credatur vt teſti ſine iuramento. *Abb. in c. nuper nobis de teſtib. n. 3. Felin. ibid. eod. n. 3.*

4 Non ſufficit probare per teſtes, quod Papa pronuntiauerit aliquem Epiſcopum, vt recipiatur ab Eccleſia tanquam Epiſcopus; ſed opportet, quod probetur per litteras Papæ. *Abb. in c. noſti n. 4. & c. qualiter n. 1. de electione.* At collatio Epiſcopi probari poteſt per teſtes ſine alia ſcriptura Epiſcopi. *Rota deciſ. 38. de probationibus in antiquis.*

5 Iudex Eccleſiaſticus non debet, nec poteſt in criminalibus controuerſijs, clericis facultatem præſtare, vt coram Magiſtratibus ſecularibus contra reum teſtimonium proferant: quam ſi de facto præſtiterit, non eſt ei obtemperandum. *Diaz. infra nu. 26.* At ad defenſionem, & tutelam rei accu-

accuſati, & in ciuilibus controuerſijs poteſt illam præſtare. *Diaz. in pract. crim. can. cap. 101. n. 23.* vbi ſubdit quod ſi clerici in his caſibus abſque præfata licentia deponant, eorum teſtimonium non vitiatur, licet male faciant.

6 Clericus ferens teſtimonium in fauorem rei, non incurrit irregularitatem. quando mors ſequitur accuſatori, eò quod reus inuentus ſit innocens, & accuſator compertus ſit in iudicio calumniator. *Auila de cenſur. p. 7. diſp. 5. ſect. 2. dub. 13. Vgolin. Suar. & alij apud Bonacin. to. 1. de cenſur. in communi diſp. 7. q. 4. pun. 3. nu. 4.*

7 Ad condemnationem Epiſcopi Cardinalis requiruntur 72. teſtes, *can. Præſul. 2. q. 5. Sayr. in claui regia lib. 12. cap. 21. nu. 26.*

8 Archiepiſcopus non poteſt compellere ſubditos ſuffraganei ad perhibendum teſtimonium. *Io. Aloyſ. Ricc. in ſua praxi for. Eccleſ. reſol. 458.*

9 Ad hoc, vt clericatus dicto vnius teſtis probetur, requiritur, vt teſtis deponat, ſe vidiſſe illum ab Epiſcopo ordinari. *Nau. conſ. 3. de ſucceſſ. ab inteſtat. nu. 1. p. 1. lib. 3. edit. 2.*

10 Si cauſa, ob quam ab Epiſcopo petitur diſpenſatio, vera ſit, ſed probetur falſis teſtibus, vt ſi teſtes conſcij non erant talis cauſæ, vel ſi putabant, illam non eſſe verã, valida eſt diſpenſatio. *Sanchez de matrim. lib. 8. diſp. 21. n. 33.*

Cor-

11 Corpore vitiati non ſolùm ab ordinibus ſacris repelluntur, ſed etiam à teſtimonio ferendo in criminalibus cauſis contra clericum. *Diaz. ſupra cap. 17. n. 17.* quod temperandum eſt, *vt per Couar. practic. qq. c. 18. nu. 2.*

12 Probabile eſt, teſtem non peccare contra iuſtitiam, ſi fugit poſt citationem, aut aliqua arte, vel fraude vtitur, vt euitet teſtimonium, poſtquam iuridicè, & legitimè à Curia Epiſcopali citatus eſt; quia citatio Superioris non imponit citato obligationem iuſtitiæ, ſed obedientiæ ad teſtãdum. *Molin. Leſſ. & alij apud Bonacin. tract. de legibus diſput. 10. q. 3. punct. 3. num. 13. tom. 2.*

13 Teſtificatio, ſeù confeſſio Prælati, licet regulariter non præiudicet Eccleſiæ, *vt per gloſ. in cap. 2. de teſtibus in 6.* Præiudicat tamen, ſi ſit aliundè adminiculata, vel geminata, & ſæpius repetita, vel quando facta eſt in iudicio per modum contẽtioſæ iuriſdictionis, vel quando concernit actum geſtum ab ipſomet Prælato, qui cõfitetur. *Aloyſ. Ricc. collectanearum par. 7. collect. 3132.*

Titularis Epiſcopus, vide Ordo num. 2.

1 Titularis Epiſcopus ſine expreſſa proprij Epiſcopi licentia, aut litteris

teris dimiſſorijs nullum ordinare poteſt, etiamſi in loco nullius Diœceſis, vel exempto reſederit, non obſtante quouis priuilegio. *Trid. ſeſſ. 14. de refor. c. 2.*

2 Epiſcopus titularis non amittit penſionem ob eius promotionem. *Flamin. Pariſ. de reſignat. benefic. to. 1. lib. 3. q. 1. nu. 10.* neque per conſecrationem beneficia ante quæſita, niſi adipiſcatur poſſeſſionem ſui Epiſcopatus. *Nauar. conſ. 14. de elect. n. 2. & 3. p. 1. lib. 3 ed. 2.*

3 Titularis Epiſcopus, carens clero, & populo, non acquirit ſuo Epiſcopatui non habenti clerum, nec populum. *Nau. conſ. 7. de ſolution. n. 20. vbi ſupra.*

4 Acquiſita à Religioſo in Epiſcopatu titulari, non acquiruntur Monaſterio, vt quidam putauerunt; ſed Pontifici. *Azor inſtit. mor. p. 1. lib. 12, c. 10. q. 7. in fine.*

Titulus, vide Ordo num. 9. 10. 14. Patrimonium num. 1. 2.

1 EPiſcopus tenetur prouidere illi, cuius titulus, ad quem promotus fuit, chaſmate, vel alluuione perijt, ſi Pater non ſit ſoluendo. *Barboſ. de poteſt. Epiſc. p. 2. alleg. 20. n. 11. & 13.* Inſuper & ſupplere titulum ordinato habenti illum, ſed non ſufficientem. *Iacob. de Graff. in aur. deciſ. lib. 3. c. 2. n. 19. Henriq. in ſumma lib. 10. c. 17. §. 13. ſub littera Q. & R.*

Si

2 Si Epiſcopus,vel alius ſuperior approbat titulum alicuius, non poteſt amplius eum vexare, dummodò ius commune non reſiſtat. *Felin. in cap. licet de ſimonia num. 8.*

3 Epiſcopus de nouo creatus poteſt, cogere clericum ſubditum antiquum poſſeſſorem oſtendere titulum ſui beneficij. *Felin. ſupra n. 12.*

4 Confeſſio facta Sacerdoti, cui Epiſcopus facultatem audiendi confeſſiones fictè conceſſit, non eſt irrita, quia adeſt error communis, & titulus præſumptus collatus à legitimo ſuperiore. *Sanchez de matrim. lib. 3. diſp. 22. n. 64.*

Translatio Beneficiorum ob collapſas Eccleſias, vide Eccleſia num. 9.

1 EPiſcopus, vt delegatus poteſt Eccleſias Parochiales, & non Parochiales transferre in Matrices, aut aliàs Eccleſias pro ſuo arbitrio, ſi ſint lapſæ, vel labantur, & ob inopiam nequeant inſtaurari. *Trid. ſeſſ. 21. de reform. c. 7.*

2 Eccleſiam, quam minantem ruinam populus non vult reparare, diruenda. In quos vſus non ſordidos ruinæ ipſius ſint conuertendæ, relinquitur arbitrio Epiſcopi: et, ſi vendantur, pretium conuerti debet in vtilitatem Eccleſiæ arbitrio eiuſdem Epiſco-

Epiſcopi. *Ita Sac. Cong. Concil. Trid. ad d. c. 7. declaraſſe fertur.*

3 Facultas transferendi Eccleſias collapſas non competit Vicario Generali, niſi de mandato ſpeciali Epiſcopi. *Ex eadem S. Congr. loc. cit.*

Tutela.

1 EPiſcopus nullam tutelam ſuſcipere debet, niſi miſerabilium perſonarum, quarum bona perirent, niſi ipſe ſuccurreret. *Authen. de Sanctis Epiſc. §. Deo autem amabilis. Authent. Presbyteros 3. C. de Epiſc. & Cleric. Lud. Mol. de iuſt. & iu. tract. 2. diſp. 221. verſ. Epiſcopus*. Quo caſu non per ſe ipſum, ſed per Archipresbyterum, aut Archidiaconum id agere debet, *can. Epiſcopus il 3. diſt. 88. Syl. in verbo Tutela q. 3.*

2 Clericus tutelam legitimam ſuſcipere poteſt, ſi velit, non tamen datiuam, vel teſtamentariam, niſi in ſubſidium; hoc eſt quando Pupilli eſſent pauperes, vel miſerabiles perſonæ, nec aptior ipſo ad tale gubernium inueniri poſſet. Imò tunc per Epiſcopum ad id compelli poſſet, ſi renueret, *cap. fin. diſt. 80. cap. 1. diſt. 88. Graff. in deciſ. aur. p. 2. lib. 3. c. 2. num. 12. & alij apud Carol. de Graſſ. de effectib. Cleric. effectu 16. n. 17. & 18.*

3 Tutor non poteſt per Epiſcopum ad Ordines admitti, niſi depoſita tutela, &

 red-

reddita ratione præteritæ adminiſtrationis, *c.1.d.53. & c. vnico de obligat. ad Ratiocin. vbi omnes ſcribentes, Paul. Montan. in tract. de tut.c.31.regul.1. n.199.*

4 Si Clerico ſit aliquid legatum cum conditione, vt ſuſcipiat tutelam filiorum teſtatoris, poterit ea non obſtante legatū conſequi, & à tutela ſe excuſare. *Alber. in Auth. Presbyteros n.2. C.de Epiſc.& Cler. & alij apud Corol.de Graſſ. d. effect.16. n.4. vbi nu. 6.* hoc idem affirmat de Epiſcopo, qui non poteſt eſſe tutor, niſi quando aliter miſerabilibus perſonis ſuccurri non poteſt.

5 Clerico minori per Iudicem Eccleſiaſticum dandus eſt tutor. *Bar. in l. 1. ff. de Tut. & Cur. datis ab his &c. Ruin. conſ. 89. n.7. vol.5. Roland. à Valle, & alij apud eundem Car.de Graſſ.effectu 1. nu.958.* Quod ſi d. Clericus minor litigaret coram Iudice ſeculari, poſſet dari Curator ab illo Iudice, coram quo lis eſſet ventilanda, etiā ſi alias eſſet incompetens. *Rober. Maranta de Ord. Iudiciorum p.4. diſt.11. n.64. ex deciſione Rotæ 207. in Antiq. Decius conſ. 150. num.7. tom.1.* Sicut è conuerſo Iudex Eccleſiaſticus dat Curatorem liti, quando minor Laicus litigat coram eo, *vt per eundem Marantam n. 13. vbi ſup.*

Vaga-

Vagabundus, vide Peregrinus, Velatio Virginum, vide Virginum conſecratio, Venditio, vide Sacrilegium num. 3.

1 EPiſcopus poteſt laicos compellere, vt frumentum, & alias res vendant tempore penuriæ. *Barboſ. de poteſt. Epiſc. p. 3 alleg. 82. n. 8.* Item vt eodem pretio merces, & res victui neceſſarias peregrinis, & hoſpitibus vendant, quo publicè ab incolis vendi ſolent. *Abb. in cap. placuit n. 5. & 6. de empt. & vend. Tiraq. de priuil. pia cauſa priuil. 149.*

2 Epiſcopi officium eſt decernere, nè Clerici vendant triticum, ſiuè quid aliud ſimile vltra id, quod à ſecularium ſtatuto, ſeù lege iuſte taxatum eſt; nam licet ij ſtatutis, ſeù ſecularibus legibus non ſubijciantur, ſubiecti tamen ſunt legi naturali, & diuinæ, quæ præcipit, nè quis ſua vltrà iuſtum pretium vendat. *Nauar. cap. 23. ſum. n. 88. Lud. Molin. de contract. diſp. 364. n. 14. Azor. inſtit. moral. p. 1. lib. 5. c. 12. q. 4. Eman. Rodriq. in ſum. caſ. conſc. p. 1. c. 195. concl. 1.*

3 Epiſcopus ad obuiandum ſubditorum peccatis non poteſt prohibere, ne vendātur res, quibus quis poteſt benè vti, & credit benè vſuros, quamuis plures homines ad malum vtantur, vt ſunt chartæ luſoriæ, taxilli, fuci, pigmenta, arma tempore belli

illiciti &c. Imò nec prohibere poteſt venditionem Idoli Gentili, qui eo creditur abuſurus, ſi ex aliqua rationabili cauſa fiat, & ſi ſecus ſi abſque cauſa. *Bonacin. de Reſtit. diſp. 3. q. 2. pun. 2. num. 12. & 13. tom. 2.*

4 Sacræ res Eccleſiæ, vt Calices &c. poſſunt per Epiſcopum, & ceteros, ad quos ſpectat, ex cauſa vendi etiam integra, & non mutata forma, quatenùs propter materiam, & operam æſtimabilia ſunt, ſed perſonis Eccleſiaſticis ad vſus ſacros. Nam ſi hominibus profanis vendenda eſſent, priùs opporteret confringere. *Syl. verb. Simonia q. 12. Nau. cap. 23. Sum. n. 108. Gregor. de Val. to. 3. 22. q. 16. de Simonia punct. 2. verſ. prioris generis.*

5 Domum, ſeu agrum loci ſacri conſtructioni, ſeu amplificationi neceſſarium, vel vtilem pauco domini detrimento poteſt Epiſcopus cogere vendi. *Sà in aphor. verbo Venditio n. 25.*

Veſtis, vide Habitus per totum.

1 Clerici penſiones, vel beneficia obtinentes ſummam ducatorum ſexaginta de camera excedentia, tonſuram, & veſtes talares deferre debent. Aliàs beneficia ipſo facto vacant, & tanquam vacantia impetrari poſſunt. Penſiones verò remanent extinctæ. *Ex Conſt. Sixti V. incip. Paſtoralis eſt cura, regiſt. in Bullar. vlt. edit. tom. 2.*

tom. 2. pag. 654. immediatè poſita poſt 92. Conſt. eiuſdem Pont. Sunt autem in hac re iudicandæ veſtes talares, quæ iuxtà loci conſuetudinem Clericis ſunt decentes, quamuis non ſint nimis longæ, neque ad pedes deſcendant. *Viuald. in Candel. Aur. in expoſ. d. Conſtitutionis poſita in fine Candel. n. 9. verſ. tertia aſſertio, Garz. de benefic. p. 7. c. 1. n. 21. & 22. fauent dicta in verb. Habitus n. 2.*

2 In pœnam d. Conſtitutionis Sixti V. non incidunt Clerici, qui ratione paupertatis, vel ex corporis neceſſitate, congruẽtem veſtem geſtare non valent; neque ſi propter aliquod veriſimile periculum transformari cogantur, *cap. Clerici el 2. iuncta gloſ. in verbo cauſa de vita, & honeſt. Cleric. Carolus de Graff. de effectibus Cleric. effectu 1. nu. 1124. & ſeq. fauet Iul. Clar. in pract. crim. §. fin. q. 36. verſ. quæro nunc.* Neque ſi ratione itineris, vel peregrinationis, ſeu alterius rationabilis cauſæ, veſtibus breuioribus vtantur, *c. Epiſcopi 21. q.* 4 Neq. ſi non portent duas veſtes longas: nam ſufficit, quod veſtis ſuperior ſit Clericalis, & cooperiat interiorem. *Viuald. verſ. quarta aſſertio, Garzias nu. 23. vbi ſup.* etiamſi interior eſſet merè laicalis, ſi non appareat. *Carol. de Graff. n. 1186. loc. cit.*

3 Epiſcopus tenetur cogere Clericos ad ſeruandum Canones antiquos de veſtitu, victu, & alijs eorum moribus diſponentes; ſiuè ſint in viridi obſeruantia, ſiuè non.

Trid. ſeſſ. 22. de refor. cap. 1. At ad obſeruandum eiuſmodi canones inſuetos Clerici non tenētur, donec Epiſcopus eos renouet. *Nau. comment. 4. de Regul. n. 27. verſ. Ex quibus colligo.*

Vicarius, vide Bigamus num. 1. Confeſſio nu. 5. Laicus nu. 4. Monachus nu. 5. Monialis nu. 15. Parochus num. 13. Præcedentia num. 6. Translatio beneficiorum n. 3.

1 EPiſcopus dicitur Vicarius Chriſti in ſua Eccleſia, & Diœceſi, *c. Mulier. 33. q. 5.*

2 Epiſcopum poſſe per ſemetipſum adminiſtrare Iuſtitiam non conſtituendo Vicarium, eſt valdè probabile per ea, quæ habet. *Felin. in c. quoniam n. 5. de offic. ord. & fuſiùs Io. Aloyſ. Ricc. in ſua prax. for. Eccleſ. reſol. 484. num. 2. videatur Nau. conſ. 2. de offic. ord. nu. 5. & 7. p. 1. ed. 2. vbi videtur ſentire oppoſitum.*

3 Vicarius generalis Epiſcopi ſine ſpeciali mandato dimiſſorias concedere non poteſt. *Sbroz. de Vic. Epi. lib. 2. q. 41.* Neque exercere ea, quæ ſunt ordinis Epiſcopalis, etiam ſi ſit Epiſcopus. *Sbroz. ibid. q. 19.* Neque charitatiuum ſubſidium exigere. *Barb. de pot. Epiſc. p. 3. alleg. 87. n. 12.*

4 Vicarius Epiſcopi abſente Epiſcopo

non

non debet admitti ad res deliberandas in capitulo. *Trid. c.6. ſeſſ.25.de refor.*

5 Vicarius generalis Epiſcopi, cui ipſe Epiſcopus vices ſuas generaliter committit, poteſt abſoluere à cenſuris Iure latis à quibus poteſt Epiſcopus, quia quādo iſti caſus Epiſcopis cōmittuntur, & non exprimitur, vt per ſe ipſum ſolum facere poſſit, per Vicarium ſuum id præſtare valet. *Suar. to. 3. diſp.7. ſect.3.§. Rurſus verò.*

6 Epiſcopus Vicario cōmiſſa expedire nequit; ſicut nec Vicarius poteſt expedire cōmiſſa Epiſcopo. *Nau.conſ.5. de offic.deleg. n.1 .p.1 .lib.1.ed.2.*

7 Epiſcopo aliqua ratione ſuſpecto recuſari poteſt eius Vicarius, quamuis contra Vicariū nulla adſit ſuſpicio. *Sbroz.lib.3. q.14.vbi ſupra . Steph. Quaranta in Summ. Bull.verb. Archiepiſcopi auctoritas num.19. verſ. Vlterius quæro.*

8 Epiſcopus poteſt binos Vicarios principales conſtituere, vt cauſarum expeditioni faciliùs conſulatur. *Sbroz. ſup.lib.1.q.50. num. 4.*

9 Vicarius Cardinalis in aliquo eius Epiſcopatu non dicitur familiaris Cardinalis, itaut eius beneficia cenſeantur affecta, ſi, dum fuit miſſus ad Epiſcopatum, non erat ex familiaribus, & continuus commenſalis illius Cardinalis Epiſcopi. *Aloyſ.Ricc.in ſua Prax.fori Eccleſ.Reſol.459. num.3. Ex Simonet. in Tract. de Reſeru. benefic. quæſt. 35. nu.21.*

10 Clericus coniugatus non poteſt eſſe Epiſcopi Vicarius in ſpiritualibus. *Sbroz. ſup. q. 31. n. 4. Aloyſ. Ric. in praxi aurea reſol. 262.* Poteſt tamen eſſe Aſſeſſor, vel Vicarius in temporali iuriſdictione, ſi fortè eã habeat Epiſcopus. *Sanchez de matrim. lib. 7. diſp. 46. n. 14. vbi pluribus.*

11 Emens pecunia, vel conducens ad tempus Vicariatum Epiſcopi, ſeu quamuis aliam iuriſdictionem, vel poteſtatem ſpiritualem, ſimoniam committit. Non tamen incidit in excommunicationem ipſo iure, ſicut ſimoniacus in beneficio, & ordine. At tenetur ſtatim ad relinquendum huiuſmodi officium, ſeu iuriſdictionem, & niſi dimittat, vel proponat efficaciter dimittere, confeſſarius non debet illum abſoluere. *Nau. c. 23. Sum. n. 111. verſ. ad decimum tertium, & conſ. 1. Nè Prælati vices ſu. n. 1. & 3. p. 2. lib. 5. ed. 2. vbi fuſius.*

12 Si Epiſcopus deputet Vicarium minus idoneum, & linguæ latinæ ignarum, deputatio, & geſta ab eo, vel coram eo tenent ipſo iure, modò ſit clericus, ſaltem in minoribus conſtitutus; ſed tàm deputans, quàm deputatus peccant. *Nau. conſ. 1. de offic. Vic. p. 1. lib. 1. ed. 2.*

13 Reuocatio Vicarij, neceſſarium eſt, vt ſit illi intimata ab Epiſcopo per Nuntiũ ad id deſtinatum, vel Epiſtolam, ſi abeſt; & non ſufficit quæcumque notitia reuocationis. *Sanchez de matrim. lib. 3. diſp. 30. nu. 13.*

Epi-

14 Epiſcopus præſumitur ſcire, quæ ab eius Vicario,etiam foraneo fiunt. *Rota Romana deciſ. 166. num. 2. part. 1. in nouiſſimis.*

15 Vacante Eccleſia curata, Epiſcopus ſtatim, quatenus opus fuerit, idoneum in ea Vicarium cum congrua eius arbitrio fructuum portionis aſſignatione conſtituere debet, qui onera ipſius Eccleſiæ ſuſtineat, donec ei de Rectore prouideatur. *Trid. ſeſſ. 24. de reform. c. 18.*

Virginum Conſecratio.

1 Velare,ac conſecrare Virgines nullus poteſt, niſi Epiſcopus, *c. deuotis 20. q. 1.* & non poteſt delegari niſi habenti Ordinem Epiſcopalem. *Sbroz. de Vic. Epiſ. lib. 2. q. 8.* Sed velum continentiæ dat etiam Presbyter. *Syl. verbo conſecratio Virginum q. 2.*

2 Mulieres virgines mente,ſed corruptæ quocumque modo,etiam violenter, & occultè, non debent inter Virgines conſecrari,atque velari,quamuis Virginitatem formaliter non amiſerint, *cap. Illa 32. q. 5. D. Thom. 4. diſt. 14. quæſt. 1. art. 5. quæſt. 1. tertium.*

3 Mulieres animo corruptæ, ſed carne integræ, virginitatem per pænitentiam recuperare poſſunt, atque inter Sacras Virgines velari. *D. Tho. ſup. diſt. 33. q. 3. ar. 1. Syl. verbo Virginitas q. 2.*

4 Probabile eſt, quod mulier voluntariè polluta, poſſit etiam poſt pœnitentiam inter Virgines conſecrari, atque velari. *Caiet. verbo Virginũ conſecratio. Sà in aphor. verb. conſecratio n. 6.*

5 Si Mulier, quæ occultè, vel per vim corrupta abſque ſui infamatione à conſecratione abſtinere nequeat, Epiſcopus diſpenſatiuè poteſt eam conſecrare vſurpando intrà mentem vocem Virginitatis prò voce caſtitatis inter conſecrandum. *Nau. conſ. 2. de ſtat. Monac. n. 6. verſ. 3. quod, p. 1. ed. 2.*

6 Epiſcopus, dum dat conſecrationis Velum Abbatiſſis, & Monialibus, non poteſt pro tali conſecratione facienda, intrare Clauſtra Monialium. *Aloyſ. Ric. Collectanearum p. 7. collect. 2697. ex Trid. ſeſſ. 25. de Regul. c. 5. verſ. ingredi autem.*

Viſitatio, vide Abbas num. 5. 7. 15. Archiepiſcopus num. 1. 2. Cœmeterium num. 6. Denunciatio nu. 1. Limina Apoſtolorum nu. 5. Monaſterium n. 2. 8. Notarius nu. 2. Pauper n. 8. Prælatus n. 2. Procuratio n. 1. cum ſeqq.

1 EPiſcopus viſitat omnes Eccleſias ſuæ Diœceſis non obſtantibus quibuſcumque Priuilegijs. *Rota diuer. deciſ. 490. par. 1.*

par.1. & 493. par.2. Viſitare tamen poteſt ſemper, niſi expreſsè reperiatur prohibitus. Viſitat etiam loca nullius Diœceſis intra fines ſuæ Diœceſis exiſtentia. *Eadem Rota decis.30.& 33. & decis. 501. p.2. conſule Io. Aloyſ. Ric. Collectanearum p.6. collect.2465. verſ. viſitat tamen.*

2 Epiſcopo legitimè viſitanti, ſi viſitati reſiſtant, poterit Epiſcopus ad defenſioné ſui Iuris illos de facto excommunicare nulla monitione præcedente. *Felin.in c. ſacro, n.6.verſ.quarto limita,de ſent.excomm. Genuen.in Prax.Archiep.Neap. c.18.ed.1.* Eidé fas eſt,vim inferre,& Oſtia frangere, etiam inuocato brachio ſeculari,ſi ei,dum Monaſteria legitimè viſitat, claudantur *iuxta dicta ſup.verb. Monaſterium n.8.*

3 Epiſcopus tanquam Apoſtolicæ Sedis delegatus viſitare poteſt quoſcumque clericos exemptos, Protonotarios Apoſtolicos &c. ratione beneficiorum in ſua Diœceſi exiſtentium. *Trid.c.11. ſeſſ.24.de Refor.* Item Eccleſias Nullius Diœceſis ſuæ Cathedrali proximiores. *Trid.ibid. c.9.*

4 Item omnes Parochiales ſuæ Diœceſis, in quibus ſunt Sacerdotes ſeculares, licet Eccleſiæ ſint Regularibus ſubiectæ. *Barb.de pot.Epiſc.p.3. alleg.74. n.12.* Non tamen viſitare poteſt Altaria Regularium Eccleſiarum, quibus cauſa animarum perſonarum ſecularium non incumbit. Nec loca, vbi in iiſdem Eccleſijs aſſeruatur Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum; vel

vbi audiuntur confeſſiones perſonarum ſecularium. *Ex declaratione Sac.Cong.Conc. Trid.in reſp. ad nonnulla dubia exorta ſuper Conſt.18. Greg.XV. de Exemptor. Priuil. quæ Conſt. eſt regiſtr. in Bullar. vlt. edit. tom.4. pag. 98. Declaratio verò pag.101. in reſp. ad primum dubium.*

5 Item abſolutè viſitare non poteſt Hoſpitalia, Collegia, & Confraternitates ſine ipſius auctoritate inſtitutas, niſi ad effectũ inquirendi de operibus pijs, quæ ipſis incumbunt. *Barb.ibid.alleg.75.n.14.*

6 Epiſcopus viſitans Eccleſias, ſi præter ſumptus neceſſarios ad victum illis diebus, quibus viſitat, aliquid accipiat, tenetur reſtituere duplum intra menſem, etiamſi libera ei fiat remiſſio à dantibus, *cap. exigit. de cenſib.& exact.Leſſ.lib.2.de Iuſt.& Iur.c.16. dub.2.n.37.*

7 Epiſcopus viſitator in eadem Ciuitate, vel loco reſidentiæ, etiamſi facta viſitatione poſſet ſe recipere in domum ſuam, debet nihilominus ali à Rectore Eccleſiæ, non tàm ob victus neceſſitatem, quàm in cuiuſdam ſubiectionis ſignum. *Azor.inſtit. mor.p.2.lib.3. c.42. q.4.* etſi hoc impugnet *Barb. ſup.alleg.73.nu.46.*

8 Epiſcopo viſitanti non debentur vecturæ Equorum, vel ferraturæ pro equis, nec poteſt ſecum deferre panes integros, & alia fragmenta, quæ remanent in menſa: poterit tamen ea erogare in pauperes illius loci, in quo viſitat. *Clement. 2. de*

cenſi-

cenſibus. *Doctores in c.1. §. pro curationes de cenſibus in 6.Genuen.cap.21.n.12.& 13.vbi ſupra.*

9 Epiſcopus,qui viſitat Diœceſim ſuam, an poſſit inquirere contra laicos de omni crimine,alij aiunt,alij, & quidem probabilius, negant. *Vide diſtincta per Abb. in cap. cum ſit, de foro compet. & per Felin. ibid. nu.17.*

10 Poſſunt Epiſcopi viſitare Cappellanos triremium, iudicare, & cognoſcere de illis perinde ac de alijs viatoribus, & tranſeuntibus, ſeruando vnicuique ſua priuilegia, tàm exemptionis, quàm alio iure competentia. *Nau.conſ.4.de fo.compet.n.1.p.1.lib.2. edit.2.*

11 In viſitatione primo prædicandum, & monendum,deinde inquirendum. *Sà in aphor.verbo viſitatio n. 1.*

12 Epiſcopus non tenetur adhibere conſilium,vel conſenſum eorum, quos ſibi adiunxit pro viſitatione facienda, vt ſibi permittitur à *Concil. Trident. ſeſſ. 6. de reformat. cap. 4. Mareſcot. Senior. Variar.Reſolut. lib.2. cap.15.nu.12. ex Deciſ. Rotæ in vna Illerden. viſitationis 13. Nouemb. 1602. coram Iuſto.*

Vnio

Vnio beneficiorum, vide Abbas n. 14. *Conſenſus num.* 7. 8. *Patronus num.* 2. 3 *Seminarium num.* 3.

1 EPiſcopus vt delegatus poteſt facere vniones perpetuas quarumcumque Eccleſiarum Parochialium, & aliorum beneficiorum cum cura propter eorum paupertatem. *Trid. cap.* 5. *ſeſſ.* 21. *de reform.* Non tamen Parochialium, & aliorum beneficiorum Iuriſpatronatus abſque Patronorum conſenſu. *Trid. cap.* 15. *ſeſſ.* 24. *de reform.*

2 Epiſcopus poteſt, curam animarum toti Capitulo Cathedralis Eccleſiæ incumbentem, transferre per vim vnionis perpetuæ in perſonam, ſeu dignitatem eiuſdem Eccleſiæ. *Ita S. Cong. Trid. Conc. menſe Octob.* 1586. *cenſuiſſe fertur.*

3 Si collatio beneficij ad Papam deuoluta ſit, puta ob negligentiam conferendi; nihilominùs ab Epiſcopo vnio fieri poteſt. *Alex. de Neuo. cap. ſicut vnire num.* 6. *de exceſſ. Prælat. Nau. conſ.* 12. *de reb. Eccleſ. alien. vel non p.* 1. *ed.* 2. *Azor. inſt. mor. tom.* 2. *lib.* 6. *c.* 28. *q.* 15.

4 Forma, & ſolemnitas ad vnionem requiſita eſt, vt antecedat cognitio cauſæ; vocentur ij, quorũ intereſt, & reliqua, de quibus in *Clem. ſi vna, de reb. Eccleſ. non alien. et*

per

per Rebuff.in Prax.de vnione,gloſ.9.& Azor. ſup.q.12 & 13.

5 Licet de iure communi poterant vniri beneficia diuerſæ Diœceſis,hodie tamen ex decreto Conc.Trid.ſeſſ. 24.de refor.c.9. ne Eccleſiaſticus ordo confundatur, & ne vna Eccleſia duarum Diœceſum fiat, eiuſmodi vniones prohibentur. *vide Gonzal. ſuper Reg. 8. Cancell. gloſ. 5. §. 7. num. 61. & 62.*

6 Epiſcopus ſicut vnire, ita & diſſoluere vnionem poteſt, & non ſolùm à ſe factam, ſed etiam à Papa, vel Legato ceſſante cauſa,propter quam facta eſt,vel aliàs ex cauſa neceſſitatis, & vtilitatis Eccleſiæ,vel quia redundat in eius damnum. *Rebuff.in Prax. benefic.par.1. tit. de Vnionis reuocat. nu.16. & Feder.conſ.263.Azor.cap.29.q.4.& 5.vbi ſupra.*

7 Non poteſt Epiſcopus vigore *Trid.ſeſſ. 23 de refor.c.18.*vnire Seminario beneficia, quæ requirunt reſidentiam, veluti Canonicatus &c. Nec ea beneficia, quæ ſunt ad inferiorum collationem, nec quæ commēdata ſunt; nec beneficia Iuriſpatronatus etiam Eccleſiaſtici; neque quæ Monaſterijs ſunt vnita,vel annexa. *Ita S.Cong.ad d.c.18. in verbo Vniones, & applicationes, cenſuiſſe fertur.*

8 Ad hoc vt valeat vnio facta per Epiſcopum Seminario,virtute dicti Tridentini requiritur, quod Seminarium ſit actu erectum, & quod actu habeat ſcholares, & magi-

magiſtros. *Garz. de benefic.p.12.c.2 nu.193. ex eadem S.Cong.Conc.ad d.c.18.& alijs Rotæ deciſionibus;* At Gonzal. *ſup.nu.75.*id admittit,quando colligeretur aliquis fumus, vel ſuſpicio fraudis in tali vnione, vel quãdo redditus beneficiorum vnitorum Seminario nondum erecto non conuerterentur in eius vtilitatem ; aliàs, inquit, ceſſante fraude, & ſeruata in reliquis forma Concilij, valida eſt huiuſmodi vnio facta pro futuro Seminario,& ita *loc.cit.n.111.*concludit;ſtante tamen dicta Conc.declaratione, & Rotæ deciſionibus in contrarium, non videtur in praxi ipſius ſententia admittenda : *vt bene aduertit Garzias n.196.vbi ſupra .*

Votum, vide Abbatiſſa num. 3. Hæreditas num.5.6. Ludus num.3. Oblatio nu.5. Pauper n.2. 4. 10. Reſidentia num. 2.

1 EPiſcopus Iure ordinario diſpenſare poteſt in omnibus votis ſuorum ſubditorum, exceptis, Caſtitatis perpetuæ, Religionis approbatæ, peregrinationis ad limina Apoſtolorum,ad S. Iacobum Compoſtellam, & vltra mare, ſeu in terram ſanctam. *Leſſ.de Iuſt.& Iur.lib.2.c.40. dub. 13.n.103. & alij paſſim .*

2 Poterit Epiſcopus in quinque præfatis

votis

votis diſpenſare, cum facta ſunt per modũ pœnæ peccati, vt ſi voueas, non committere hoc peccatum ſub pœna ingrediendi religionem, eundi ad limina Apoſtolorũ &c. Et hoc intelligitur antequam peccetur cõtra principale votum, quod eſt de non admittendo illud tale peccatum, & ſub quo cadit diſpenſatio. *Nau. c. 12. Sum. n. 43. verſ. Præſuppoſito igitur.* At Sanchez. *lib. 8. de Matrim. diſp. 10. n. 8. & diſp. 15. nu. 14.* quamuis fateatur Nau. ſententiam eſſe valdè probabilem; probabiliorem tamen affirmat alteram, quæ habet, poſſe Epiſcopum ante, & poſt pœnam incurſam in hoc caſu diſpenſare, quam tùm ratione, tùm ex *Ouand. Medina. Henriq. Ludou. Lopez, Viuald. & alijs optimè probat: fauet Suar. de Relig. to. 2. lib. 6. c. 20. n. 19.*

3 Poteſt inſuper diſpenſare. Primò in voto Caſtitatis, ſi ſit periculum incontinentiæ, & Papa non poſſit facilè adiri. *Nau. ſup. n. 76.* Secundò ſi votum caſtitatis ſit metu emiſſum, licet non omnino graui, ratione cuius ſit irritum. *Nau. ibid. n. 59. verſ. Trigeſimo ſecundo.* Tertiò ſi votum fiat diſiunctiuè hoc modo, voueo caſtitatem, vel Ieiunium perpetuum; tunc enim in poteſtate vouentis eſt eligere alteram partem, in qua Epiſcopus poteſt diſpenſare. *Azor. inſt. mor. p. 1. lib. 11. c. 19. q. 10. Leſſ. ſup. ad finem nu. 106.* Quartò ſiquis habens ſimplex votum caſtitatis contraxit Matrimonium, & conſumauit, & adſit periculum incontinentiæ.

Leſſ.d.n.106. in princ. Quintò in voto caſtitatis non perpetuæ, ſed ad tempus. Sexto In voto non fornicandi, ſeù non petendi debitum; quia non ſunt vota caſtitatis integræ, ſed partis tantùm. *Leſſ. ibidem num. 105.*

4 Epiſcopi, quando diſpenſant in votis, vel ſua lege, poſſunt imponere mulctã pecuniariam. *Sanchez ſup.diſp.14.nu.1.*

5 Si Papa votum ſibi reſeruatum, in aliquid aliud ſibi non reſeruatum cõmutauerit, poteſt Epiſcopus ex cauſa illud, in quod eſt commutatũ, relaxare, ſiue in aliud commutare; non enim id eſt Papæ reſeruatum. *Syl.votum 4.quæſt.7.fine. Sà in aphor.verbo voti irritatio in fine.* Et ſi non deſint, qui aliter ſentiant, de quibus apud *Azor. ſup.c.18. q. 11.* vbi multa pro vtraque opinione habentur.

6 Votum ab Epiſcopis in conſecratione emiſſum viſitandi quotannis limina Romana Apoſtolorum Petri, & Pauli, licet videatur perſonale, tamen inſtar realis obligat; nam ſtylus habet, vt viſitent per ſe ipſos, vel per alium. *Sanchez to.1.decal.lib.4.c.15. nu. 12.*

7 Epiſcopus vouendo Religionem, ſeu quid aliud impediens munus Epiſcopale de Iuſtitia debitum, tenetur votum ſummo Pontifici aperire, & licentiam exequendi petere; implicitè enim vouit eidem proponere. Quod ſi ille deneget, ad nihil obligat votum. *Sanchez cap. 25. num. 36. & 41. Leſſ.*

Leſſ. cap.41. dub. 13.num.25.vbi ſupra.

8 Si votum Epiſcopi ſit modicæ peregrinationis, vel precum, vel abſtinentiarũ, quæ ſuum munus exequi non impediunt, eſt abſolutum, & obligat nulla Pontificis expectata licentia. *Syl. votum 3. q.1. Manuel.Rodriq.par.2.Sum.cap.90. Sanchez ſup. nu. 43.*

9 Qui poſt ſimplex religionis votum Epiſcopatum aſſumit, mortaliter peccat; conſentit enim in fractione voti; teneturq. Epiſcopatu relicto ad religionem tranſire, *cap.per tuas,de voto,D.Tho.2.2.q.189. ar.3. ad 1.Syl.verbo votum tertio in fine*. Eget tamen licentia Pontificis, vt ad religionem tranſeat, ſi confirmatus fuerit, etiamſi non dum conſecratus. *Sanchez ſupra cap. 17. num.6.ex Hoſtienſ.& alijs,quos ibi refert,& ſequitur.*

10 Licitum eſt votum, non acceptandi Epiſcopatum, & ideò qui ſic vouit, non ſolùm tenetur non procurare dictam dignitatem,ſed non acceptare illam,quantum in ſe fuerit. *Soto lib. 10. de Iuſt. q. 2. ar. 2. ad 3. Emanuel. Rodriq. par. 2. ſum. cap. 96. nu. 15.*

11 Votum ingrediendi Religionem non poteſt propria auctoritate commutari in ſuſceptionem Epiſcopatus; dicitur enim Epiſcopi ſtatus perfectior, non quia hominem perfectiorem efficiat quàm Religio, ſed quia ſecundùm rectũ ordinẽ perfectionem ſupponit. *Leſſ.ſup.illo c.40.dub.11.n.89.*

Vota,

12 Vota, quæ à populis fiunt, vt perpetuò obligent ſucceſſores, requirunt auctoritatem, & approbationem Epiſcopi, qui, poſtea in illis diſpenſare poteſt, ſicut poteſt in ſuis præceptis, & in feſtis à ſe indictis. *Sanchez ſup. c. 41. n. 4.*

13 Epiſcopi, & alij Prælati poſſunt indirectè irritare vota ſuorum ſubditorum. v.g. ſi clericus, vel laicus vouerit peregrinationem, ex qua timeri poſſit periculum fidei, vel ſalutis ſpiritualis, Epiſcopus enim tunc poteſt illam prohibere. *Filiuc. tom. 2. Moral. quæſt. Tract. 26. cap. 8. quæſt. 4. dico tertio nu. 225.*

14 Cum vouente intrare religionem, vt non intret, ſolus Papa diſpenſat: vt autem alteram etiam laxiorem ingrediatur, vel ad ſtrictiorem quis vouens non tranſeat, inferior Papa diſpenſat. *Nau. conſ. 41. de voto nu. 2. p. 1. lib. 3. ed. 2. cum Caiet. in 2. 2. q. 88. art. 8.*

15 Votum de re aliqua, prohibita à ſuperiore, ſeu Pontifice, inualidum eſt; quia de materia illicita: votum verò rei licitæ factum ab eo, cui prohibetur vouere, validum eſt, quia de materia licita: quamuis vouens peccet vouendo contra præceptum licitum ſuperioris. *Sanchez in decal. d. 10. 1. lib. 4. c. 6. nu. 3.*

16 Epiſcopus vouens dare eleemoſynam nonnullis clericis ex motiuo paupertatis; ſed libentius vouet, quia credit, illos eſſe probos, tenetur votum ſeruare, quamuis

uis poſtea comperiat, eiuſmodi clericos eſſe improbos; nam cauſa finalis, & motiua ſubſiſtit, quamuis non impulſiua. *Bonac. de præceptis decal. diſp. 4. q. 2. punct. 3. §. 2. propoſ. 3. num. 14.*

17 Votum factum, ex metu graui illato à cauſa intrinſeca, validum eſt, idemque dicendum eſt de voto emiſſo ex metu graui incuſſo ab extrinſeco non ad extorquendum votum, ſed ad alium finem; ſecus ſi metus incutiatur iniuſtè à cauſa extrinſeca ad illud extorquendum. *Bonac. ſup. §. 1. n. 3. 4. & 5. propoſ. 1. 2. & 3.*

Vſura.

1 CRimen vſurarium eſt merè Eccleſiaſticum quoad cognitionem iuris, an ſcilicet contractus ſit vſurarius, vel nè; At quando eſt quæſtio facti ſuper vſura, puta quia non vertitur in dubium, an cõtractus ſit vſurarius, ſed ſolùm repetuntur vſuræ, tunc laicus eſt Iudex competens. *Iul. Clar. Pract. crim. lib. 5. §. fin. q. 37. verſ. Quæro igitur. de his fuſiùs Couar. var. reſol. lib. 3. c. 3. à n. 1.*

2 Vſurarij manifeſti, ideſt qui in iudicio per idoneos teſtes conuicti ſunt, vel qui in Iudicio ſpontè confeſſi ſunt vſurã, vel de ea damnati ſunt, vel factum eſt notorium, puta quia publicè ad vſuras dant operã, non debent per Epiſcopum admitti ad communionem Altaris; Nec ad oblationes offerendas,

rendas, *c.in omnibus de vſuris.* Nec ad confeſſionem peccatorum, donec ſatisfecerint re ipſa pro ſua facultate, vel idoneam cautionem dederint, vel creditoribus ipſis, ſi ſint præſentes, vel ipſi Epiſcopo, aut eius Vicario, vel Notario publico habenti mandatum ab Epiſcopo, *c. Quamquam, de vſuris in 6.* Nec ad ſepulturam Eccleſiaſticam, *d.c. in omnibus*, & qui eos ſcienter ſepelire præſumpſerit, ipſo facto eſt excommunicatus; nec eſt abſoluendus, donec arbitrio Epiſcopi ſatisfecerit. *Clem. 1. de ſepulturis. Videatur Syl. verbo Vſura 9. quaſt. 4. & Couar. ſup. vbi fuſiùs.*

3 Non poteſt Epiſcopus ſtatuere, vt crimen vſurarum probari poſſit per vnum teſtem, vel tres de auditu, vel per quatuor teſtes ſingulares, vel per confeſſionem factã extrà iudicium; id enim eſt contra ius commune, quod Epiſcopus tollere non poteſt. *Fed. de Senis conſ. 17. Abb. in c. cum in Diœceſi d. vſuris n. 7. Couar. ſup. n. 5.*

4 Eccleſiaſtici non poſſunt vſurarijs exteris locare domos, aut permittere in eis habitare; ſed tenentur eos expellere ex ſuis terris intrà tres menſes: alioquin ipſo facto incurrunt pœnam ſuſpenſionis, ſi ſint Epiſcopi, excommunicationis, ſi ſint minores Epiſcopis, Interdicti ſi ſit Collegium, vel vniuerſitas Eccleſiaſticorum, *c. 1. de Vſuris in 6. Conſule Syl. & Couar. vbi ſupra.*

5 Clericus vſurarius ipſo Iure eſt infamis. *Abb. in c. inter dilectos in 2. not. de exceſſ. Pralat.*

Prælat. Vnde non poteſt ſacris ordinibus initiari, *cap. maritum 33. diſt.* nec ad Eccleſiaſticum beneficium præſentari. *can. de Petro 47. diſt.* Poteſt tamen Epiſcopus hanc infamiæ notam abolere ab eo, qui pœnitentiam egerit, non ad effectum obtinendi, ſed retinendi beneficium obtentum. *gloſ. in d. c. inter dilectos, verbo Aleatorem. Couar. ſup. n. 3. ad finem.*

Xenodochium, vide Hoſpitale.

FINIS.

INDEX.

A

Abbas. pag. 1
Abbatiſſa. 7
Abortus. 8
Abſentia. 10
Abſolutio. 12
Acta actus. 16
Adminiſtratio. 17
Adulterium. 17
Aduocatus. 19
Aedificium. 21
Aetas. 22
Aleator. 24
Alienatio. 24
Alimenta. 26
Altare. 28
Alternatiua. 29
Apoſtolorum limina. 31
Appellatio. 31
Approbatio. 34
Arbitrinm. 37
Archiepiſcopus. 40
Aſcriptio. 43
Aſſiſtentia. 44
Aſtrologia. 45

B

Baldachinũ. 46
Bellum. 46
Benedictio. 48
Beneficium. 50
Bigamus. 54
Blaſphemia. 55
Bona Epiſcopalia. 57
Brachium ſeculare. 59

C

Canonicus. 62
Canonica portio. 65
Canonizatio. 67
Cappella. 67
Capitulum. 69
Carcer. 72
Cardinalis. 75
Caſus reſeruatus. pag. 76
Cathedraticum. 79
Cauſa. 80
Cenſus. 80
Cenſura. 82
Ceſſatio à diuinis. pag. 83
Caritatiuum ſubſidium. 85
Chriſma. 86

Z Ci

Citatio. 88
Clauſula. 90
Clauſura. 93
Clericus. 95
Coadiutor. 97
Cœmeterium. 98
Collatio. 101
Collegium. 102
Commendatitia littera. 103
Commenda. 104
Concilium. 104
Concubinarius. 106
Concurſus. 107
Conductio. 111
Confeſſio. 112
Confeſſor. 115
Confirmatio vt Sacramentum. 117
Confraternitas. 119
Coniugatus. 121
Conſecratio. 124
Conſenſus. 126
Conſtitutio. 128
Conſuetudo. 130
Corpore vitiatus. pag. 132
Correptio. 134
Crimen. 137
Cura. 137
Curia ſecularis. paga 137

D

Debitum. 138
Debitum coniugale. 141
Decima. 142
Degradatio. 145
Delegatio. 149
Delegatus Apoſtolicus. 150
Delictum. 154
Denunciatio. 156
Denunciatio matrimonialis. 158
Depoſitio. 159
Dignitas. 162
Dimiſſoria. 164
Diœceſis. 167
Diſpenſatio. 169
Diſtributiones quotidianæ. 175
Diuortium. 177
Doctor. 180
Domicilium. 181
Donatio. 182
Dubium. 185

E

Eccleſia. 189
Economus. 192
Edictum. 192
Edificium. 194

El e-

Electus. 194
Electio. 194
Eleemoſyna. 197
Epiſcopus. 199
Euchariſtia. 205
Examen. 206
Excommunicatio. pag. 209
Exemptus. 215
Exorciſmus. 218
Exequiæ. 218
Expoſitus. 219

F

Facultas. 219
Falſitas. 220
Familia. 222
Familiaris triennalis. 224
Feſtum. 225
Fidei profeſſio. 228
Filius. 230
Fiſcus. 232
Fructus. 234

G

Gabella. 236
Gratia. 237

H

Habitus Clericalis. 239
Hereditas. 242
Hereſis. 243
Homicidium. 247
Horæ Canonicæ. 250
Hoſpitale. 252

I

Ieiunium. 253
Ignorantia. 255
Illegitimus. 256
Illiteratus. 260
Imago. 261
Immunitas. 263
Impedimentũ. 266
Inceſtus. 268
Incorrigibilis. 269
Indulgentia. 270
Inhabilitas. 273
Iniuria. 273
Inquiſitio. 274
Inſtitutio. 275
Interdictum. 276
Interſtitia. 280
Irregularitas. 281
Iudeus. 286
Iudex. 289
Iuramentum. 293
Iuriſdictio. 297
Iuſpatronatus. 302

L

Laicus. 355
Legatum. 306

Legatus. 309
Legitimus. 311
Lex. 311
Libri. 313
Licentia. 316
Limina Apoſtolorum. 319
Locatio. 320
Ludus. 320

M

Mandatũ. 321
Matrimonium. 325
Medicus. 330
Menſa Epiſcopalis. pag. 333
Menſis. 334
Mercatura. 335
Metus. 335
Miraculum. 337
Miſſa. 339
Monachus. 346
Monaſterium. 348
Monialis. 351
Monitio. 355
Monitorium. 356
Mortuus. 357
Mutilatio. 358

N

Negligẽtia. 359
Negotiatio. 360
Neophytus. 362
Notarius. 362
Nouitius. 364
Nundinæ. 365

O

Obedientia. 365
Oblatio. 367
Oeconomus. 368
Oleum. 369
Oratorium. 370
Ordinarius. 371
Ordo. 373

P

Pallium. 379
Papa. 380
Parochus. 382
Patriarcha. 385
Patrimonium. 386
Patronus. 388
Pauper. 391
Penſio. 394
Percuſſio. 397
Peregrinus. 401
Permutatio. 403
Peſtis. 404
Pœna. 405
Pœnitentia. 408
Pœnitentiarius. 410
Pollutio Eccleſiæ. 412

Pontificalia. 412
Præbenda. 415
Præcedentia. 416
Præceptum. 418
Prædicatio. 419
Prælatus. 422
Præſcriptio. 425
Præſentatio. 426
Prima Tonſura 427
Priuilegium. 428
Probatio. 431
Proceſſio. 432
Procuratio. 434
Profeſſio fidei. 436
Profeſſio. 436
Promotio. 438
Punitio. 438

Q

Quarta Epiſcopalis. 440
Quæſtores. 440

R

Ratiociniū. 441
Reconciliatio. pag. 442
Regularis. 446
Religio. 449
Reliquia. 451
Renunciatio. 455
Reſcriptum. 457
Reſidentia. 460
Reſignatio. 460
Reſtitutio. 462

S

Sacerdos. 465
Sacramentum. pag. 467
Sacrilegium. 468
Satellites. 469
Scandalum. 469
Schiſma. 470
Scholaris. 471
Sedes Epiſcopalis vacans. 472
Seminarium. 474
Sententia. 476
Sepultura. 478
Simonia. 482
Sponſalia. 485
Statutum. 487
Subcollector. 489
Subſidium charitatiuum. 490
Suffraganeus. 490
Suſpenſio. 490
Synodus. 494

T

Teſtamentum. pag. 496

Teſtis. 499
Titularis Epiſcopus. pag. 502
Titulus. 503
Translatio beneficiorum. 504
Tutela. 505
Vicarius. 510
Virginum conſecratio. 513
Viſitatio. 514
Vnio beneficiorum. pag. 518
Votum. 520
Vſura. 525

V

Vagabundus. pag. 507
Veſtis. 508

X

Xenodochium. pag. 527

FINIS.

Multa errata, quæ de facili per Lectorem corrigi poſſunt, ſunt omiſſa.

Pag.	Nu.	Errata.	Correctiones.
5	22	ſpenſus	ſuſpenſus
6	15	Abbas	Abbates
8	2	eſt	ex
10	4	Diœceſis	Diœceſi
11	9	lienriam	licentiam
14	11	aut benedicendi	aut beneeicenti
16	2	ex tractu	extractum
	3	deoffic. Præl.	de offic. Prætor.
19	5	nororium	notorium
21	8	adiudicant, quod æificãda	adiudicantur quo ædificanda
23	3	lege ibidem	annos
29	6	conſeruanda	conſecranda
	7	ab emptori	ab emptore
30	2	acceptionis	acceptationis
33	8	alijs	alios
34	2	Gregorio	à Gregorio
39	8	regularium	regularum
41	3	notorias	notoria
43	11	n. 51. lege c. 5	n. 15 pag. 323.
		Aſcriptis	Aſcriptio
45		Afrologia	Aſtrologia
47	3	23. q. 23.	23. q. 8.
	5	diſp. 125.	diſp. 121.
		Angel. verb. Bellum n. 18.	nu. 13. ibidem Tabien nu. 18.
50	3	à nu. 38.	á nu. 48.
54	3	beneficijs	beneficij
55	1	per Epiſcopus	per Epiſcopos
	3	Inquiſitores.	Inquiſitoris
59	6	Videtur Barbarius	Videatur Barbat.

Sed

		Errata.	Correctiones.
60	5	Sed poſt	Sed eſt
	7	Calder.conſ. 166.	conſ 95.
62	16	Author.ſed in conſ.166.	Authent.ſed in conſ. 146.
71	10	retente	tenente
	11	fierent per eſt idem	fierent noui Canonici, quia Capitulum ſem per eſt idem
100	6	ponendam	ponendum.
106	1	deferantur	deferantur.
133	3	contractandū	contrectandum
140	6	patrimonium	patrimonio
152	19	Monaſterij	Monaſterijs
173	13	iudijs	iudicijs
182	6	Diœceſis	Diœceſi
183	1	ar.51.	art. [illegible]
192	1	ſua certa	ſub certa
197	1	honeſtæ vita	honeſtæ vitæ
282	6	rregularis	irregularis
316	10	cliriſma	chriſma
358	4	poteſtis	poteſt is
359	4	Irregularis	Irregularitas

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE



ROMAE,

Typis Vitalis Maſcardi. MDCXXXVII.

Superiorum Permiſſu.

Digitized by Google